RITUALE

OMNIUM LAT. RIT. DIŒCESIUM

SLOVACCHIÆ

ET

SUBCARPATORUSSIÆ

AD INSTAR

APPENDICIS RITUALIS ROMANI

CUM APPROBATIONE

SACRÆ RITUUM CONGREGATIONIS

JUSSU ET AUCTORITATE

OMNIUM PRÆSULUM SLOVACCHIÆ

ANNO DOMINI MCMXXXVII

EDITUM

RATISBONÆ, TYPIS FRIDERICI PUSTET
S. SEDIS APOSTOLICÆ ET S. RITUUM CONGREG. TYPOGRAPHI

ORDINARII EPISCOPALES

DEI MISERATIONE ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
DIŒCESIUM ET APOSTOLICARUM
ADMINISTRATURARUM SLOVACCHIÆ PRÆPOSITI

VENERABILI CLERO SUO SALUTEM
ET BENEDICTIONEM IN DOMINO!

Venerabiles fratres! Ne Vos causæ fugiant super nova hacce Ritualis libri editione, opportunum Nobis videtur subjungere hic illa ad Sacram Rituum Congregationem directa documenta, ex quibus clarum erit cuique, quibus diu movebamur rationibus, ut ista nova collectione Rituum, typis cudenda, communi ecclesiasticæ necessitati nostrarum regionum consulamus.

Primum documentum sonat:

AD SACRAM CONGREGATIONEM RITUUM

Nr. 763/1933 CITTÀ DEL VATICANO

In communi conferentia Episcoporum Slovacchiæ die 17 Januarii 1933 asservata, deliberabatur super edendo communi Rituali libro ad usum omnium lat. rit. Diœcesium Slovacchiæ et resolutum fuit pro editione talis cuncta necessaria præparare. Præparatio hæc per Seniorem Episcoporum — archiepiscopum scilicet Slovacchia nondum habet — demandata est in ima reverentia infrascripto ordinario Episcopo; qui præ omnibus, hisce supplex est Sacræ Congregationi Sacrorum Rituum, quatenus benignum assensum præbere dignaretur pro redigendo ac dein typis mandando præmentionato communi libro Rituali ad usum omnium rit. lat. Diœcesium Slovacchiæ.

Causæ, quæ talis Ritualis procurationem urgent sunt sequentes. Diœceses Slovacchiæ anno 1918 limitibus status hungarici et ceccho-slovaci abscissæ fuerunt a suis sedibus metropolitanis, quibus suffragabantur a sæculis et quarum Rituali utebantur. Strigoniensi nempe metropolitanæ sedi suffraganea fuerat Diœcesis Neosoliensis, Nitriensis et in sensu „Modi vivendi" pro nova Diœcesi erigenda illa pars archidiœcesis Strigoniensis, quæ hodie in territorio Slovacchiæ subjacet Tyrnaviensi Apostolicæ Administraturæ. Agriensi metropolitanæ sedi vero suffragabantur Diœcesis Cassoviensis, Rožnaviensis et Scepusiensis.

Juxta artic. I illius conventionis, quæ inter Apostolicam S. Sedem et rempublicam Ceccho-Slovacam pacta fuit et nota est

sub cognomento „Modus vivendi", supramemoratæ Diœceses prohibentur in contactu practico cum memoratis duabus sedibus metropolitanis situatis in statu alieno (hungarico). Quapropter ipsæ debent curare de edendo libro Rituali, necessitatibus suarum Diœcesium respondente.

Cum vero nemo sciat, quando in Slovacchia negotia ecclesiastica — e resolutione „Modi vivendi" — adeo ordinabuntur, ut Apostolica S. Sedes archiepiscopum et consequenter metropolitanam sedem — cui prænominatæ Diœceses forent suffraganeæ — pro territorio ecclesiastico Slovacchiæ erigere et constituere posset, Ordinarii communi consensu resolverunt curare opportere de redigendo Rituali libro pro usu omnium suarum Diœcesium apto; cui suo consilio hisce suffragia et indultum Sacræ Congregationis Sacrorum Rituum humillime expetunt.

Quorum nomine altis gratiis Sacræ Congregationis Sacrorum Rituum commendatus, ad mandata paratissimus perseverat

Spišská Kapitula, die 19 Martii 1933

humillimus in Christo servus

† JOANNES VOJTAŠŠÁK
Episcopus Ordinarius Scepus.

Secundum documentum sonat:

AD SACRAM CONGREGATIONEM RITUUM

Nr. 2113/1935 CITTÀ DEL VATICANO

In ima reverentia subscriptus Ordinarius Episcopalis Scepusiensis (Ceccho-Slovacchia) ddto 19 Martii 1933 sub Nr. 763 substravit Sacræ Congregationi Sacrorum Rituum supplicem libellum, cujus copiam sub . . . advolvit.

Ad illum supplicem libellum subsignatus Ordinarius percepit a Mons. Václavo Černy (obiit 27 Junii 1935), vicerectore Pontificii Collegii Nepomuceni in Urbe, ddto 18 Maji 1933 privatam epistolam, qua dicto Ordinario Episcopali simpliciter notificatur Sacram Congregationem concessisse, ut ejusmodi novum Rituale compilaretur; priusquam autem typis mandaretur, vel publicaretur, Sacræ Congregationi pro adprobatione erit substernendum. — Hæc pro officioso responso Sacræ Congregationis.

Fundamento talis, ope epistolæ privatæ communicati prævii S. Congregationis Rituum indulti, infrascriptus Ordinarius, habita præ oculis speciatim novissima editione Ritualis Romani, adhibitis jam adusque in Diœcesibus Slovacchiæ usuatis libris Ritualibus, Strigoniensi nempe et Agriensi, — quibus ambabus, qua metropolitanis, omnes hodiernæ Diœceses Slovacchiæ usque

annum 1918 suffragabantur, — compilavit ad futurum usum pro omnibus Diœcesibus Slovacchiæ manualem librum, qui nunc in manuscripto præjacet ac pro typographia præparatus typis suam vulgationem expectat.

Cum vero hujus manuscripti transpositio ad Sacram Congregationem fine obtinendæ præviæ adprobationis sat inepta et difficilis existat, imo in ea forma inutilis ac non necessaria videatur, reverenter subsignatus Ordinarius supplicat per præsentes Sacræ Congregationi, ut, inquantum ista e libris ritualibus per Sacram Congregationem perinde jam adprobatis facta compilatio tamen ad præviam censuram et adprobationem Sacræ Congregationi Sacrorum Rituum ante typis vulgationem et publicationem proponenda foret, id ipsa typographia esset præstitura, exhibendo Sacræ Congregationi Rituum primas abductiones e typo pro correctura destinatas.

Infrascriptus Ordinarius, ut in proposita causa tuto possit facere ulteriores gressus, benignum hisce exoptat Sacram Congregationis Sacrorum Rituum responsum.

Altis gratiis et favoribus commendatus, jugi cum veneratione persistit

Spišská Kapitula, die 30 Augusti 1935

devotissimus in Christo servus

† JOANNES VOJTAŠŠÁK
Episcopus Ordinarius Scepus.

Itaque præmissis, Venerabiles fratres, Vobiscum communicatis, hanc novam Collectionem Rituum maxima industria ad normam præprimis Ritualis Romani ac dein adusque in usu habitorum Ritualium elaboratam, sed hic illic emendatam et completam grato animo et summa reverentia accipiatis et exacta observantia omnes functiones in ea contentas — versantur etenim circa sacra — exsequamini.

Uniformitatis gratia siquidem etiam in sacris ceremoniis Collectionem hanc Rituum fieri curavimus. Quapropter, virtute sanctæ obœdientiæ Nobis debitæ præcipimus et mandamus omnibus et singulis Diœcesium Nostrarum sacerdotibus tum sæcularibus tum regularibus curam animarum gerentibus, ut consuetudinibus omnibus contrariis prorsus abrogatis et exstinctis, administrationem Sacramentorum ceterasque sacras functiones ad amussim et stricte juxta regulas in hocce libro Rituali depositas a momento, quo typis adornatus per Ordinarios ecclesiis admandatus fuerit, paragere sacri sui officii esse censeant.

„Itaque, fratres, omnia honeste et secundum ordinem fiant" (1 Cor. 14, 40). Sancta sancte tractate, ut sacras functiones rite exsequendo tum fidelium salutem procuretis, tum vosmetipsos tamquam fideles ministri Christi et dispensatores mysteriorum Dei (1 Cor. 4, 1) gratiæ cælestis participes efficiatis!

Festo Omnium Sanctorum, anno 1935

† MARIANUS Episcopus Neosoliensis

† CAROLUS Episcopus Nitriensis

† JOANNES Episcopus Scepusiensis

† PAULUS Tit. Episcopus Priennensis,
Administr. Apost. Tyrnaviensis

† JOSEPHUS Tit. Episcopus Thagorensis,
Administr. Apost. Cassoviensis

† MICHAEL Tit. Episcopus Scillitanus,
Administr. Apost. Rožnaviensis

FRANCISCUS Svoboda
Administr. Apost. Užhorodensis

SACRA CONGREGATIO
RITUUM

S. 66/936

SCEPUSIEN.
seu DIŒCESIUM SLOVACCHIÆ

In communi conferentia Episcoporum Slovacchiæ, nempe Diœcesium Cassovien. Neosolien. Nitrien. Rosnavien. Scepusien. et Administraturæ Ap. Tyrnavien., die 17 Januarii 1933 habita, statutum fuit de unico edendo Rituali libro in usum præfatarum Diœcesium. Quod quidem opus, summa cum diligentia perfecerunt selecti viri de re liturgica periti, qui, attentis illius regionis circumstantiis, traditionibus et peculiaribus usibus, conservare ac retinere enixe efflagitarunt nonnullas cæremonias ac speciales ritus interdum in lingua vulgari expressos, ad intelligentiam et pietatem populi, qui in præcedentibus collectionibus habebantur. Studio et opere absoluto, Exc^mus^ Episcopus Scepusiensis, nomine quoque præfatorum Ordinariorum Slovacchiæ, hujusmodi collectionem rituum ita concinnatam, S. Rituum Congregationi, pro revisione et approbatione, reverenter subjecit. Sacra porro eadem Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI. tributarum, exhibitam Collectionem Rituum in usum cleri præfatarum Diœcesium Slovacchiæ, ad instar Appendicis Ritualis Romani, diligenter revisam et accurato examine perpensam, sub modo et forma prouti in adjecto prostat exemplari, probavit, illamque ab universo clero Diœcesium Slovacchiæ, nempe: Cassovien. Neosolien. Nitrien. Rosnavien. Scepusien. et Administraturæ Ap. Tyrnavien. in posterum adhibendam concessit; servatis de cetero omnibus de jure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 21 Januarii 1937

L. † S.

C. Card. Laurenti
S. R. C. Praefectus

A. Carinci, S. R. C. Secretarius

PARS PRIMA

DE SACRAMENTIS

ORATIO
ANTE SACRAMENTORUM ADMINISTRATIONEM
PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA

Dómine Jesu Christe, qui in salútem credéntium sacrosáncta Ecclésiæ sacraménta institúere dignátus es, ego indígnus minister et fámulus tuus, nihil de própriis méritis præsúmens, sed in tua virtúte humíllime confísus, nunc volo hoc . . . sacraméntum administráre, totúmque cum débita intentióne et attentióne, reveréntia et devotióne ad glóriam nóminis tui fácere, quod tu ipse constituísti, et quod facit et inténdit sancta mater Ecclésia. Intimo cordis afféctu dóleo de ómnibus peccátis meis ex amóre tuæ infinítæ Bonitátis cum firmo emendatiónis propósito. Rogo te per amórem divíni cordis tui et per mérita dilectíssimæ Matris tuæ et ómnium Sanctórum: concéde tam mihi, quam illis, quibus sacraménta administratúrus sum, benignissimum auxílium tuum, ut ego, quæ mei sunt múneris, digne váleam implére, et illi largissimas exínde háuriant grátias. Amen.

ORATIO
POST SACRAMENTORUM ADMINISTRATIONEM
PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA

Dómine Jesu Christe, grátias tibi ago, quod mihi indígno ministro tuo in hujus . . . sacraménti administratióne tuis auxíliis assístere volúeris: óbsecro te, ut, si quid in múnere meo errávi, tu pro tua infinita poténtia ac misericórdia supplére, si quid peccávi, cleménter condonáre dignéris. Comméndo divíno cordi tuo cunctas ánimas curæ meæ commíssas, imprímis ánimam fámuli tui, quem (vel fámulæ tuæ, quam vel ánimas famulórum famularúmque tuárum, quos) modo per sacramentálem grátiam tuam sanctificásti. Custódi illam (illas) ac meípsum a peccátis, consérva in amóre tuo, confórta in servitio tuo, ut in virtútibus magis magísque proficiéntes ad vitam perducámur ætérnam. Amen.

Dedit Dominus Moysi duas
I II III
IV V VI
tabulas testimonii . . Ex. 31.
Ut tempus affuit, quo sol re-
fulsit, accensus . . 2 Mach. 1.

TITULUS I

CAPUT UNICUM

DE IIS
QUÆ IN ADMINISTRATIONE SACRAMENTORUM
GENERALITER SERVANDA SUNT

Ut ea, quæ ex antiquis catholicæ Ecclesiæ institutis, et sacrorum Canonum, Summorumque Pontificum Decretis, de Sacramentorum ritibus ac cæremoniis hoc libro præscribuntur, qua par est diligentia ac religione custodiantur, et ubique fideliter observentur; illud ante omnia scire, et observare convenit, quod Sacrosancta Tridentina Synodus Sess. VII, Can. XIII, de iis ritibus decrevit in hæc verba:

2 »Si quis dixerit, receptos et approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a Ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse: anathema sit.«

3 Cum igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius, aut utilius, nihilque excellentius, aut magis divinum habeatur, quam Sacramenta ad humani generis salutem a Christo Domino instituta, Parochus, vel quivis alius Sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, meminisse in primis debet, se sancta tractare, atque omni fere temporis momento ad tam sanctæ administrationis officium paratum esse oportere.

4 Quamobrem illud perpetuo curabit, ut integre, caste, pieque vitam agat; nam etsi Sacramenta ab impuris coinquinari non possint, neque a pravis Ministris eorum effectus impediri: impure tamen et indigne ea ministrantes, in æternæ mortis reatum incurrunt. Sacerdos ergo, si sit

peccati mortalis sibi conscius (quod absit), ad Sacramentorum administrationem ne audeat accedere, nisi prius corde pœniteat; sed si habeat copiam Confessorii, et temporis locique ratio ferat, convenit confiteri.

5 Quacumque diei ac noctis hora ad Sacramenta ministranda vocabitur, nullam officio suo præstando (præsertim si necessitas urgeat) moram interponat. Ac propterea populum sæpe, prout sese offeret occasio, prænonebit, ut, cum sacro ministerio opus erit, se quamprimum advocet, nulla temporis, aut cujuscumque incommodi habita ratione.

6 Ipse vero, antequam ad hujusmodi administrationem accedat, paululum, si opportunitas dabitur, orationi, et sacræ rei, quam acturus est, meditationi vacabit, atque ordinem ministrandi, et cæremonias pro temporis spatio prævidebit et perleget.

7 In omni Sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus, et desuper stola ejus coloris, quem Sacramenti ritus exposcit; nisi in Sacramento Pœnitentiæ ministrando occasio, vel consuetudo, vel locus interdum aliter suadeat.

8 Adhibebit quoque unum saltem, si habeat, vel plures Clericos, prout loci et Sacramenti ratio postulabit, decenti habitu, et superpelliceo pariter indutos.

9 Curabit etiam, ut sacra supellex, vestes, ornamenta, linteamina, et vasa ministerii integra, nitidaque sint et munda.

10 In Sacramentorum administratione eorum virtutem, usum, ac utilitatem, et cæremoniarum significationes, ut Concilium Tridentinum præcipit, ex sanctorum Patrum et Catechismi Romani doctrina, ubi commode fieri potest, diligenter explicabit.

11 Dum Sacramentum aliquod ministrat, singula verba, quæ ad illius formam et ministerium pertinent, attente, distincte, et pie, atque clara voce pronuntiabit. Similiter et alias orationes et preces devote ac religiose dicet; nec memoriæ, quæ plerumque labitur, facile confidet, sed omnia recitabit ex libro. Cavebit autem, ne quæ latina lingua dicenda præscribuntur, pro arbitrio vernacula dicat. Reliquas præterea cæremonias ac ritus ita decenter, gravique actione peraget, ut astantes ad cælestium rerum cogitationem erigat, et attentos reddat.

12 Ad ministrandum procedens, rei, quam tractaturus est, intentus sit, nec de iis, quæ ad ipsam non pertinent, quidquam cum alio colloquatur; in ipsaque administratione actualem attentionem habere studeat, vel saltem virtualem, cum intentione faciendi, quod in eo facit Ecclesia.

13 Illud porro diligenter caveat, ne in Sacramentorum administratione aliquid, quavis de causa vel occasione, directe vel indirecte, exigat, aut petat; sed ea gratis ministret, et ab omni simoniæ, atque avaritiæ suspicione, nedum crimine, longissime absit. Si quid vero nomine eleemosynæ, aut devotionis studio, peracto jam Sacramento, sponte a fidelibus offeratur, id licite pro consuetudine locorum accipere poterit, nisi aliter Episcopo videatur. Licet tamen exigere aut petere oblationes seu taxas quæ a Concilio provinciali aut a conventu Episcoporum provinciæ fuerint præfinitæ et ab Apostolica Sede approbatæ. Gratuitum vero ministerium ne deneget Parochus iis qui solvendo pares non sunt.

14 Vetitum est Sacramenta Ecclesiæ ministrare hæreticis aut schismaticis, etiam bona fide errantibus eaque petentibus, nisi prius, erroribus rejectis, Ecclesiæ reconciliati fuerint.

15 Omnes autem, qui Sacramenta suscipiunt, loco et tempore opportuno monebit, ut, remoto inani colloquio, et habitu actuque indecenti, pie ac devote Sacramentis intersint, et ea, qua par est, reverentia suscipiant.

16 Librum hunc Ritualem (ubi opus erit) semper cum ministrabit, secum habebit, ritusque et cæremonias in eo præscriptas diligenter servabit.

17 Ceterum illorum tantum Sacramentorum, quorum administratio ad Parochos pertinet, ritus hoc opere præscribuntur, cujusmodi sunt Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema Unctio, et Matrimonium. Reliqua vero duo Sacramenta, Confirmationis et Ordinis, cum propria sint Episcoporum, ritus suos habent in Pontificali præscriptos. Et ea, quæ de iis, atque aliis Sacramentis scire, servare, et docere Parochi debent, cum ex aliis libris, tum præcipue ex Catechismo Romano et Codice Juris Canonici sumi possunt. Siquidem hic de iis fere tantum agere instituti operis ratio postulat, quæ ad ipsorum quinque Sacramentorum ritus pertinent.

18 Postremo quisquis Sacramenta administrare tenetur, habeat libros necessarios ad officium suum pertinentes, eosque præsertim, in quibus variarum parœcialium functionum notæ ad futuram rei memoriam describuntur, quales sunt: Matriculæ Baptizatorum, Copulatorum, Defunctorum, et Status animarum.

Extende manum tuam super
mare, ut revertantur. Ex. 14.
Spiritus Dei ferebatur. Gen. 1, 1.
Effundam super vos aquam Ez. 36, 25.
Spiritus Domini super me Is. 61, 1.
In illa die erit fons patens. Zach. 13, 1.
Absciderunt palmitem . . .
quem portaverunt. Num. 13.

TITULUS II

CAPUT 1

DE SACRAMENTO BAPTISMI RITE ADMINISTRANDO

Sacrum Baptisma, christianæ religionis et æternæ vitæ janua, quod inter alia novæ Legis Sacramenta a Christo instituta primum tenet locum, omnibus in re vel saltem in voto necessarium esse ad salutem, ipsa Veritas testatur illis verbis: »Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.« (Joann. 3, 5.) Itaque summa ad illud opportune, riteque administrandum ac suscipiendum diligentia adhibenda est.

2 Cum autem ad hoc Sacramentum conferendum alia sint de jure divino absolute necessaria, ut materia, forma, minister; alia ad illius solemnitatem pertineant, ut ritus, ac cæremoniæ, quas ex Apostolica et antiquissima traditione acceptas et approbatas, nisi necessitatis causa, omittere non licet; de iis aliqua præmonenda sunt, ut sacrum hoc ministerium rite et sancte peragatur.

3 Cum Baptismus ministratur servatis omnibus ritibus et cæremoniis quæ in hoc Rituali libro præcipiuntur, appellatur »solemnis«; secus, »non solemnis« seu »privatus«.

De materia Baptismi

4 Primum, intelligat Parochus, cum hujus Sacramenti materia sit aqua vera ac naturalis, nullum alium liquorem ad id adhiberi posse.

5 Aqua vero solemnis Baptismi sit eo anno benedicta in pervigilio Paschatis vel Pentecostes, quæ in fonte mundo nitida et pura diligenter conservetur; et hæc, quando nova benedicenda est, in ecclesiæ, vel potius Baptisterii sacrarium effundatur.

6 Si aqua benedicta in Baptisterio adeo sit imminuta, ut minus videatur sufficere, alia non benedicta admisceatur, etiam iterato, minore tamen copia. Si vero corrupta fuerit, aut effluxerit, aut quovis modo defecerit, Parochus in fontem bene mundatum ac nitidum, recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formula, quæ infra præscribitur.

7 Sed si aqua conglaciata sit, curetur, ut liquefiat: sin autem ex parte congelata sit, aut nimium frigida, poterit parum aquæ naturalis non benedictæ calefacere, et admiscere aquæ baptismali in vasculo ad id parato, et ea tepefacta ad baptizandum uti, ne noceat infantulo.

De forma Baptismi

8 Quoniam Baptismi forma his verbis expressa: Ego te baptízo in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, omnino necessaria est; ideo eam nullo modo licet mutare, sed eadem verba uno et eodem tempore, quo fit ablutio, pronuntianda sunt.

9 Latinus Presbyter latina forma semper utatur. Cum Baptismum absolute iterare nullo modo liceat, si quis sub condicione (de quo infra) sit baptizandus, ea condicio explicanda est hoc modo: Si non es baptizátus, ego te baptízo in nómine Patris, etc. Hac tamen condicionali forma non passim aut leviter uti licet, sed prudenter; et ubi, re diligenter pervestigata, prudens dubium exsistat, num revera vel num valide Sacramentum Baptismi collatum fuerit. Quoad baptismum ab obstetrice collatum notandum: Si obstetrix probe instructa, pia et fide digna, quæ moralem præstet certitudinem Sacerdoti, affirmet, omnia a se rite fuisse adhibita, quæ ad Sacramentum valide administrandum requiruntur; aut idem fide digni testis assertu comprobet, nec quidquam occurrat, quod ejus testimonio fidem detrahat: tunc tantummodo cæremoniæ erunt supplendæ.

10 Licet Baptismus conferri valide possit aut per infusionem aquæ, aut per immersionem, aut per aspersionem; primus tamen, vel secundus modus, aut mixtus ex utroque, qui magis sit in usu, pro Ecclesiarum consuetudine retineatur; ita ut trina ablutione caput baptizandi perfundatur, vel immergatur in modum crucis uno et eodem tempore, quo verba proferuntur, et idem sit aquam adhibens et verba pronuntians.

11 Ubi vero Baptismus fit per infusionem aquæ, cavendum est, ne aqua ex infantis capite in fontem, sed vel in sacrarium Baptisterii prope ipsum fontem exstructum defluat, aut in aliquo vase ad hunc usum parato recepta, in ipsius Baptisterii, vel in ecclesiæ sacrarium effundatur.

De ministro Baptismi

12 Minister ordinarius Baptismi solemnis est Sacerdos; sed ejus collatio reservatur Parocho vel alii Sacerdoti de ejusdem Parochi vel Ordinarii loci licentia, quæ in casu necessitatis legitime præsumitur.

Etiam peregrinus a Parocho proprio in sua Parœcia solemniter baptizetur, si id facile et sine mora fieri potest; secus peregrinum quilibet Parochus in suo territorio potest solemniter baptizare.

13 In alieno territorio nemini licet, sine debita licentia, Baptismum solemnem conferre ne sui quidem loci incolis.

14 Ubi parœciæ aut quasi-parœciæ nondum sunt constitutæ, statutorum peculiarium et receptarum consuetudinum ratio habenda est, ut constet cuinam Sacerdoti, præter Ordinarium, in universo territorio vel in ejus parte jus insit baptizandi.

15 Extraordinarius Baptismi solemnis minister est Diaconus; qui tamen sua potestate ne utatur sine loci Ordinarii vel Parochi licentia, justa de causa concedenda, quæ, ubi necessitas urgeat, legitime præsumitur.

16 Baptismus non solemnis, in mortis periculo, potest a quovis ministrari, servata debita materia, forma et intentione; quatenus vero fieri potest, adhibeantur duo testes vel saltem unus, quibus baptismi collatio probari possit.

Si tamen adsit Sacerdos, Diacono præferatur, Diaconus Subdiacono, Clericus laico et vir feminæ, nisi pudoris gratia deceat feminam potius quam virum baptizare, vel nisi femina noverit melius formam et modum baptizandi.

Patri aut matri suam prolem baptizare non licet, præterquam in mortis periculo, quando alius præsto non est, qui baptizet.

17 Curet Parochus ut fideles, præsertim obstetrices, medici et chirurgi, rectum baptizandi modum pro casu necessitatis probe ediscant.

18 Adultorum Baptismus, ubi commode fieri possit, ad loci Ordinarium deferatur, ut, si voluerit, ab eo vel ab ejus delegato solemnius conferatur.

De baptizandis parvulis

19 Cum agitur de Baptismo:

1° Parvulorum seu infantium nomine veniunt, qui nondum rationis usum adepti sunt, eisdemque accensentur amentes ab infantia, in quavis ætate constituti;

2° Adulti autem censentur, qui rationis usu fruuntur; idque satis est ut suo quisque animi motu Baptismum petat et ad illum admittatur.

20 Nemo in utero matris clausus baptizetur, donec probabilis spes sit ut rite editus baptizari possit.

Si infans caput emiserit et periculum mortis immineat, baptizetur in capite; nec postea, si vivus evaserit, est iterum sub condicione baptizandus.

Si aliud membrum emiserit, in illo, si periculum immineat, baptizetur sub condicione; at tunc, si natus vixerit, est rursus sub condicione baptizandus.

Si mater prægnans mortua fuerit, fœtus ab iis ad quos spectat extractus, si certo vivat, baptizetur absolute; si dubie, sub condicione.

Fœtus, in utero baptizatus, post ortum denuo sub condicione baptizari debet.

21 Curandum ut omnes fœtus abortivi, quovis tempore editi, si certo vivant, baptizentur absolute; si dubie, sub condicione.

22 Monstra et ostenta semper baptizentur saltem sub condicione: Si tu es homo, ego te baptízo, etc. In dubio autem unusne an plures sint homines, unus absolute baptizetur, ceteri sub condicione: Si non es baptizátus, ego te baptízo, etc.

23 Infantes expositi et inventi nisi, re diligenter investigata, de eorum Baptismo constet, sub condicione baptizentur.

24 Infans infidelium, etiam invitis parentibus, licite baptizatur, cum in eo versatur vitæ discrimine, ut prudenter prævideatur moriturus, antequam usum rationis attingat.

Extra mortis periculum, dummodo catholicæ ejus educationi cautum sit, licite baptizatur:

1° Si parentes vel tutores, aut saltem unus eorum, consentiant;

2° Si parentes, idest pater, mater, avus, avia, vel tutores desint, aut jus in eum amiserint, vel illud exercere nullo pacto queant.

25 Circa Baptismum infantium duorum hæreticorum aut schismaticorum, aut duorum catholicorum qui in apostasiam vel hæresim vel schisma prolapsi sint, generatim serventur normæ in superiore rubrica constitutæ.

Monstrum, quod distincte præ se fert duo capita aut duo pectora, duplex persona est, ideoque duplex baptismus, uterque absolute, eidem conferendus est. Si dubitatur, num duplex persona sit, quia aut unum caput aut unum tantummodo pectus; aut duo capita et duo pectora non satis distincta habet, duplex item baptismus conferendus est, alter absolute, alter sub condicione: Si non es baptizátus, ego te baptízo, etc.

De ritibus et cæremoniis Baptismi

26 Baptismus solemniter conferatur, salvo præscripto rubr. num. 28.

Loci Ordinarius potest, gravi et rationabili de causa, indulgere ut cæremoniæ præscriptæ pro Baptismo infantium adhibeantur in Baptismo adultorum.

27 Proles ritu parentum baptizari debet.

Si alter parentum pertineat ad ritum latinum, alter ad orientalem, proles ritu patris baptizetur, nisi aliud jure speciali cautum sit.

Si unus tantum sit catholicus, proles hujus ritu baptizanda est.

28 In mortis periculo Baptismum privatim conferre licet; et, si conferatur a ministro qui nec Sacerdos sit nec Diaconus, ea tantum ponantur, quæ sunt ad Baptismi validitatem necessaria; si a Sacerdote vel Diacono, serventur quoque, sit tempus adsit, cæremoniæ quæ Baptismum sequuntur.

Extra mortis periculum Baptismum privatum loci Ordinarius permittere nequit, nisi agatur de hæreticis qui in adulta ætate sub condicione baptizentur.

Cæremoniæ autem quæ in Baptismi collatione prætermissæ quavis ratione fuerint, quamprimum in ecclesia suppleantur, nisi agatur de hæreticis qui in adulta ætate sub condicione privatim baptizati fuerint ex Ordinarii loci licentia, ut supra.

29 Cum Baptismus sub condicione iteratur, cæremoniæ, si quidem in priore Baptismo omissæ fuerunt, suppleantur, salvo præscripto rubr. num. 28; sin autem in priore Baptismo adhibitæ sunt, repeti in altero aut omitti possunt.

30 Curent Parochi ut ei qui baptizatur, christianum imponatur nomen; quod si id consequi non poterunt, nomini a parentibus imposito addant nomen alicujus Sancti et in libro baptizatorum utrumque nomen perscribant.

De patrinis

31 Ex vetustissimo Ecclesiæ more nemo solemniter baptizetur, nisi suum habeat, quatenus fieri possit, patrinum.

Etiam in Baptismo privato patrinus, si facile haberi queat, adhibeatur; si non interfuerit, adhibeatur in supplendis Baptismi cæremoniis, sed hoc in casu nullam contrahit spiritualem cognationem.

32 Cum Baptismus iteratur sub condicione, idem patrinus, quatenus fieri possit, adhibeatur, qui in priore Baptismo forte adfuit; extra hunc casum in Baptismo condicionato patrinus non est necessarius.

Iterato Baptismo sub condicione, neque patrinus qui priori Baptismo adfuit, neque qui posteriori, cognationem spiritualem contrahit, nisi idem patrinus in utroque Baptismo adhibitus fuerit.

33 Patrinus unus tantum, licet diversi sexus a baptizando, vel ad summum unus et una adhibeantur.

34 Ut quis sit patrinus, oportet:

1° Sit baptizatus, rationis usum assecutus et intentionem habeat id munus gerendi;

2° Ad nullam pertineat hæreticam aut schismaticam sectam, nec sententia condemnatoria vel declaratoria sit excommunicatus aut infamis infamia juris, aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degradatus;

3° Nec sit pater vel mater vel conjux baptizandi;

4° Ab ipso baptizando ejusve parentibus vel tutoribus aut, his deficientibus, a ministro sit designatus;

5° Baptizandum in actu Baptismi per se vel per procuratorem physice teneat aut tangat vel statim levet seu suscipiat de sacro fonte aut de manibus baptizantis.

35 Ut autem quis licite patrinus admittatur, oportet:

1° Decimum quartum suæ ætatis annum attigerit, nisi aliud justa de causa ministro videatur;

2° Non sit propter notorium delictum excommunicatus vel exclusus ab actibus legitimis vel infamis infamia juris, quin tamen sententia intercesserit, nec sit interdictus aut alias publice criminosus vel infamis infamia facti;

3° Fidei rudimenta noverit;

4° In nulla religione sit novicius vel professus, nisi necessitas urgeat et expressa habeatur venia Superioris saltem localis;

5° In sacris ordinibus non sit constitutus, nisi accedat expressa Ordinarii proprii licentia.

36 In dubio utrum quis valide vel licite admitti possit, necne, ad patrini munus, parochus, si tempus suppetat, consulat Ordinarium.

37 Ex Baptismo spiritualem cognationem contrahunt tantum cum baptizato baptizans et patrinus.

38 Patrinorum est, ex suscepto munere, spiritualem filium perpetuo sibi commendatum habere, atque in iis quæ ad christianæ vitæ institutionem spectant, curare diligenter ut ille talem in tota vita se præbeat, qualem futurum esse solemni cæremonia spoponderunt.

De tempore et loco Baptismi conferendi

39 Infantes quamprimum baptizentur; et Parochi ac contionatores frequenter fideles de hac gravi eorum obligatione commoneant.

40 Baptismus privatus, urgente necessitate, quovis tempore et loco administrandus est.

41 Etiam solemnis Baptismus qualibet die administrari potest; decet tamen adultorum Baptismum, secundum antiquissimum Ecclesiæ ritum, conferri, si fieri commode queat, in pervigilio Paschatis et Pentecostes, præcipue in metropolitanis aut cathedralibus ecclesiis.

42 Proprius Baptismi solemnis administrandi locus est Baptisterium in ecclesia vel oratorio publico.

43 Quælibet parœcialis ecclesia, revocato ac reprobato quovis contrario statuto vel privilegio vel consuetudine, baptismalem habeat fontem, salvo legitimo jure cumulativo aliis ecclesiis jam quæsito.

Loci Ordinarius potest pro fidelium commoditate permittere vel jubere ut fons baptismalis ponatur etiam in alia ecclesia vel publico oratorio intra parœciæ fines.

44 Si ad ecclesiam parœcialem, aut ad aliam quæ jure fontis gaudeat, baptizandus, propter locorum distantiam aliave adjuncta, sine gravi incommodo aut periculo, accedere aut transferri nequeat, Baptismus solemnis a Parocho conferri potest et debet in proxima ecclesia aut oratorio publico intra parœciæ fines, licet hæc baptismali fonte careant.

45 In domibus autem privatis Baptismus solemnis administrari non debet, nisi hisce in adjunctis:

1° Si baptizandi sint filii aut nepotes eorum qui supremum actu tenent populorum principatum vel jus habent succedendi in thronum, quoties isti id rite poposcerint;

2° Si loci Ordinarius, pro suo prudenti arbitrio et conscientia, justa ac rationabili de causa, in casu aliquo extraordinario id concedendum censuerit.

In memoratis casibus Baptismus conferendus est in sacello domus aut saltem in alio decenti loco, et aqua baptismali de more benedicta.

46 Baptisterium sit decenti loco et forma, materiaque solida, et quæ aquam bene contineat, decenter ornatum, et cancellis circumseptum, sera et clave munitum, atque ita obseratum, ut pulvis, vel aliæ sordes intro non penetrent, in eoque, ubi commode fieri potest, depingatur seu collocetur imago sancti Joannis Christum baptizantis.

De sacris Oleis et aliis requisitis

47 Sacrum Chrisma, et sanctum Oleum, quod et Catechumenorum dicitur, quorum usus est in Baptismo, debent esse ab Episcopo benedicta Feria V in Cœna Domini proxime superiore; neque adhibeantur vetera, nisi necessitas urgeat.

48 Curet Parochus, ut ea suo tempore quamprimum habeat a suo Ordinario, et tunc vetera in ecclesia comburat.

49 Mox deficienti Oleo benedicto aliud Oleum de olivis non benedictum adjiciatur, etiam iterato, minore tamen copia.

50 Chrisma, et Oleum sacrum sit in suis vasculis argenteis, aut saltem stanneis, bene obturatis: quæ vascula sint inter se distincta et propriam unumquodque inscriptionem habeat, majusculis litteris incisam, ne quis error committatur.

51 Ad usum vero quotidianum minora habeantur vascula ex argento, si fieri potest, aut stanno, sive separata, sive etiam conjuncta: apte tamen distincta, et bene cooperta, et cum suis inscriptionibus, ut supra, ne Parochus aberret, et unum pro altero sumat, quod cavere debet diligenter.

52 In ea igitur ex majoribus vasculis Chrismatis et Olei, quod sufficiat, infundatur, atque ut effusionis periculum caveatur, commodum erit, in his vasculis bombacium, seu quid simile habere, Oleo sacro, et Chrismate separatim perfusum, in quo pollex, cum opus est, ad inungendum immittatur.

53 Hæc vascula ita parata in ecclesia, loco proprio, honesto, ac mundo, sub clave, ac tuta custodia decenter asserventur, ne ab aliquo, nisi a Sacerdote, temere tangantur, aut eis sacrilege quisquam abuti possit; nec ea domi Parochus retineat, nisi propter necessitatem aliamve rationabilem causam, accedente Ordinarii licentia.

54 Parochus, quantum fieri potest, curet, ne per laicos, sed per se, vel alium Sacerdotem, vel saltem per alium Ecclesiæ ministrum hæc Olea deferantur: caveat item, ne de iis quidquam ulli umquam tribuat cujusvis rei prætextu.

55 Sal, quod in os baptizandi immittendum est, sit benedictum sua peculiari benedictione, quæ infra præscribitur; neque utatur sale exorcizato ad benedicendam aquam; sitque prius bene confractum et attritum, siccum ac mundum. Sal ita benedictum nemini tradatur, neque etiam iis, qui benedicendum attulerint, reddatur, sed ad alios baptizandos servetur, aut in sacrarium abjiciatur.

56 Cum igitur Baptismi Sacramentum jam administrandum est, hæc in promptu esse debent:

57 Vascula sacri Olei Catechumenorum, et Chrismatis.

58 Vasculum cum sale benedicendo, vel jam, ut dictum est, benedicto.

59 Vasculum, seu cochleare ex argento, vel alio metallo nitidum, ad aquam Baptismi fundendam super caput baptizandi, quod nulli præterea alii usui deserviat.

60 Pelvis, seu bacile ad excipiendam aquam ex capite defluentem, nisi statim in sacrarium defluat.

61 Gossipium, alio nomine bombacium, seu quid simile, ad abstergenda loca sacris Oleis inuncta.

62 Stolæ duæ, ubi commode haberi possunt, una violacea, et altera alba, ut infra notatur, mutanda; sin minus, una saltem adhibeatur.

63 Medulla panis, qua inuncti Sacerdotis digiti, cum manus lavat, abstergantur; et vas pro manuum lotione post Baptismum, quod huic tantum usui deservire decet.

64 Alba vestis in modum pallioli, seu linteolum candidum, infantis capiti imponendum.

65 Cereus, seu candela cerea, baptizato ardens tradenda.

66 Hic denique Ritualis liber sit paratus; et item liber Baptismalis, in quo baptizati describuntur.

67 Omnibus igitur opportune præparatis, Sacerdos ad tanti Sacramenti administrationem, lotis manibus, superpelliceo et stola violacea indutus, accedat: Clericum unum, seu plures, si potest, secum adhibeat, superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent.

68 Ita paratus accedat ad limen ecclesiæ, ubi foris exspectant qui infantem detulerunt.

69 Interroget (nisi de his bene sibi constet), an sit suæ parœciæ, masculus, an femina, an sit domi baptizatus, et a quo, et quam rite, et qui sint compatres, qui infantem teneant, pro eoque respondeant: quos pie ac decenter assistere, ac, prout opus erit, pro baptizando ad interrogationes respondere admoneat.

70 Et quoniam iis qui baptizantur, tamquam Dei filiis in Christo regenerandis, et in ejus militiam adscribendis, nomen imponitur, curet, ne obscena, fabulosa, aut ridicula, vel inanium deorum, vel impiorum ethnicorum hominum nomina imponantur, sed potius, quatenus fieri potest, Sanctorum, quorum exemplis fideles ad pie vivendum excitentur, et patrociniis protegantur.

71 His igitur expeditis, et accepto nomine baptizandi, positi, si infans fuerit, super brachium dextrum illius, qui eum defert, Parochus ad Baptismum procedat, in hunc modum nominatim interrogans.

CAPUT 2

ORDO BAPTISMI PARVULORUM

Slavice:

1 Sacerdos interrogat infantem (si plures sint baptizandi, singulariter singulos):

Ako bude meno tomuto dieťaťu?

Patrinus respondet: N.

Sac. (singulariter singulis) N. Čo žiadaš od Cirkvi svätej?

Resp. Vieru.

Sac. Čo ti udelí viera?

Resp. Život večný.

Sac. (singulariter singulis) Keď teda chceš vojsť do života večného, zachovávaj prikázania: Milovať budeš Pána Boha svojho z celého srdca svojho, z celej duše svojej a z celej mysle svojej; a blížneho svojho, jako seba samého.

Germanice:

1 Sac. (singulariter singulis) Wie wird dieses Kind heißen?

Resp. N.

Sac. (singulariter singulis) N. Was verlangst du von der Kirche Gottes?

Resp. Den Glauben.

Sac. Was gibt dir der Glaube?

Resp. Das ewige Leben.

Sac. (singulariter singulis) Wenn du also zum ewigen Leben eingehen willst, so halte die Gebote: Du sollst den Herrn, deinen Gott, lieben aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele und aus deinem ganzen Gemüte, und deinen Nächsten wie dich selbst.

Hungarice:

1 Sac. (singulariter singulis) Mi lesz a neve ezen csecsemőnek?

Resp. N.

Sac. (singulariter singulis) N. mit kérsz Isten anyaszentegyházától?

Resp. Hitet.

Sac. A hit mit ád neked?

Resp. Örök életet.

Sac. (singulariter singulis) Ha tehát az életre be akarsz menni, tartsd meg a parancsolatokat: szeressed a te Uradat-Istenedet teljes szivedből és teljes lelkedből és teljes elmédből; felebarátodat pedig mint tennenmagadat.

2 Deinde ter exsufflat leniter in faciem infantis, et dicit semel (singulariter singulis):

Exi ab eo (vel ab ea), immúnde spíritus, et da locum Spíritui Sancto Paráclito.

3 Postea pollice facit signum crucis in fronte, et in pectore infantis, dicens (singulariter singulis):

Accipe signum Crucis tam in fron ✠ te, quam in corde ✠, sume fidem cæléstium præceptórum: et talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: et hunc Eléctum tuum N. (hanc Eléctam tuam N.) Crucis Domínicæ impressióne signátum (-am) perpétua virtúte custódi: ut, magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

4 Deinde imponit manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) ad rudiménta fídei vocáre dignátus es: omnem cæcitátem cordis ab eo (ea) expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a): áperi ei, Dómine, jánuam pietátis tuæ, ut signo sapiéntiæ tuæ imbútus (-a), ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum lætus (-a), tibi in Ecclésia tua desérviat et proficiat de die in diem. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

5 Deinde Sacerdos benedicit sal, quod semel benedictum alias ad eundem usum deservire potest.

Benedictio salis

Exorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in caritáte Dómini nostri Jesu ✠ Christi, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti. Exorcízo te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum ✠, qui te ad tutélam humáni géneris procreávit, et pópulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári præcépit, ut in nómine sanctæ Trinitátis efficiáris salutáre sacraméntum ad effugándum inimícum. Proínde rogámus te, Dómine Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sancti ✠ fices, et benedicéndo bene ✠ dícas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

6 Deinde immittit modicum salis benedicti in os infantis, dicens (singulariter singulis):

N. Accipe sal sapiéntiæ: propitiátio sit tibi in vitam ætérnam. ℟. Amen.

Sacerdos:

Pax tecum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) respícere dignéris propítius, et hoc primum pábulum salis gustántem, non diútius esurire permíttas, quo minus cibo expleátur cælésti, quátenus sit semper spíritu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérviens. Perduc eum (eam), Dómine, quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérna prǽmia cónsequi mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Exorcízo te, immúnde spíritus, in nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N.: Ipse enim tibi imperat, maledícte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

Ergo, maledícte diábole, recognósce sententiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N., quia istum (istam) sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptismatis vocáre dignátus est.

7 Hic pollice in fronte signat infantem, dicens (singulariter singulis):

Et hoc signum sanctæ Cru ✠ cis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

8 Mox imponit manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Ætérnam, ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum N.

(hanc fámulam tuam N.), ut dignéris eum (eam) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eum (eam), et sanctífica: da ei sciéntiam veram, ut, dignus (-a) grátia Baptísmi tui efféctus (-a), téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

9 Postea Sacerdos imponit extremam partem stolæ pendentem a suo humero sinistro super primum infantem, et introducit eum (quem sequuntur ceteri) in ecclesiam, dicens (in plurali pro pluribus):

N. Ingrédere in templum Dei, ut hábeas partem cum Christo in vitam ætérnam. ℟. Amen.

IN ECCLESIA

10 Cum fuerint ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fontem, cum susceptoribus conjunctim clara voce dicit:

Credo. Pater noster. Ave Maria.

11 Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, dicit (in plurali pro pluribus):

Exorcismus

Exorcizo te, omnis spíritus immúnde, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu ✠ Christi Fílii ejus, Dómini et Júdicis nostri, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti, ut discédas ab hoc plásmate Dei N., quod Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eo. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

12 Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui, et tangit aures et nares infantis: tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicit (singulariter singulis):

Ephphetha, quod est, Adaperíre.

Deinde tangit nares dicens:

In odórem suavitátis. Tu autem effugáre, diábole; appropinquábit enim judícium Dei.

13 Postea interrogat baptizandum nominatim, dicens (singulariter singulis):

Slavice:

Sac. N. Či sa odriekaš satanáša?
Resp. Odriekam.
Sac. I všetkých skutkov jeho?
Resp. Odriekam.
Sac. I všetkej pýchy jeho?
Resp. Odriekam.

Germanice:

Sac. N. Widersagst du dem Teufel?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und allen seinen Werken?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und aller seiner Hoffart?
Resp. Ich widersage.

Hungarice:

Sac. N. Ellene mondasz-e az ördögnek?
Resp. Ellene mondok.
Sac. És minden cselekedeteinek?
Resp. Ellene mondok.
Sac. És minden pompáinak?
Resp. Ellene mondok.

14 Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum crucis, dicens semel (singulariter singulis):

Ego te línio ✠ óleo salútis in Christo Jesu, Dómino nostro, ut hábeas vitam ætérnam.
℟. Amen.

15 Subinde pollicem et inuncta loca abstergit bombacio vel re simili. Hic deponit stolam violaceam, et sumit aliam albi coloris. Et interrogat expresso nomine baptizandum (singulos baptizandos), patrino respondente:

Slavice:

Sac. N. Či veríš v Boha, Otca všemožúceho, stvoriteľa neba i zeme?
Resp. Verím.
Sac. Či veríš v Ježiša Krista, Syna jeho jediného, Pána nášho, narodeného a umučeného?
Resp. Verím.

Sac. Či veríš v Ducha svätého, svätú cirkev všeobecnú, svätých obcovanie, hriechov odpustenie, tela z mrtvých vzkriesenie a život večný?

Resp. Verím.

Germanice:

Sac. N. Glaubst du an Gott Vater, den allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?

Resp. Ich glaube.

Sac. Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden ist und gelitten hat?

Resp. Ich glaube.

Sac. Glaubst du an den Heiligen Geist, die heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?

Resp. Ich glaube.

Hungarice:

Sac. N. hiszesz-e a mindenható Atya-Istenben, mennynek és földnek teremtőjében?

Resp. Hiszek.

Sac. Hiszesz-e a Jézus Krisztusban, ő egy Fiában, mi Urunkban, ki e világra született és kínt-halált szenvedett?

Resp. Hiszek.

Sac. Hiszesz-e a Szentlélekben, közönséges keresztény anyaszentegyházat, szentek egyességét, bűnök bocsánatát, testnek feltámadását és örök életet?

Resp. Hiszek.

16 Subinde, expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit (singulariter singulis):

Slavice:

Sac. N. Či sa chceš dať pokrstiť?

Resp. Chcem.

Germanice:

Sac. N. Willst du getauft werden?

Resp. Ich will.

Hungarice:

Sac. N. akarsz-e megkeresztelkedni?

Resp. Akarok.

17 Tunc patrino, vel matrina, vel utroque (si ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vasculo, seu urceolo accipit aquam baptismalem,

et eam ter fundit super caput infantis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distincte, et attente, dicit (singulariter singulis):

N. Ego te baptízo in nómine Pa ✠ tris, fundit primo. et Fí ✠ lii, fundit secundo. et Spíritus ✠ Sancti, fundit tertio.

18 Si vero dubitetur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma:

N. Si non es baptizátus (-a), ego te baptízo in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.

19 Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, et ungit infantem in summitate capitis in modum crucis, dicens (singulariter singulis):

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum (hic inungit), ipse te líniat ✠ Chrísmate salútis in eódem Christo Jesu, Dómino nostro, in vitam ætérnam. ℟. Amen.

Sacerdos:

Pax tibi. ℟. Et cum spíritu tuo.

20 Tum bombacio, vel re simili, abstergit pollicem, et locum inunctum, et imponit capiti ejus linteolum candidum loco vestis albæ, dicens (singulariter singulis):

Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. ℟. Amen.

21 Postea dat ei, vel patrino, candelam accensam, dicens (singulariter singulis):

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad núptias, possis occúrrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælésti, et vivas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

22 Postremo dicit (in plurali pro pluribus):

N. Vade (Ite) in pace, et Dóminus sit tecum (vobíscum). ℟. Amen.

23 Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono Baptismum solemnem ministrante, qui tamen sale et aqua utetur a Sacerdote ad hunc usum rite prius benedictis.

24 Si vero sint plures baptizandi, sive masculi, sive feminæ, in catechismo masculi statuantur ad dexteram, feminæ vero ad sinistram; et omnia pariter dicantur ut supra, in proprio genere, et numero plurali. Verum prima nominis interrogatio, exsufflatio, crucis impressio, seu signatio, tactus aurium et narium cum saliva, abrenuntiationis interrogatio, unctio Olei Catechumenorum, interrogatio de Fide, seu Symbolo, et ipse Baptismus, inunctio Chrismatis, candidæ vestis impositio, atque accensæ candelæ traditio, singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis, fieri debent.

Sed pro majori commoditate adnotatum est propriis locis in rubricis parenthesi notatis; ita ut quando dicitur in tali rubrica singulariter singulis, intelligatur quod illa verba, vel actiones, usque ad aliam rubricam dici, vel fieri debent singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis, mutato solum genere, ut dictum est supra. Quando vero in simili rubrica dicitur in plurali pro pluribus, intelligatur, quod illa verba usque ad aliam rubricam dici debent semel, sed pro pluribus in plurali, mutato solum genere, si omnes sint feminæ.

25 Si infans, vel adultus ægrotus adeo graviter laboret, ut periculum immineat, ne pereat antequam Baptismus perficiatur, Sacerdos, omissis quæ Baptismum præcedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel infundens aquam super caput ejus in modum crucis, dicens: **Ego te baptízo in nómine Patris, etc.**, ut supra, pag. 23.

Si non habeatur aqua Baptismalis, et periculum impendeat, Sacerdos utatur aqua simplici.

Deinde si habeat Chrisma, liniat eum in vertice, dicens: **Deus omnípotens, etc.**, ut supra, pag. 23.

Postea dat ei linteolum candidum, dicens: **Accipe vestem, etc.**, ut supra, pag. 23.

Ac demum dat ei ceream candelam, accensam, dicens: **Accipe lámpadem**, ut supra, pag. 23.

Si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi.

26 Si plures sint baptizandi, et periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, ut singuli separatim baptizentur, poterit minister singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare, dicendo: **Ego vos baptízo in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.** Quam tamen formam ad plures simul baptizandos solum in mortis periculo, et ubi tempus non patiatur, ut singuli separatim baptizentur, alias numquam licet adhibere.

27 Admonendi sunt susceptores de spirituali cognatione, quam contraxerunt cum baptizato; quæ cognatio impedit Matrimonium, ac dirimit.

28 Curet Parochus parentes infantis admoneri, ne in lecto secum ipsi, vel nutrices parvulum habeant, propter oppressionis periculum; sed eum diligenter custodiant, et opportune ad christianam disciplinam instituant.

29 Commonendi sunt etiam parentes, et alii, si opus fuerit, ne filios hebræis, aliisve infidelibus, vel hæreticis mulieribus ullo modo lactandos, aut nutriendos tradant.

30 Antequam infans ex ecclesia asportetur, aut susceptores discedant, eorum nomina, et alia de administrato Baptismo ad præscriptam formam in Baptismali libro Parochus accurate describat.

31 Si Baptismus nec a proprio Parocho nec eo præsente administratus fuerit, minister de ipso collato quamprimum proprium ratione domicilii Parochum baptizati certiorem reddat.

32 Ad collatum Baptismum comprobandum, si nemini fiat præjudicium, satis est unus testis omni exceptione major, vel ipsius baptizati jusjurandum, si ipse in adulta ætate Baptismum receperit.

CAPUT 3

DE BAPTISMO ADULTORUM

1 Adultus, nisi sciens et volens probeque instructus, ne baptizetur; insuper admonendus ut de peccatis suis doleat.

In mortis autem periculo, si nequeat in præcipuis fidei mysteriis diligentius instrui, satis est, ad Baptismum conferendum, ut aliquo modo ostendat se eisdem assentire serioque promittat se christianæ religionis mandata servaturum.

Quod si Baptismum ne petere quidem queat, sed vel antea vel in præsenti statu manifestaverit aliquo probabili modo intentionem illum suscipiendi, baptizandus est sub condicione; si deinde convaluerit et dubium de valore Baptismi collati permaneat, sub condicione Baptismus rursus conferatur.

2 Adultorum Baptismus, ubi commode fieri possit, ad loci Ordinarium deferatur, ut, si illi placuerit, ab eo vel ab ejus delegato solemnius conferatur, alioquin Parochus ipse baptizet, stata cæremonia.

3 Decet autem hujusmodi Baptismum, ex Apostolico instituto, in pervigilio Paschatis vel Pentecostes solemniter celebrari.

4 Quare si circa hæc tempora Catechumeni sint baptizandi, in ipsos dies, si nihil impediat, Baptismum differri convenit.

5 Verum si circa, seu post tempus Pentecostes aliqui conversi fuerint, qui ægre ferant suum Baptismum in longum tempus differri, et ad illud festinent, instructique, ac rite parati esse noscantur, citius baptizari possunt.

6 Catechumenus instructus baptizetur in ecclesia, seu Baptisterio, patrinus ei assistat, et ipse Catechumenus ad Sacerdotis interrogationes respondeat, nisi mutus sit, aut omnino surdus, vel ignotæ linguæ: quo casu vel per patrinum, si illam intelligat, aut alium interpretem, vel nutu consensum explicet suum.

7 Tam Sacerdotem, qui adultos baptizaturus est, quam ipsos adultos, qui sani sint, decet esse jejunos.

Nisi graves urgentesque causæ obsint, adultus baptizatus statim Missæ sacrificio assistat et sacram communionem percipiat.

8 Quare non post epulas, aut prandia, sed ante meridiem (nisi ex rationabili causa aliter faciendum sit) eorum Baptismus celebretur.

9 Amentes et furiosi ne baptizentur, nisi tales a nativitate vel ante adeptum rationis usum fuerint; et tunc baptizandi sunt ut infantes.

Si autem dilucida habeant intervalla, dum mentis compotes sunt, baptizentur, si velint.

Baptizentur quoque, imminente periculo mortis, si, antequam insanirent, suscipiendi Baptismi desiderium ostenderint.

Qui lethargo aut phrenesi laborat, vigilans tantum et volens baptizetur; at si periculum mortis impendeat, et prius ille ostenderit suscipiendi Baptismi desiderium, baptizetur.

10 Sacerdos diligenter curet, ut certior fiat de statu et condicione eorum, qui baptizari petunt, præsertim exterorum: de quibus facta diligenti inquisitione, num alias, ac rite sint baptizati, caveat, ne quis jam baptizatus, imperitia, vel errore, aut ad quæstum, vel ob aliam causam, fraude, dolove iterum baptizari velit.

11 Omnes autem, de quibus, re diligenter investigata, prudens dubium exsistat, num revera vel num valide baptizati fuerint, sub condicione iterum baptizentur.

12 Hæretici vero ad Catholicam Ecclesiam venientes, in quorum Baptismo debita forma, aut materia servata non est, rite baptizandi sunt; sed prius errorum suorum pravitatem agnoscant et detestentur, et in fide Catholica diligenter instruantur: ubi vero debita forma et materia servata est, omissa tantum suppleantur, nisi rationabili de causa aliter loci Ordinario videatur.

13 Ceterum legantur, et serventur ea, quæ supra de Baptismo in communi præscripta sunt, cap. 1.

CAPUT 4

ORDO BAPTISMI ADULTORUM

1 In primis Sacerdos, paratis his, quæ supra de observandis in administratione Sacramenti Baptismi parvulorum dicuntur, indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali violacei coloris, cum suis Clericis accedit ad gradus Altaris, et, genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ut tantum Sacramentum digne valeat ministrare; et ad implorandum divinum auxilium, surgens, se signat, et, si temporis ratio ferat, dicit:

℣. Deus, in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine, ad adjuvándum me festína.
℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat.

2 Postea incipit, prosequentibus Clericis,

Ant. Effúndam super vos aquam mundam, et mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris, dicit Dóminus.

Psalmus 8

Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cælos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum: * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum: * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus, * oves et boves univérsas: ínsuper et pécora campi.

Vólucres cæli, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Glória Patri.

Psalmus 28

Afférte Dómino, fílii Dei: * afférte Dómino fílios aríetum.

Afférte Dómino glóriam et honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas, Deus majestátis intónuit: * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte: * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros: * et confrínget Dóminus cedros Líbani:

Et commínuet eas tamquam vítulum Líbani: * et diléctus quemádmodum fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: * vox Dómini concutiéntis desértum: et commovébit Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, et revelábit condénsa: * et in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit: * et sedébit Dóminus Rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit: * Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

Glória Patri.

Psalmus 41

Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum: * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum: * quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes die ac nocte: * dum dícitur mihi quotídie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam: * quóniam transíbo in locum ta-

bernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exsultatiónis, et confessiónis: * sonus epulántis.

Quare tristis es, ánima mea? * et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est: * proptérea memor ero tui de terra Jordánis, et Hermóniim a monte módico.

Abýssus abýssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam: * et nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei? * et quare contristátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies: Ubi est Deus meus? * quare tristis es, ánima mea? et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Glória Patri.

Et repetitur Antiphona:

Effúndam super vos aquam mundam, et mundabimini ab ómnibus inquinaméntis vestris, dicit Dóminus.

3 Deinde dicitur:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre unitátem: quæsumus; ut, ejúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis.

Oratio

Adésto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus: et quod humilitátis nostræ geréndum est ministério, tuæ virtútis impleátur effectu.

4 Si plures sint baptizandi, sequens Oratio dicatur in numero plurali (et in genere masculino, nisi omnes sint feminæ):

Oratio

Da, quæsumus, Dómine, Elécto (-æ) nostro (-æ), ut sanctis edóctus (-a) mystériis, et renovétur fonte Baptísmatis, et inter Ecclésiæ tuæ membra numerétur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. **Amen.**

5 Deinde Sacerdos procedit ad fores Ecclesiæ, et stat in limine: catechizandus vero extra limen. Et si sint plures, mares et feminæ, illi ad dexteram Sacerdotis, hæ vero ad sinistram statuantur, et (singulariter singulos, si plures, usque ad Orationem Te déprecor exclusive, pag. 32):

Slavice:

Sacerdos interrogat: Ako ti meno?
Catechumenus respondet: N.
Sac. N. Čo žiadaš od Cirkve svätej?
Resp. Vieru.
Sac. Čo ti udelí viera?
Resp. Život večný.
Sac. Keď chceš vojsť do života večného, zachovávaj prikázania: Milovať budeš Pána Boha svojho z celého srdca svojho, z celej duše svojej, z celej mysle svojej; a blížneho svojho, jako seba samého. Od týchto dvoch príkazov závisí celý zákon a proroci. Viera ale je táto; aby si ctil jednoho Boha v Trojici, a Trojicu v jednote; nemätúc osoby, ani podstatu nerozdelujúc. Lebo iná je osoba Otca, iná Syna, iná Ducha Svätého; ale podstata troch je jedna a len jedno božstvo.

6 Et rursus interrogat:

Sac. N. Či sa odriekaš satanáša?
Resp. Odriekam.
Sac. I všetkých skutkov jeho?
Resp. Odriekam.
Sac. I všetkej pýchy jeho?
Resp. Odriekam.

7 Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens:

Sac. Či veríš v Boha, Otca všemožúceho, stvoriteľa neba i zeme?
Resp. Verím.
Sac. Či veríš v Ježiša Krista, Syna jeho jediného, Pána nášho, narodeného a umučeného?
Resp. Verím.
Sac. Či veríš v Ducha svätého, svätú cirkev všeobecnú, svätých obcovanie, hriechov odpustenie, tela z mrtvých vzkriesenie, a život večný?
Resp. Verím.

Germanice:

Sacerdos interrogat: Wie heißest du?
Catechumenus respondet: N.
Sac. N. Was verlangst du von der Kirche Gottes?
Resp. Den Glauben.
Sac. Was gibt dir der Glaube?
Resp. Das ewige Leben.
Sac. Wenn du also zum ewigen Leben eingehen willst, so halte die Gebote; du sollst den Herrn, deinen Gott, lieben aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele und aus deinem ganzen Gemüte, und deinen Nächsten wie dich selbst. Das aber ist der Glaube, daß du einen Gott in der Dreifaltigkeit und die Dreifaltigkeit in der Einheit verehrest, ohne Vermischung der Personen und ohne Teilung der Wesenheit. Denn eine andere Person ist die des Vaters, eine andere die des Sohnes, eine andere die des Heiligen Geistes; doch diese drei sind eines Wesens und nur eine Gottheit.

6 Et rursus interrogat:

Sac. N. Widersagst du dem Teufel?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und allen seinen Werken?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und aller seiner Hoffart?
Resp. Ich widersage.

7 Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens:

Sac. Glaubst du an Gott Vater, den allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?
Resp. Ich glaube.

Sac. Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden ist und gelitten hat?
Resp. Ich glaube.
Sac. Glaubst du an den Heiligen Geist, die heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?
Resp. Ich glaube.

Hungarice:

Sacerdos interrogat: Mi a neved?
Catechumenus respondet: N.
Sac. N. mit kérsz Isten anyaszentegyházától?
Resp. Hitet.
Sac. A hit mit ád neked?
Resp. Örök életet.
Sac. Ha tehát az életre be akarsz menni, tartsd meg a parancsolatokat; szeressed a te Uradat-Istenedet teljes szivedből és teljes lelkedből és teljes elmédből; felebarátodat pedig mint tennenmagadat. E két parancsolaton függ az egész törvény és a próféták. Ez a hit pedig ez: hogy egy Istent tisztelj a Háromságban, és a Háromságot az egységben; sem a személyeket össze nem zavarván, sem a lényeget szét nem választván. Mert más az Atya személye, más a Fiúé, más a Szentléleké; de a háromnak egy a lényege, és csak egy az istensége.

6 Et rursus interrogat:

Sac. N. Ellene mondasz-e az ördögnek?
Resp. Ellene mondok.
Sac. És minden cselekedeteinek?
Resp. Ellene mondok.
Sac. És minden pompáinak?
Resp. Ellene mondok.

7 Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens:

Sac. Hiszesz-e a mindenható Atya-Istenben, mennynek és földnek teremtőjében?
Resp. Hiszek.
Sac. Hiszesz-e a Jézus Krisztusban, ő egy Fiában, mi Urunkban, ki e világra született és kínt-halált szenvedett?
Resp. Hiszek.
Sac. Hiszesz-e a Szentlélekben, közönséges keresztény anyszentegyházat, szentek egyességét, bűnök bocsánatát, testnek feltámadását és örök életet?
Resp. Hiszek.

8 Tunc Sacerdos exsufflat ter in faciem ejus, et dicit semel:

Exi ab eo (ea), spíritus immúnde, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

9 Hic in modum crucis halat in faciem ipsius, et dicit:

N. Accipe Spíritum bonum per istam insufflatiónem, et Dei bene ✠ dictiónem. Pax tibi.

℟. Et cum spíritu tuo.

10 Deinde pollice facit crucem in ejus fronte, et in pectore, dicens:

N. Accipe signum crucis tam in fron ✠ te, quam in cor ✠ de: sume fidem cæléstium præceptórum. Talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis: ingressúsque (ingréssaque) Ecclésiam Dei, evasísse te láqueos mortis, lætus (-a) agnósce; (horrésce idála, réspue simulácra).

Hic advertendum est, quod verba horrésce idóla, réspue simulácra dicantur Catechumeno, qui venit de gentilitatis errore, seu de ethnicis et idololatris. Catechumeno vero Judæo, sive ex Hebræis venienti, loco horum verborum dicatur horrésce Judáicam perfídiam, réspue Hebráicam superstitiónem.

Saraceno autem, vel Turcæ, aut Persæ, sive alii ex Mahumetanis ad fidem venienti Catechumeno, loco eorundem verborum dicatur horrésce Mahuméticam perfídiam, réspue pravam sectam infidelitátis.

At hæretico ad catholicam Ecclesiam venienti, qui, si in ejus Baptismo debita forma servata non est, baptizari debet, dicatur horrésce hæréticam pravitátem, réspue nefárias sectas impiórum. Vel exprimatur proprio nomine secta de qua Catechumenus venit.

Cole Deum Patrem omnipoténtem, et Jesum Christum, Filium ejus únicum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

De déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: ut huic fámulo tuo N., qui (fámulæ tuæ N., quæ) in hujus sæculi nocte vagátur incértus (-a) ac dúbius (-a), viam veritátis et agnitiónis tuæ júbeas demonstrári: quátenus, reserátis óculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Fílio, et Fílium in Patre cum Spíritu

Sancto recognóscat, atque hujus confessiónis fructum, et hic, et in futúro sæculo percípere mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

11 Deinde pollice signat Electum (singulos Electos) signo crucis in fronte, dicens (singulariter singulis):

Signo tibi fron ✠ tem, ut suscípias Crucem Dómini.

In auribus:

Signo tibi au ✠ res, ut áudias divína præcépta.

In oculis:

Signo tibi ócu ✠ los, ut vídeas claritátem Dei.

In naribus:

Signo tibi na ✠ res, ut odórem suavitátis Christi séntias.

In ore:

Signo tibi os ✠, ut loquáris verba vitæ.

In pectore:

Signo tibi pec ✠ tus, ut credas in Deum.

In scapulis:

Signo tibi scá ✠ pulas, ut suscípias jugum servitútis ejus.

In toto corpore, illud non tangens, manu producit signum crucis, et dicit:

Signo te totum in nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, ut hábeas vitam ætérnam, et vivas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi, et hunc Eléctum tuum N. (hanc Eléctam tuam N.) Crucis Domínicæ impressióne signátum (-am), perpétua virtúte custódi: ut, magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui humáni géneris ita es cónditor, ut sis étiam reformátor, propitiáre pópulis adoptívis, et novo testaménto sóbolem novæ prolis adscríbe: ut fílii promissiónis, quod non potuérunt ássequi per natúram, gáudeant suscepísse per grátiam. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

12 Tunc imponit manum super caput Electi (singulorum Electorum), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) ad rudiménta fídei vocáre dignátus es: omnem cæcitátem cordis ab eo (ea) expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a), áperi ei, Dómine, jánuam pietátis tuæ, ut signo sapiéntiæ tuæ imbútus (-a), ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum lætus (-a) tibi in Ecclésia tua desérviat, et proficiat de die in diem, ut idóneus (-a) efficiátur accédere ad grátiam Baptísmi tui, percépta medicína. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

13 Deinde Sacerdos benedicit sal.

Benedictio salis

Exorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in caritáte Dómini nostri Jesu ✠ Christi, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti. Exorcízo te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum ✠, qui te ad tutélam humáni géneris procreávit, et pópulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári præcépit, ut in nómine sanctæ Trinitátis efficiáris salutáre sacraméntum ad effugándum inimicum. Proínde rogámus te, Dómine, Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sancti ✠ fices, et benedicéndo bene- ✠ dícas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína,

pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

14 Quod si Catechumenus fuerit gentilis, sive ex idololatris venerit ad fidem, benedicto sale, antequam ejus medicinam gustet, Sacerdos addat sequentem Orationem, quæ tamen pro venientibus ex Hebræis vel aliis, ut supra, non dicitur.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, qui es, qui eras, et qui pérmanes usque in finem cujus orígo nescítur, nec finis comprehéndi potest: te súpplices invocámus super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) liberásti de erróre gentílium, et conversatióne turpíssima: dignáre exaudíre eum, qui (eam, quæ) tibi cervíces suas humíliat ad lavácri fontem, ut, renátus (-a) ex aqua, et Spíritu Sancto, exspoliátus (-a) véterem hóminem, índuat novum, qui secúndum te creátus est; accípiat vestem incorrúptam, et immaculátam, tibíque Deo nostro servíre mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

15 Tunc pollice et indice accipit de ipso sale, et immittit in os Catechumeni, dicens (singulariter singulis):

N. Accipe sal sapiéntiæ: propitiátio sit tibi in vitam ætérnam. ℟. Amen.

Sacerdos: Pax tibi. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) respícere dignéris propítius, et hoc primum pábulum salis gustántem, non diútius esurire permíttas, quo minus cibo expleátur cælésti, quátenus sit semper spíritu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérviens. Perduc eum (eam), Dómine, quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérna præmia cónsequi mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Si inter Electos adsint feminæ, recedant ipsæ in partem, quoadusque tertio dicatur masculis: **Ora, Elécte, etc.,** et hi signati fuerint in fronte.

16 Deinde Sacerdos dicit super masculum stantem (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolený! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählter, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál, térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electus, genu flexo, orat, et dicit: **Pater noster.**

Et cum oraverit et dixerit: **Pater noster,** usque ad **Sed líbera nos a malo,** inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et ille surgens respondet: **Amen.**

Sacerdos dicit patrino:

Slavice:

Sac. Poznač ho znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne ihn mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electo:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus pollice signat eum in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Patr. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentléleknek nevében.

17 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singulorum), dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eum (singulos), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Móysi fámulo tuo in monte Sínai apparuísti, et fílios Israel de terra Ægýpti eduxísti, députans eis Angelum pietátis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte: te quæsumus, Dómine; ut míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui simíliter custódiat et hunc fámulum tuum N. et perdúcat eum ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Ergo, maledícte diábole, recognósce sententiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei N., quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru ✠ cis (signat singulos), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

18 Sacerdos iterum dicit Electo (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolený! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählter, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál, térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electus, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster.

Et cum oraverit et dixerit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et ille surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino:

Slavice:

Sac. Poznač ho znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne ihn mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electo:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus pollice signat eum in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Patr. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentléleknek nevében.

19 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singulorum), dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eum (singulos), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus, immortále præsídium ómnium postulántium, liberátio súpplicum, pax rogántium, vita credéntium, resurréctio mortuórum: te invoco super hunc fámulum tuum N., qui Baptísmi tui donum petens, ætérnam cónsequi grátiam spirituáli regeneratióne desíderat: áccipe eum, Dómine, et quia dignátus es dícere: Pétite, et accipiétis; quærite, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis: peténti præmium pórrige, et jánuam pande pulsánti, ut, ætérnam cæléstis lavácri benedictiónem consecútus, promíssa tui múneris regna percípiat: Qui cum Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Audi, maledícte sátana, adjurátus per nomen ætérni Dei, et Salvatóris nostri Jesu Christi, Fílii ejus, cum tua victus invídia, tremens, geménsque discéde: nihil tibi sit commúne cum servo Dei N., jam cæléstia cogitánte, renuntiatúro tibi et sæculo tuo, et beátæ immortalitáti victúro. Da ígitur honórem adveniénti Spíritui Sancto, qui ex summa cæli arce descéndens, proturbátis fráudibus tuis, divíno fonte purgátum pectus, sanctificátum Deo templum et habitáculum perfíciat: ut, ab ómnibus péni-

tus nóxiis præteritórum críminum liberátus, servus Dei, grátias perénni Deo réferat semper, et benedícat nomen sanctum ejus in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

20 Sacerdos tertium dicit Electo (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolený! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählter, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál, térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electus, genu flexo, orat, et dicit: **Pater noster.**

Et cum oraverit et dixerit: **Pater noster,** usque ad **Sed líbera nos a malo,** inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et ille surgens respondet: **Amen.**

Sacerdos dicit patrino:

Slavice:

Sac. Poznač ho znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne ihn mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electo:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus pollice signat eum in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Patr. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentlélleknek nevében.

21 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singulorum), dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eum (singulos), et postea manum extensam tenens dicit:

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Exorcízo te, immúnde spíritus, in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei N. Ipse enim tibi ímperat, maledícte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei N., quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru ✠ cis (signat singulos), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Si inter Electos adsint feminæ, retrahunt se masculi in partem, et accedunt feminæ.

---

22 Sacerdos dicit super Electam stantem (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolená! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählte, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál, térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electa, genu flexo, orat, et dicit: **Pater noster.**

Et cum oraverit et dixerit: **Pater noster,** usque ad **Sed líbera nos a malo,** inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et illa surgens respondet: **Amen.**

Sacerdos dicit patrino vel matrinæ:

Slavice:

Sac. Poznač ju znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne sie mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electæ:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus vel matrina pollice signat eam in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Patr. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentléleknek nevében.

23 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singularum), et dicit:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eam (singulas), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) **Oratio**

Deus cæli, Deus terræ, Deus Angelórum, Deus Archangelórum, Deus Patriarchárum, Deus Prophetárum, Deus Apostolórum, Deus Mártyrum, Deus Confessórum, Deus Vírginum, Deus ómnium bene vivéntium, Deus, cui omnis lingua confitétur, et omne genu flectitur, cæléstium, terréstrium, et infernórum: te ínvoco, Dómine, super hanc fámulam tuam N., ut eam custodíre, et perdúcere dignéris ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. **Amen.**

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei N., quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru ✠ cis (signat singulas), **quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.**

℟. **Amen.**

24 Sacerdos iterum dicit Electæ (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolená! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählte, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál, térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electa, genu flexo, orat, et dicit: **Pater noster.**

Et cum oraverit et dixerit: **Pater noster,** usque ad **Sed líbera nos a malo,** inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et illa surgens respondet: **Amen.**

Sacerdos dicit patrino vel matrinæ:

Slavice:

Sac. Poznač ju znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne sie mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electæ:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus vel matrina pollice signat eam in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Patr. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentlléleknek nevében.

25 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singularum), dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eam (singulas), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Móysi fámulo tuo in monte Sínai apparuísti, et fílios Israel de terra Ægýpti eduxísti, députans eis Angelum pietátis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte: te quæsumus, Dómine; ut míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui simíliter custódiat et hanc fámulam tuam N., et perdúcat eam ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei N., quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru ✠ cis (signat singulas), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

26 Sacerdos tertio dicit Electæ (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolená! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählte, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál, térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electa, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster.

Et cum oraverit et dixerit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et illa surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino vel matrinæ:

Slavice:

Sac. Poznač ju znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne sie mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electæ:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus vel matrina pollice signat eam in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Patr. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentléleknek nevében.

27 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singularum), dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eam (singulas), et postea manum extensam tenens dicit:

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Exorcízo te, immúnde spíritus, per Pa ✠ trem, et Fí- ✠ lium, et Spíritum ✠ Sanctum, ut éxeas, et recédas ab hac fámula Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledícte damnáte, qui cæco nato óculos apéruit, et quatriduánum Lázarum de monuménto suscitávit.

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Ergo, maledícte diábole, recognósce sententiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei N., quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptismatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru ✠ cis (signat singulas), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Postmodum accedunt iterum masculi, qui se retraxerant, et ipsi ad dexteram, feminæ vero ad sinistram Sacerdotis, ut in principio, disponuntur.

28 Tum Sacerdos imponit manum super Electum, vel, si sint plures, super singulos tam masculos quam feminas, et postea manum extensam tenens dicit (in plurali pro pluribus tam masculis, quam feminis):

Orémus. Oratio

Ætérnam ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.), ut dignéris eum (eam) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eum (eam), et sanctífica: da ei sciéntiam veram, ut dignus (-a) efficiátur accédere ad grátiam Baptísmi tui, téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut aptus (-a) sit ad percipiéndam grátiam tuam. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

29 His peractis, Sacerdos sinistra manu apprehendens dexteram Electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem stolæ, ex humero sinistro pendentem, introducit eum in ecclesiam; et si Electi sint plures, primus sinistra manu trahit secundum, et secundus tertium, etc.

Dum autem Sacerdos illum vel illos introducit, dicit:

N. Ingrédere in sanctam ecclésiam Dei, ut accípias benedictiónem cæléstem a Dómino Jesu Christo, et hábeas partem cum illo et Sanctis ejus. R. Amen.

Si plures fuerint, dicat in numero plurali:

Ingredímini in sanctam ecclésiam Dei, etc. et introducat eos, ut supra.

30 Et ingressus Electus procumbit, seu prosternit se in pavimento, et adorat (si plures, omnes simul).

31 Deinde surgit (si plures, omnes simul), et Sacerdos imponit manum super caput ejus (singulorum, si plures), et Electus cum eo recitat Symbolum Apostolorum, et Orationem Dominicam.

32 Ita etiam si plures sint, omnes simul recitant:

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus: descéndit ad inferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.

33 Tunc Sacerdos, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, rursus imponit manum super caput Electi (singulorum Electorum), et postea manum extensam tenens dicit:

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Nec te latet, sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi torménta, imminére tibi diem judícii, diem supplícii sempitérni; diem, qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi, atque univérsis ángelis tuis præparátus sempitérnus erit intéritus. Proínde, damnáte, atque damnánde, da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, da honórem Spirítui Sancto Paráclito, in cujus nómine atque virtúte præcípio tibi, quicúmque es, spíritus immúnde, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei N., quem (hac fámula Dei N., quam) hódie idem Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam et benedictiónem, fontémque Baptísmatis dono vocáre dignátus est: ut fiat ejus templum per aquam regeneratiónis in remissiónem ómnium peccatórum. In nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et sæculum per ignem. ℟. Amen.

34 Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui, et tangit aures et nares Electi (singulorum Electorum); tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicit:

Ephphetha, quod est, Adaperíre.

Deinde tangendo nares, dicit:

In odórem suavitátis. Tu autem effugáre, diábole; appropinquábit enim judícium Dei.

35 Deinde interrogat Electum (singulos, si plures):

Slavice:

Sac. Ako ti meno?
Resp. N.
Sac. N. Či sa odriekaš satanáša?
Resp. Odriekam.
Sac. I všetkých skutkov jeho?
Resp. Odriekam.
Sac. I všetkej pýchy jeho?
Resp. Odriekam.

Germanice:

Sac. Wie heißest du?
Resp. N.

Sac. N. Widersagst du dem Teufel?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und allen seinen Werken?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und aller seiner Hoffart?
Resp. Ich widersage.

Hungarice:

Sac. Mi a neved?
Resp. N.
Sac. N. Ellene mondasz-e az ördögnek?
Resp. Ellene mondok.
Sac. És minden cselekedeteinek?
Resp. Ellene mondok.
Sac. És minden pompáinak?
Resp. Ellene mondok.

36 Tunc Sacerdos intingit pollicem dexteræ manus in Oleo sancto Catechumenorum, et inungit Electum (singulos Electos) primum in pectore, deinde inter scapulas in modum crucis, dicens (singulariter singulis):

Ego te línio ✠ óleo salútis in Christo Jesu, Dómino nostro, in vitam ætérnam. ℟. Amen.

℣. Pax tibi. ℟. Et cum spíritu tuo.

37 Mox bombacio, vel re simili, tergit pollicem, et loca inuncta, et subjungit, dicens (singulis, si plures):

Exi, immúnde spíritus, et da honórem Deo vivo et vero. Fuge, immúnde spíritus, et da locum Jesu Christo, Fílio ejus. Recéde, immúnde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

Stans ibidem extra cancellos, Sacerdos deponit pluviale ac stolam coloris violacei, et sumit stolam ac pluviale albi coloris.

Tunc ducitur Electus ad Baptisterium: ubi si ob aliquam causam non habeatur, sive præparata non fuerit aqua baptismalis, fiat benedictio Fontis, ut infra ponitur, pag. 85.

Et cum fuerit prope Fontem, Sacerdos interrogat Electum (singulos, si plures):

Slavice:

Sac. Ako ti meno?
Resp. N.
38 Sac. N. Či veríš v Boha, Otca všemožúceho, stvoriteľa neba i zeme?
Resp. Verím.

Sac. Či veriš v Ježiša Krista, Syna jeho jediného, Pána našho, narodeného i umučeného?
Resp. Verím.
Sac. Či veríš v Ducha Svätého, svätú Cirkev všeobecnú, Svätých obcovanie, hriechov odpustenie, tela z mrtvých vzkriesenie a život večný?
Resp. Verím.

Iterum interrogat, dicens (singulos, si plures):

Sac. N. Čo žiadaš?
Resp. Svätý krst.
Sac. Chceš sa dať pokrstiť?
Resp. Chcem.

Germanice:

Sac. Wie heißest du?
Resp. N.
38 Sac. N. Glaubst du an Gott Vater, den allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?
Resp. Ich glaube.
Sac. Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingeborenen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden ist und gelitten hat?
Resp. Ich glaube.
Sac. Glaubst du an den Heiligen Geist, die heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?
Resp. Ich glaube.

Iterum interrogat, dicens (singulos, si plures):

Sac. N. Was verlangst du?
Resp. Die Taufe.
Sac. Willst du getauft werden?
Resp. Ja, ich will.

Hungarice:

Sac. Mi a neved?
Resp. N.
38 Sac. N. Hiszesz-e a mindenható Atya Istenben, mennynek és földnek teremtőjében?
Resp. Hiszek.
Sac. Hiszesz-e a Jézus Krisztusban, ő egy Fiában, mi Urunkban, ki e világra született, és kint-halált szenvedett?
Resp. Hiszke.

Sac. Hiszesz-e a Szentlélekben, közönséges keresztény anyaszentegyházat, szentek egyességét, bűnök bocsánatát, testnek feltámadását, és örök életet?

Resp. Hiszek.

Iterum interrogat, dicens (singulos, si plures):

Sac. N. Mit kérsz?

Resp. Keresztséget.

Sac. Akarsz-e megkeresztelkedni?

Resp. Akarok.

39 Tunc patrino, vel matrina, vel utroque (si ambo admittantur), admota manu, tenente seu tangente Electum, vel Electam, aperto capite, et laxatis a collo vestibus, inclinatum, Sacerdos vasculo vel urceolo haurit aquam baptismalem de Fonte, et cum ea sub trina supra caput in modum crucis infusione baptizat Electum, seu Electam, in nomine Ssmæ Trinitatis, sic dicens:

N. Ego te baptízo in nómine Pa ✠ tris, fundit primo; **et Fi ✠ lii,** fundit secundo; **et Spíritus ✠ Sancti,** fundit tertio.

40 Si aqua, quæ ex capite baptizati defluit, non dilabatur in sacrarium Baptisterii, recipiatur in subjecta aliqua pelvi, et in illud postmodum projiciatur.

Cum plures sunt Electi, singillatim singuli interrogantur et baptizantur, ut supra. Si sint mares et feminæ, primum mares, deinde feminæ.

Verum si probabiliter dubitetur, an Electus fuerit alias baptizatus, dicat Sacerdos:

N. Si non es baptizátus (-a), ego te baptízo in nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.

41 Deinde Sacerdos intingit pollicem dexterum in sacro Chrismate, et perungit verticem Electi (singulorum Electorum) in modum crucis, dicens:

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum (hic inungit), ipse te líniat ✠ Chrísmate salútis in eódem Christo Jesu, Dómino nostro, in vitam ætérnam. ℟. Amen.

℣. Pax tecum. ℟. Et cum spíritu tuo.

42 Tunc bombacio vel re simili pollicem tergit, et imponit capiti Electi chrismale, seu candidum linteolum, et dat illi vestem candidam, dicens (singulis, si plures):

Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. ℟. Amen.

43 Et Electus deponit priores vestes, et induitur novis albi coloris, vel saltem exteriore candida, quam a Sacerdote accepit.

Postea dat ei Sacerdos cereum, seu candelam accensam in manu dextera, dicens (singulis, si plures):

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad núptias, possis occúrrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælésti et vivas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

44 Ipse vero Neophytus eundem cereum accensum manu tenet usque in finem, præterquam dum confirmatur.

45 Postea Sacerdos dicit (in plurali pro pluribus):

N. Vade (Ite) in pace, et Dóminus sit tecum (vobiscum). ℟. Amen.

46 Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono Baptismum solemnem ministrante, qui tamen sale et aqua utetur a Sacerdote ad hunc usum rite prius benedictis.

47 Si adsit Episcopus, qui id legitime præstare possit, ab eo Neophyti Sacramento Confirmationis initiantur.

Deinde si hora sit congruens, celebratur Missa, cui Neophyti intersunt, et sanctissimam Eucharistiam devote suscipiunt.

48 Si vero ob baptizandorum multitudinem, ut quandoque contingit, in singulorum Baptismo præscripti ritus ad Baptismi essentiam non pertinentes adhiberi non possint, tunc vel pluribus simul adhibeantur, vel urgente necessitate omittantur.

CAPUT 5

ORDO SUPPLENDI OMISSA SUPER INFANTEM BAPTIZATUM

1 Cum, urgente mortis periculo, vel alia cogente necessitate, parvulus, sacris precibus ac cæremoniis prætermissis, fuerit baptizatus, ubi convaluerit, vel cessaverit periculum, et ad ecclesiam delatus fuerit, omissa omnia suppleantur.

2 Sacerdos itaque, lotis manibus, superpelliceo et stola violacea indutus, accedat: Clericum unum, seu plures, si potest, secum adhibeat, superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent.

3 Ita paratus accedat ad limen ecclesiæ, extra quam exspectant, qui infantem (vel infantes) detulerunt. Tum illum proprio nomine eidem imposito appellat, et dicet (si plures sint, singulariter singulis):

Slavice:

4 Sacerdos interrogat: Ako bude meno tomuto dieťaťu?
Patrinus respondet: N.
Sac. N. Čo žiadaš od Cirkvi svätej?
Resp. Vieru.
Sac. Čo ti udelí viera?
Resp. Život večný.

5 Sac. Keď teda chceš vojsť do života večného, zachovávaj prikázania: Milovať budeš Pána Boha svojho z celého srdca svojho, z celej duše svojej a z celej mysli svojej; a blížneho svojho, jako seba samého.

Germanice:

4 Sac. Wie wird dieses Kind heißen?
Resp. N.
Sac. N. Was verlangst du von der Kirche Gottes?
Resp. Den Glauben.
Sac. Was gibt dir der Glaube?
Resp. Das ewige Leben.

5 Sac. Wenn du also zum ewigen Leben eingehen willst, so halte die Gebote: du sollst den Herrn, deinen Gott, lieben aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele und aus deinem ganzen Gemüte, und deinen Nächsten wie dich selbst.

Hungarice:

4 Sac. Mi a neve ezen csecsemőnek?
Resp. N.

Sac. N. mit kérsz Isten anyaszentegyházától?
Resp. Hitet.
Sac. A hit mit ád neked?
Resp. Örök életet.

5 Sac. Ha tehát az életre be akarsz menni, tartsd meg a parancsolatokat: szeressed a te Uradat-Istenedet teljes szívedből, és teljes lelkedből, és teljes elmédből: felebarátodat pedig mint tennenmagadat.

6 Deinde ter exsufflat leniter in faciem infantis, et dicit semel (singulariter singulis):

Exi ab eo (ea), immúnde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

7 Postea pollice facit signum crucis in fronte, et in pectore infantis dicens (singulariter singulis):

Accipe signum Crucis tam in fron ✠ te, quam in cor- ✠ de, sume fidem cæléstium præceptórum, et talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi, et hunc Eléctum tuum N. (hanc Eléctam tuam N.) Crucis Domínicæ impressióne signátum (-am) perpétua virtúte custódi: ut, magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

8 Deinde imponit manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) dudum ad rudiménta fídei vocáre dignátus es: omnem cæcitátem cordis ab eo (ea) expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a): áperi ei, Dómine, jánuam pietátis tuæ, ut, signo sapiéntiæ tuæ imbútus (-a), ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat, et ad suávem

odórem præceptórum tuórum lætus (-a) tibi in Ecclésia tua desérviat, et proficiat de die in diem, ut idóneus (-a) sit frui grátia Baptísmi tui, quem suscépit, salis percépta medicína. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

9 Deinde Sacerdos benedicit sal, quod semel benedictum, alias ad eundem usum deservire potest.

Benedictio salis

Exorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei ✠Patris omnipoténtis, et in caritáte Dómini nostri Jesu ✠Christi, et in virtúte Spíritus ✠Sancti. Exorcízo te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠verum, per Deum ✠sanctum, per Deum ✠ qui te ad tutélam humáni géneris procreávit, et pópulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári præcépit, ut in nómine sanctæ Trinitátis efficiáris salutáre sacraméntum ad effugándum inimícum. Proínde rogámus te, Dómine, Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sanctí ✠fices, et benedicéndo bene-✠dícas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

10 Deinde immittit modicum salis benedicti in os infantis, dicens (singulariter singulis):

N. Accipe sal sapiéntiæ: propitiátio sit tibi in vitam ætérnam. ℟. Amen.

Sacerdos:

Pax tecum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) respícere dignéris propítius, et hoc pábulum salis gustántem, non diútius esurire permíttas, quo minus cibo expleátur cælésti, quátenus sit semper spíritu fervens, spe gaudens, tuo

semper nómini sérviens: et quem (quam) ad novæ regeneratiónis lavácrum perduxísti, quæsumus, Dómine, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérna præmia cónsequi mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Exorcízo te, immúnde spíritus, in nómine Pa ✠tris, et Fí ✠lii, et Spíritus ✠Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N.: Ipse enim tibi ímperat, maledícte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N., quia istum (istam) sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est.

11 Hic pollice in fronte signat infantem, dicens (singulariter singulis):

Et hoc signum sanctæ Cru ✠cis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

12 Mox imponit manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Ætérnam ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.), ut dignéris eum (eam) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eum (eam) et sanctífica: da ei sciéntiam veram, ut dignus (-a) sit frui grátia Baptísmi tui quem suscépit: téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut aptus (-a) sit ad retinéndam grátiam Baptísmi tui. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

13 Postea Sacerdos imponit extremam partem stolæ pendentem a suo humero sinistro super primum infantem, et introducit eum (quem sequuntur ceteri) in ecclesiam, dicens (in plurali pro pluribus):

N. Ingrédere in templum Dei, ut hábeas partem cum Christo in vitam ætérnam. ℟. Amen.

IN ECCLESIA

14 Cum fuerint ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fontem, cum susceptoribus conjunctim clara voce dicit:

Credo. Pater noster. Ave Maria.

15 Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, dicit (in plurali pro pluribus):

Exorcismus

Exorcízo te, omnis spíritus immúnde, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu ✠ Christi, Fílii ejus, Dómini et Júdicis nostri, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti, ut discédas ab hoc plásmate Dei N., quod Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fíeret templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eo. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

16 Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui, et tangit aures et nares infantis: tangendo vero aurem dexteram et sinistram dicit (singulariter singulis):

Ephphetha, quod est, Adaperíre.

Deinde tangit nares, dicens:

In odórem suavitátis. Tu autem effugáre, diábole, appropinquábit enim judícium Dei.

17 Postea interrogat baptizatum nominatim, dicens (singulariter singulis):

Slavice:

Sac. N. Či sa odriekaš satanáša?
Resp. Odriekam.
Sac. I všetkých skutkov jeho?
Resp. Odriekam.
Sac. I všetkej pýchy jeho?
Resp. Odriekam.

Germanice:

Sac. N. Widersagst du dem Teufel?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und allen seinen Werken?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und aller seiner Hoffart?
Resp. Ich widersage.

Hungarice:

Sac. N. Ellene mondasz-e az ördögnek?
Resp. Ellene mondok.
Sac. És minden cselekedeteinek?
Resp. Ellene mondok.
Sac. És minden pompáinak?
Resp. Ellene mondok.

18 Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum crucis, dicens semel (singulariter singulis):

Ego te línio ✠ óleo salútis in Christo Jesu, Dómino nostro, ut hábeas vitam ætérnam. ℟. Amen.

19 Subinde pollicem, et inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili.

20 Hic deponit stolam violaceam, et sumit stolam albi coloris. Et interrogat expresso nomine baptizatum (singulos baptizatos), patrino respondente:

Slavice:

Sac. N. Či veríš v Boha, Otca všemožúceho, stvoriteľa neba i zeme?
Resp. Verím.
Sac. Či veríš v Ježiša Krista, Syna jeho jediného, Pána nášho, narodeného a umučeného?
Resp. Verím.
Sac. Či veríš v Ducha svätého, svätú cirkev všeobecnú, svätých obcovanie, hriechov odpustenie, tela z mrtvých vzkriesenie a život večný?
Resp. Verím.

Germanice:

Sac. N. Glaubst du an Gott Vater, den allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?
Resp. Ich glaube.
Sac. Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingeborenen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden ist und gelitten hat?
Resp. Ich glaube.

Sac. Glaubst du an den Heiligen Geist, die heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?

Resp. Ich glaube.

Hungarice:

Sac. N. Hiszesz-e a mindenható Atya-Istenben, mennynek és földnek teremtőjében?

Resp. Hiszek.

Sac. Hiszesz-e a Jézus Krisztusban, ő egy Fiában, mi Urunkban, ki e világra született és kínt-halált szenvedett?

Resp. Hiszek.

Sac. Hiszesz-e a Szentlélekben, közönséges keresztény anyaszentegyházat, szentek egyességét, bűnök bocsánatát, testnek feltámadását és örök életet?

Resp. Hiszek.

21 Sacerdos intingit pollicem in sacro Chrismate, et ungit infantem (quem patrinus vel matrina, vel uterque simul tenet) in summitate capitis in modum crucis, dicens (singulariter singulis):

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum, (hic inungit) **ipse te líniat ✠ Chrismate salútis in eódem Christo Jesu, Dómino nostro, in vitam ætérnam. ℟. Amen.**

Sacerdos: **Pax tibi. ℟. Et cum spíritu tuo.**

22 Tum bombacio, aut re simili, abstergit pollicem, et locum inunctum, et imponit capiti infantis linteolum candidum loco vestis albæ, dicens (singulariter singulis):

Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. ℟. Amen.

23 Postea dat ei, vel patrino, candelam accensam, dicens (singulariter singulis):

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad núptias, possis occúrrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælésti, et vivas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

24 Postremo dicit (in plurali pro pluribus):

N. Vade (Ite) in pace, et Dóminus sit tecum (vobíscum). ℟. Amen.

25 Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono Baptismi cæremonias supplente, qui tamen sale utetur a Sacerdote ad hunc usum rite prius benedicto.

26 Si vero sint plures infantes, masculi seu feminæ, in catechismo masculi statuantur ad dexteram, feminæ vero ad sinistram; et omnia pariter dicantur, ut supra, in proprio genere, et numero plurali. Verum prima nominis interrogatio, exsufflatio, crucis impressio, seu signatio, tactus aurium et narium cum saliva, abrenuntiationis interrogatio, unctio Olei Catechumenorum, interrogatio de Fide, seu Symbolo, inunctio Chrismatis, candidæ vestis impositio, atque candelæ accensæ traditio singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis fieri debent.

Sed pro majori commoditate adnotatum est propriis locis in rubricis parenthesi notatis; ita ut, quando dicitur in tali rubrica singulariter singulis, intelligatur, quod illa verba, vel actiones, usque ad aliam rubricam dici, vel fieri debent singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis, mutato solum genere, ut dictum est supra. Quando vero in simili rubrica dicitur in plurali pro pluribus, intelligatur, quod illa verba usque ad aliam rubricam dici debent semel, sed pro pluribus in plurali, mutato solum genere, si omnes sint feminæ.

CAPUT 6

ORDO SUPPLENDI OMISSA SUPER ADULTUM BAPTIZATUM

1 In primis Sacerdos, indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali violacei coloris, cum suis Clericis accedit ad gradus Altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ut sacram actionem digne valeat explere; et ad implorandum divinum auxilium surgens se signat, et si temporis ratio ferat, dicit ℣. **Deus, in adjutórium, etc.**, cum Antiphona, Psalmis, Versiculis et Orationibus, ut supra in Baptismo adultorum notatur, pag. 26 et sequ.

2 Deinde Sacerdos procedit ad fores ecclesiæ, et stat in limine, catechizandus vero extra limen. Et si sint plures, mares et feminæ, illi ad dexteram Sacerdotis, hæ vero ad sinistram statuantur. Tum Sacerdos interrogat Electum (singulariter singulos, si plures, usque ad Orationem **Te déprecor** exclusive, pag. 65).

Slavice:

Sacerdos interrogat: Ako ti meno?

Catechumenus respondet: N.

Sac. N. Čo žiadaš od Cirkvi svätej?

Resp. Vieru.

Sac. Čo ti udelí viera?

Resp. Život večný.

Sac. Keď teda chceš vojsť do života večného, zachovávaj prikázania: Milovať budeš Pána Boha svojho z celého srdca svojho, z celej duše svojej, z celej mysle svojej; a blížneho svojho, ako seba samého. Od týchto dvoch príkazov závisí celý zákon a proroci. Viera ale je táto: aby si ctil jednoho Boha v Trojici, a Trojicu v jednote; nemätúc osoby, ani podstatu nerozdelujúc. Lebo iná je osoba Otca, iná Syna, iná Ducha Svätého; ale podstata troch je jedna a len jedno božstvo.

3 Et rursus interrogat:

Sac. N. Či sa odriekaš sa satanáša?

Resp. Odriekam.

Sac. I všetkých skutkov jeho?

Resp. Odriekam.

Sac. I všetkej pýchy jeho?

Resp. Odriekam.

4 Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens:

Sac. Či veríš v Boha, Otca všemožúceho, stvoriteľa neba i zeme?

Resp. Verím.

Sac. Či veríš v Ježiša Krista, Syna jeho jediného, Pána nášho, narodeného a umučeného?

Resp. Verím.

Sac. Či veríš v Ducha svätého, svätú cirkev všeobecnú, svätých obcovanie, hriechov odpustenie, tela z mrtvých vzkriesenie, a život večný?

Resp. Verím.

Germanice:

Sac. Wie heißest du?

Catechumenus respondet: N.

Sac. N. Was verlangst du von der Kirche Gottes?

Resp. Den Glauben.

Sac. Was gibt dir der Glaube?
Resp. Das ewige Leben.
Sac. Wenn du also zum ewigen Leben eingehen willst, so halte die Gebote: du sollst den Herrn, deinen Gott, lieben aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele und aus deinem ganzen Gemüte, und deinen Nächsten wie dich selbst. Das aber ist der Glaube, daß du einen Gott in der Dreifaltigkeit und die Dreifaltigkeit in der Einheit verehrest, ohne Vermischung der Personen und ohne Teilung der Wesenheit. Denn eine andere Person ist die des Vaters, eine andere die des Sohnes, eine andere die des Heiligen Geistes; doch diese drei sind eines Wesens und nur eine Gottheit.

3 Et rursus interrogat:

Sac. N. Widersagst du dem Teufel?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und allen seinen Werken?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und aller seiner Hoffart?
Resp. Ich widersage.

4 Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens:

Sac. Glaubst du an Gott Vater, den allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?
Resp. Ich glaube.
Sac. Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingeborenen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden ist und gelitten hat?
Resp. Ich glaube.
Sac. Glaubst du an den Heiligen Geist, die heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?
Resp. Ich glaube.

Hungarice:

Sac. Mi a neved?
Catechumenus respondet: N.
Sac. N. mit kérsz Isten anyaszentegyházától?
Resp. Hitet.
Sac. A hit mit ád neked?
Resp. Örök életet.
Sac. Ha tehát az életre be akarsz menni, tartsd meg a parancsolatokat: szeressed a te Uradat-Istenedet teljes szivedből, és teljes lelkedből, és teljes elmédből; felebarátodat pedig mint tennenmagadat. E két parancsolaton függ az

egész törvény és a próféták. Ez a hit pedig ez: hogy egy Istent tisztelj a Háromságban, és a Háromságot az egységben; sem a személyeket össze nem zavarván, sem a lényeget szét nem választván. Mert más az Atya személye, más a Fiúé, más a Szentléleké; de a háromnak egy a lényege, és csak egy az istensége.

3 Et rursus interrogat:

Sac. N. Ellene mondasz-e az ördögnek?

Resp. Ellene mondok.

Sac. És minden cselekedeteinek?

Resp. Ellene mondok.

Sac. És minden pompáinak?

Resp. Ellene mondok.

4 Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens:

Sac. Hiszesz-e a mindenható Atya-Istenben, mennynek és földnek teremtőjében?

Resp. Hiszek.

Sac. Hiszesz-e a Jézus Krisztusban, ő egy Fiában, mi Urunkban, ki e világra született és kínt-halált szenvedett?

Resp. Hiszek.

Sac. Hiszesz-e a Szentlélekben, közönséges keresztény anyaszentegyházat, szentek egyességét, bűnök bocsánatát, testnek feltámadását és örök életet?

Resp Hiszek.

5 Tunc Sacerdos exsufflat ter in faciem ejus, et dicit semel:

Exi ab eo (ea), spíritus immúnde, et da locum Spíritui Sancto Paráclito.

6 Hic in modum crucis halat in faciem ipsius, et dicit:

N. Accipe Spíritum bonum per istam insufflatiónem, et Dei bene ✠ dictiónem.

Pax tibi. ℟. Et cum spíritu tuo.

7 Deinde pollice facit crucem in ejus fronte, et in pectore, dicens:

N. Accipe signum Crucis tam in fron ✠ te, quam in cor ✠ de: sume fidem cæléstium præceptórum. Talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis: ingressúsque (ingressáque) ecclésiam Dei, evasísse te láqueos mortis, lætus (-a) agnósce; (horrésce idóla, réspue simulácra).

Hic advertendum est, quod dicta verba horrésce idóla, réspue simulácra, dicantur Catechumeno, qui venit de gentilitatis errore, seu de ethnicis et idololatris. Catechumeno vero Judæo, sive ex Hebræis venienti, loco horum verborum dicatur horrésce Judáicam perfídiam, réspue Hebráicam superstitiónem.

Saraceno autem, vel Turcæ, aut Persæ, sive alii ex Mahumetanis ad fidem venienti Catechumeno, loco eorundem verborum dicatur horrésce Mahuméticam perfídiam, réspue pravam sectam infidelitátis.

At hæretico ad catholicam Ecclesiam venienti, qui, si in ejus Baptismo debita forma servata non est, baptizari debet, dicatur horrésce hæréticam pravitátem, réspue nefárias sectas impiórum. Vel exprimatur proprio nomine secta de qua Catechumenus venit.

Cole Deum Patrem omnipoténtem, et Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos, et sæculum per ignem.
℟. Amen.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Te déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: ut huic fámulo tuo N., qui (fámulæ tuæ N., quæ) in hujus sæculi nocte vagátur incértus (-a) ac dúbius (-a), viam veritátis et agnitiónis tuæ júbeas demonstrári: quátenus, reserátis óculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Fílio, et Fílium in Patre cum Spíritu Sancto recognóscat, atque hujus confessiónis fructum, et hic, et in futúro sæculo percípere mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

8 Deinde pollice signat Electum (singulos Electos), signo crucis in fronte, dicens (singulariter singulis):

Signo tibi fron ✠ tem, ut suscípias Crucem Dómini.

In auribus:

Signo tibi au ✠ res, ut áudias divína præcépta.

In oculis:

Signo tibi ócu ✠ los, ut vídeas claritátem Dei.

In naribus:

Signo tibi na ✠ res, ut odórem suavitátis Christi séntias.

In ore:

Signo tibi os ✠, ut loquáris verba vitæ.

In pectore:

Signo tibi pec ✠ tus, ut credas in Deum.

In scapulis:

Signo tibi scá ✠ pulas, ut suscípias jugum servitútis ejus.

In toto corpore, illud non tangens, manu producit signum crucis, et dicit:

Signo te totum in nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, ut hábeas vitam ætérnam, et vivas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi, et hunc Eléctum tuum N. (hanc Eléctam tuam N.) Crucis Domínicæ impressióne signátum (-am), perpétua virtúte custódi: ut, magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui humáni géneris ita es cónditor, ut sis étiam reformátor, propitiáre pópulis adoptívis, et novo testaménto sóbolem novæ prolis adscribe: ut, fílii promissiónis, quod non potuérunt ássequi per natúram, gáudeant se recepísse per grátiam. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

9 Tunc imponit manum super caput Electi (singulorum Electorum), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignéris super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) dudum ad rudiménta fídei vocáre dignátus es: omnem cæcitátem cordis ab eo (ea) expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a): áperi ei, Dómine, jánuam pietátis tuæ, ut, signo sapiéntiæ tuæ imbútus (-a), ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat, et ad suávem

odórem præceptórum tuórum lætus (-a) tibi in Ecclésia tua desérviat, et proficiat de die in diem, ut idóneus (-a) sit frui grátia Baptísmi tui, quem suscépit, salis percépta medicína. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

10 Deinde Sacerdos benedicit sal.

Benedictio salis

Exorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in caritáte Dómini nostri Jesu ✠Christi, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti. Exorcízo te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum ✠, qui te ad tutélam humáni géneris procreávit, et pópulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári præcépit, ut in nómine sanctæ Trinitátis efficiáris salutáre sacraméntum ad effugándum inimícum. Proínde rogámus te, Dómine, Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sancti ✠fices, et benedicéndo bene- ✠dícas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

11 Quod si Electus fuerit gentilis, seu ex idololatris venerit ad fidem, benedicto sale, antequam ejus medicinam gustet, Sacerdos addat sequentem Orationem, quæ tamen pro venientibus ex Hebræis vel aliis, ut supra, non dicitur.

Oratio

Orémus. (In plurali pro pluribus)

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, qui es, et qui eras, et qui pérmanes usque in finem, cujus orígo nescítur, nec finis comprehéndi potest: te súpplices invocámus super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) liberásti de erróre gentílium et conversatióne turpíssima: dignáre exaudíre eum, qui (eam, quæ) tibi cervíces suas humíliat ad lavácri fontem, ut, renátus (-a) ex aqua et Spíritu Sancto, exspoliátus (-a) véterem hóminem, índuat novum, qui secúndum te creátus est; accípiat vestem incorrúptam, et

immaculátam, tibíque Deo nostro servíre mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

12 Tunc pollice et indice accipit de ipso sale benedicto, et immittit in os Electi, dicens (singulariter singulis):

N. Accipe sal sapiéntiæ: propitiátio sit tibi in vitam ætérnam ℟. Amen.

Sacerdos:

Pax tibi. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) respícere dignéris propítius, et hoc pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permíttas, quo minus cibo expleátur cælésti, quátenus sit semper spíritu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérviens: et quem (quam) ad novæ regeneratiónis lavácrum perduxísti, quæsumus, Dómine, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérna prǽmia cónsequi mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

13 Si inter Electos adsint feminæ, recedant ipsæ in partem, quoadusque tertio dicatur masculis: Ora, Elécte, etc. et hi signati fuerint in fronte.

Si plures sint Electi, hic et in sequentibus Sacerdos, dicat in numero plurali: Oráte, Elécti, fléctite génua etc.

---

14 Deinde Sacerdos dicit super masculum stantem (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolený! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählter, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál, térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electus, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster.

Et cum oraverit et dixerit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et ille surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino:

Slavice:

Sac. Poznač ho znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne ihn mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electo:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus pollice signat eum in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Patr. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentléleknek nevében.

15 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singulorum), dicens:

In nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eum (singulos), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Móysi fámulo tuo in monte Sinai apparuísti, et fílios Israel de terra Ægýpti eduxísti, députans eis Angelum pietátis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte: te quæsumus, Dómine; ut míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui simíliter custódiat et hunc fámulum tuum N., et perdúcat eum ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei N., quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru ✠ cis (signat singulos), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

16 Sacerdos iterum dicit Electo (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolený! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählter, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál. térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electus, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster.

Et cum oraverit et dixerit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et ille surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino:

Slavice:

Sac. Poznač ho znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne ihn mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electo:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus pollice signat eum in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Patr. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentléleknek nevében.

17 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singulorum), dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eum (singulos), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus, immortále præsídium ómnium postulántium, liberátio súpplicum, pax rogántium, vita credéntium, resurréctio mortuórum: te ínvoco super hunc fámulum

tuum N., qui, Baptísmi tui donum petens, ætérnam cónsequi grátiam spirituáli regeneratióne desíderat: áccipe eum, Dómine, et quia dignátus es dícere: Pétite, et accipiétis; quærite, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis: peténti præmium pórrige, et jánuam pande pulsánti, ut, ætérnam cæléstis lavácri benedictiónem consecútus, promissa tui múneris regna percípiat: Qui cum Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Audi, maledícte sátana, adjurátus per nomen ætérni Dei, et Salvatóris nostri Jesu Christi, Fílii ejus, cum tua victus invídia, tremens, geménsque discéde: nihil tibi sit commúne cum servo Dei N., jam cæléstia cogitánte, renuntiatúro tibi et sæculo tuo, et beátæ immortalitáti victúro. Da ígitur honórem adveniénti Spíritui Sancto, qui ex summa cæli arce descéndens, proturbátis fráudibus tuis, divíno fonte purgátum pectus, sanctificátum Deo templum et habitáculum perfécit: ut, ab ómnibus pénitus nóxiis præteritórum criminum liberátus, servus Dei grátias perénni Deo réferat semper, et benedícat nomen sanctum ejus in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

18 Sacerdos tertium dicit Electo (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolený! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählter, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál, térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electus, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster.

Et cum oraverit et dixerit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et ille surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino:

Slavice:

Sac. Poznač ho znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne ihn mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electo:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus pollice signat Electum in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Patr. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentléleknek nevében.

19 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singulorum), dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eum (singulos), et postea manum extensam tenens dicit:

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Exorcízo te, immúnde spíritus, in nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei N.: Ipse enim tibi imperat, maledícte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Ergo, maledícte diábole, recognósce sententiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei N., quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru ✠ cis (signat singulos), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Si inter Electos adsint feminæ, retrahunt se masculi in partem, et accedunt feminæ.

---

20 Sacerdos dicit super Electam stantem (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolená! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählte, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál, térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electa, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster.

Et cum oraverit et dixerit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et illa surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino vel matrinæ:

Slavice:

Sac. Poznač ju znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne sie mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electæ:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus vel matrina pollice signat eam in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Sac. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentléleknek nevében.

21 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singularum), et dicit:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eam (singulas), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus cæli, Deus terræ, Deus Angelórum, Deus Archangelórum, Deus Patriarchárum, Deus Prophetárum, Deus Apostolórum, Deus Mártyrum, Deus Confessórum, Deus Vírginum, Deus ómnium bene vivéntium,

Deus, cui omnis lingua confitétur, et omne genu fléctitur, cæléstium, terréstrium, et infernórum: te ínvoco, Dómine, super hanc fámulam tuam N., ut eam custodíre, et perdúcere dignéris ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei N., quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru ✠ cis (signat singulas), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

22 Sacerdos iterum dicit Electæ (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolená! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählte, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál, térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electa, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster.

Et cum oraverit et dixerit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et illa surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino vel matrinæ:

Slavice:

Sac. Poznač ju znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne sie mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electæ:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus vel matrina pollice signat eam in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Patr. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentléleknek nevében.

23 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singularum), dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eam (singulas), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Móysi fámulo tuo in monte Sinai apparuísti, et fílios Israel de terra Ægýpti eduxísti, députans eis Angelum pietátis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte: te quæsumus, Dómine; ut míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui similiter custódiat et hanc fámulam tuam N., et perdúcat eam ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Ergo, maledícte diábole, recognósce sententiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei N., quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru ✠ cis (signat singulas), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

24 Sacerdos tertio dicit Electæ (in plurali pro pluribus):

Slavice:

Sac. Vyvolená! modli sa, pokľakni na kolená a riekaj Otčenáš.

Germanice:

Sac. Bete, Auserwählte, knie nieder und sprich: Vater unser!

Hungarice:

Sac. Választott! imádkozzál, térdelj le, és mondd el a Miatyánkot.

Et Electa, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster.

Et cum oraverit et dixerit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive, Sacerdos subjungit:

Slavice:

Sac. Vstaň, zakonč modlitbu a riekni: Amen.

Germanice:

Sac. Stehe auf, vollende dein Gebet und sprich: Amen.

Hungarice:

Sac. Kelj föl, fejezd be imádságodat és mondd: Amen.

Et illa surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino vel matrinæ:

Slavice:

Sac. Poznač ju znamením sv. kríža.

Germanice:

Sac. Bezeichne sie mit dem heiligen Kreuze.

Hungarice:

Sac. Jelöld meg őt a szent kereszt jelével.

Deinde Electæ:

Slavice:

Sac. Pristúp sem.

Germanice:

Sac. Komm herbei.

Hungarice:

Sac. Lépj ide.

Et patrinus vel matrina pollice signat eam in fronte, dicens:

Slavice:

Patr. V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Germanice:

Patr. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Hungarice:

Patr. Az Atyának és Fiúnak és Szentléleknek nevében.

25 Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singularum), dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eam (singulas), et postea manum extensam tenens dicit:

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Exorcízo te, immúnde spíritus, per Pa ✠ trem, et Fí- ✠ lium, et Spíritum ✠ Sanctum, ut éxeas, et recédas ab hac fámula Dei N.: Ipse enim tibi ímperat, maledícte damnáte, qui cæco nato óculos apéruit, et quatriduánum Lázarum de monuménto suscitávit.

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Ergo, maledícte diábole, recognósce sententiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei N., quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ

cru ✠ cis (signat singulas), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Postmodum accedunt iterum masculi, qui se retraxerant, et ipsi ad dexteram, feminæ vero ad sinistram Sacerdotis, ut in principio, disponuntur.

26 Tum Sacerdos imponit manum super Electum, vel, si sint plures, super singulos, tam masculos, quam feminas et postea manum extensam tenens dicit (in plurali pro pluribus, tam masculis quam feminis):

Orémus. Oratio

Ætérnam ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.), ut dignéris eum (eam) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eum (eam), et sanctífica: da ei sciéntiam veram, ut dignus (-a) sit frui grátia Baptísmi tui, quem suscépit; téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut aptus (-a) sit ad retinéndam grátiam Baptísmi tui. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

27 His peractis, Sacerdos sinistra manu apprehendens dexteram Electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem stolæ, ex humero sinistro pendentem, introducit eum in ecclesiam; et si Electi sint plures, primus sinistra manu trahit secundum, et secundus tertium, etc.

Dum autem Sacerdos illum vel illos introducit, dicit (in plurali pro pluribus):

N. Ingrédere in sanctam ecclésiam Dei, ut accípias benedictiónem cæléstem a Dómino Jesu Christo, et hábeas partem cum illo et sanctis ejus. ℟. Amen.

28 Et ingressus Electus procumbit, seu prosternit se in pavimento, et adorat (si plures, omnes simul).

29 Deinde surgit (si plures, omnes simul), et Sacerdos imponit manum super caput ejus (singulorum, si plures), et Electus cum eo recitat Symbolum Apostolorum, et Orationem Dominicam.

30 Ita etiam, si plures sint, omnes simul recitant:

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu

Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus: descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætérnam. ℟. Amen.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimittimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.

31 Tunc Sacerdos, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, rursus imponit manum super caput Electi (singulorum Electorum), et postea manum extensam tenens dicit:

Exorcismus (In plurali pro pluribus)

Nec te latet, sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi torménta, imminére tibi diem judícii, diem supplícii sempitérni; diem, qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi, atque univérsis ángelis tuis præparátus sempitérnus erit intéritus. Proínde, damnáte, atque damnánde, da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, da honórem Spíritui Sancto Paráclito, in cujus nómine, atque virtúte præcípio tibi, quicúmque es, spíritus immúnde, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei N., quem (hac fámula Dei N., quam) hódie idem Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam et benedictiónem, fontémque Baptísmatis dono vocáre dignátus est, ut fíeret ejus templum per aquam regeneratiónis in remissiónem ómnium peccatórum. In nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

32 Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui, et tangit aures et nares Electi (singulorum Electorum); tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicit:

Ephphetha, quod est, Adaperire.

Deinde, tangendo nares, dicit:

In odórem suavitátis. Tu autem effugáre, diábole; appropinquábit enim judícium Dei.

33 Deinde interrogat Electum (singulos, si plures):

Slavice:

Sac. Ako ti meno?
Resp. N.
Sac. N. Či sa odriekaš satanáša?
Resp. Odriekam.
Sac. I všetkých skutkov jeho?
Resp. Odriekam.
Sac. I všetkej pýchy jeho?
Resp. Odriekam.

Germanice:

Sac. Wie heißest du?
Resp. N.
Sac. N. Widersagst du dem Teufel?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und allen seinen Werken?
Resp. Ich widersage.
Sac. Und aller seiner Hoffart?
Resp. Ich widersage.

Hungarice:

Sac. Mi a neved?
Resp. N.
Sac. N. Ellene mondasz-e az ördögnek?
Resp. Ellene mondok.
Sac. És minden cselekedeteinek?
Resp. Ellene mondok.
Sac. És minden pompáinak?
Resp. Ellene mondok.

34 Tunc Sacerdos intingit pollicem dexteræ manus in Oleo sancto Catechumenorum, et inungit Electum (singulos Electos) primum in pectore, deinde inter scapulas in modum crucis, dicens (singulariter singulis):

Ego te línio ✠ Oleo salútis in Christo Jesu, Dómino nostro, in vitam ætérnam. ℟. Amen.

℣. Pax tibi. ℟. Et cum spíritu tuo.

35 Mox bombacio, vel re simili, tergit pollicem et loca inuncta, et subjungit, dicens (singulis, si plures):

Exi, immúnde spíritus, et da honórem Deo vivo et vero. Fuge, immúnde spíritus, et da locum Jesu Christo, Fílio ejus. Recéde, immúnde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

36 Stans ibidem extra cancellos, Sacerdos deponit pluviale ac stolam coloris violacei, et sumit stolam ac pluviale albi coloris.

37 Tunc ducitur Electus ad Baptisterium, ubi Sacerdos interrogat Electum (singulos, si plures):

Slavice:

Sac. Ako ti meno?

Resp. N.

38 Sac. N. Či veríš v Boha, Otca všemožúccho, stvoriteľa neba i zeme?

Resp. Verím.

Sac. Či veríš v Ježiša Krista, Syna jeho jediného, Pána nášho, narodeného a umučeného?

Resp. Verím.

Sac. Či veríš v Ducha svätého, svätú cirkev všeobecnú, svätých obcovanie, hriechov odpustenie, tela z mrtvých vzkriesenie, a život večný?

Resp. Verím.

Germanice:

Sac. Wie heißest du?

Resp. N.

38 Sac. N. Glaubst du an Gott Vater, den allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?

Resp. Ich glaube.

Sac. Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden ist und gelitten hat?

Resp. Ich glaube.

Sac. Glaubst du an den Heiligen Geist, die heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?

Resp. Ich glaube.

Hungarice:

Sac. Mi a neved?

Resp. N.

38 Sac. N. Hiszesz-e a mindenható Atya-Istenben, mennynek és földnek teremtőjében?

Resp. Hiszek.

Sac. Hiszesz-e a Jézus Krisztusban, ő egy Fiában, mi Urunkban, ki e világra született, és kint-halált szenvedett?

Resp. Hiszek.

Sac. Hiszesz-e a Szentlélekben, közönséges keresztény anyaszentegyházat, szentek egyességét, bűnök bocsánatát, testnek feltámadását, és örök életet?

Resp. Hiszek.

39 Deinde Sacerdos intingit pollicem dexterum in sacro Chrismate, et perungit verticem Electi (singulorum Electorum) in modum crucis, dicens:

Deus omnipotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum, (hic inungit) **ipse te líniat ✠ Chrísmate salútis in eódem Christo Jesu, Dómino nostro, in vitam ætérnam.** ℟. **Amen.**

℣. **Pax tecum.** ℟. **Et cum spíritu tuo.**

40 Tunc bombacio, vel re simili, pollicem tergit, et imponit capiti Electi chrismale, seu candidum linteolum, et dat illi vestem candidam, dicens (singulis, si plures):

Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. ℟. **Amen.**

41 Et Electus deponit priores vestes, et induitur novis albi coloris, vel saltem exteriore candida, quam a Sacerdote accepit.

Postea dat ei Sacerdos cereum, seu candelam accensam in manu dextera, dicens (singulis, si plures):

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad núptias, possis occúrrere ei una cum ómnibus Sanctis, in aula cælésti et vivas in sæcula sæculórum. ℟. **Amen.**

42 Ipse vero Neophytus eundem cereum accensum manu tenet usque in finem. præterquam dum confirmatur.

43 Postea Sacerdos dicit (in plurali pro pluribus):

N. Vade (Ite) **in pace, et Dóminus sit tecum** (vobiscum). ℟. **Amen.**

44 Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono Baptismi cæremonias supplente, qui tamen sale utetur a Sacerdote ad hunc usum rite prius benedicto.

45 Si adsit Episcopus, qui id legitime præstare possit, ab eo Neophyti, si sint confirmandi, præmissa, si opus sit, sacramentali confessione, Sacramento Confirmationis initiantur.

Deinde si hora sit congruens, celebratur Missa, cui Neophyti intersunt, et sanctissimam Eucharistiam devote suscipiunt.

CAPUT 7

BENEDICTIO FONTIS BAPTISMI

extra Sabbatum Paschæ et Pentecostes cum aqua consecrata non habetur

1 Primum lavatur, et mundatur vas Baptisterii, deinde limpida aqua repletur. Tum Sacerdos cum suis Clericis, vel etiam aliis Presbyteris, cruce et duobus cereis præcedentibus, ac thuribulo et incenso, et cum vasculis Chrismatis, et Olei Catechumenorum accedit ad Fontem, et ibi, vel ante Altare Baptisterii, dicit Litanias ordinarias, prout habentur infra (pag. 453).

2 Sed ante ℣. Ut nos exaudíre dignéris, dicat et secundo repetat sequentem versum:

Ut Fontem istum ad regenerándam tibi novam prolem bene ✠ dícere, et conse ✠ cráre dignéris.

℟. **Te rogámus, audi nos.**

3 Potest etiam dicere Litanias breviores, ut in Missali in Sabbato Sancto.

Et dicto ultimo Kýrie eléison.

4 Sacerdos dicit: Pater noster et Credo in Deum, etc. (pag. 80), omnia clara voce: quibus finitis dicit:

℣. **Apud te, Dómine, est fons vitæ.**
℟. **Et in lúmine tuo vidébimus lumen.**
℣. **Dómine, exáudi oratiónem meam.**
℟. **Et clamor meus ad te véniat.**
℣. **Dóminus vobiscum.**
℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, adésto magnæ pietátis tuæ mystériis, adésto sacraméntis: et ad recreándos novos pópulos, quos tibi fons Baptismatis párturit, spíritum adoptiónis emítte; ut, quod nostræ humilitátis geréndum est ministério, virtútis tuæ impleátur efféctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Exorcismus aquæ

Exorcizo te, creatúra aquæ, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui te in princípio verbo separávit ab árida: cujus Spíritus super te ferebátur, qui te de paradiso manáre jussit.

5 Hic manu aquam dividit, et deinde effundit eam extra marginem Fontis, versus quatuor mundi partes, prosequens:

Et in quátuor fluminibus totam terram rigáre præcépit: qui te in desérto amáram per lignum, dulcem fecit atque potábilem; qui te de petra produxit, ut pópulum, quem ex Ægýpto liberáverat, siti fatigátum recreáret. Exorcizo te per Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui te in Cana Galilææ signo admirábili sua poténtia convértit in vinum: qui super te pédibus ambulávit, et a Joánne in Jordáne in te baptizátus est. Qui te una cum sánguine de látere suo produxit: et discípulis suis jussit, ut credéntes baptizárent in te, dicens: Ite, docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti; ut efficiáris aqua sancta, aqua benedícta, aqua, quæ lavat sordes, et mundat peccáta. Tibi igitur præcípio, omnis spíritus immúnde, omne phantásma, omne mendácium, eradicáre, et effugáre ab hac creatúra aquæ, ut qui in ipsa baptizándi erunt, fiat eis fons aquæ saliéntis in vitam ætérnam, regénerans eos Deo Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi,

qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, aquárum spirituálium sanctificátor, te suppliciter deprecámur: ut ad hoc ministérium humilitátis nostræ respícere dignéris, et super has aquas, abluéndis et purificándis homínibus præparátas, Angelum sanctitátis emíttas, quo, peccátis vitæ prióris ablútis, reatúque detérso, purum Sancto Spíritui habitáculum regenerâti éffici mereántur. Per Dóminum nostrum.

℟. Amen.

6 Tunc sufflat ter in aquam versus tres partes secundum hanc figuram ✠ : deinde imponit incensum in thuribulo, et Fontem incensat. Postea infundens de Oleo Catechumenorum in aquam in modum crucis, clara voce dicit:

Sanctificétur, et fœcundétur fons iste óleo salútis renascéntibus ex eo in vitam ætérnam, in nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.

℟. Amen.

7 Deinde infundit de Chrismate, modo quo supra, dicens:

Infúsio Chrismatis Dómini nostri Jesu Christi, et Spíritus Sancti Paráclíti, fiat in nómine sanctæ Trinitátis.

℟. Amen.

8 Postea accipit ambas ampullas dicti Olei sancti et Chrismatis, et de utroque simul in modum crucis infundendo, dicit:

Commíxtio Chrismatis sanctificatiónis, et Olei unctiónis, et aquæ Baptismatis páriter fiat in nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.

℟. Amen.

9 Tum, depositis ampullis, dextera manu Oleum sanctum, et Chrisma infusum miscet cum aqua et spargit per totum Fontem. Deinde medulla panis manum tergit; et si quis baptizandus sit, eum baptizat, ut supra. Quod si neminem baptizet, statim manus abluat, et ablutio effundatur in sacrarium.

CAPUT 8

BENEDICTIO MULIERIS POST PARTUM

1 Si qua puerpera post partum, juxta piam ac laudabilem consuetudinem, ad ecclesiam venire voluerit, pro incolumitate sua Deo gratias actura, petieritque a Sacerdote benedictionem, ipse superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro, aspersorium deferente, ad fores ecclesiæ accedat, ubi illam foris ad limina genuflectentem et candelam accensam in manu tenentem, aqua benedicta aspergat, deinde dicat:

2 ℣. **Adjutórium nostrum in nómine Dómini.**
℟. **Qui fecit cælum et terram.**
Ant. **Hæc accípiet.**

Psalmus 23

Dómini est terra, et plenitúdo ejus: * orbis terrárum, et univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino: * et misericórdiam a Deo, salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attólliteportas,príncipes,vestras, et elevámini, portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis et potens: Dóminus potens in prælio.

Attólliteportas,príncipes,vestras, et elevámini, portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Glória Patri.

Psalmus 127

Beáti omnes, qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: * beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce, sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion: * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israel.

Glória Patri.

Ant. **Hæc accípiet benedictiónem a Dómino, et misericórdiam a Deo salutári suo: quia hæc est generátio quæréntium Dóminum.**

3 **Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.**

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvam fac ancíllam tuam, Dómine.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eam.
℣. Nihil proficiat inimícus in ea.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui per Móysen, fámulum tuum, Israelíticæ plebi mandásti, ut múlier, quæ suscépto sémine fílium páreret, quadragínta diébus se ab ingréssu templi sequestráret: dignáre Dómine hanc fámulam tuam ab omni inquinaménto peccáti mundáre, quátenus in opéribus mandatórum tuórum, in córpore mundáto, et mente sincéra sinum Matris Ecclésiæ mereátur introíre, et hóstias pacíficas pro suis delíctis offérre. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Omnipotens sempitérne Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui tuum Unigénitum, una cum Matre sua semper Vírgine María, post quadragínta diérum spátium in templo præsentásti: bene ✠ dícere dignéris hanc fámulam tuam post partum, et concéde propítius: ut sicut eam per nostrum offícium in templum istud terrénum introdúcimus, sic post finem vitæ præséntis templum cæléste mereátur introíre. Per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

4 Deinde extrema parte stolæ in manum mulieris data, eam introducat in templum, dicens:

Ingrédere in templum Dei, adóra Fílium beátæ Maríæ Vírginis, qui tibi fœcunditátem tribuit prolis, Jesum

Christum, Dóminum nostrum, mediatórem Dei et hóminum. Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat, Deus in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

5 Postea legat super eam hoc Evangelium lingua vernacula:

Slavice:

EVANJELIUM PODĽA SV. LUKÁŠA
hl. 2., verš 22-32

Keď sa vyplnily dni očisťovania Marie podľa zákona Mojžišovho, niesli ho do Jeruzalema, aby ho predstavili Pánovi, jako je písané v zákone Pánovom: každý mužský plod, otvárajúci život, volať sa bude zasväteným Pánovi; a aby dali obetu, tak jako je povedané v zákone Pánovom: pár hrdličiek, alebo dve holubiatka. A hľa, bol v Jeruzaleme človek, ktorému meno Simeon, a ten človek bol spravodlivý a bohabojný, očakávajúci potešenie Izraela, a Duch svätý bol v ňom. A on dostal prípoveď od Ducha svätého, že nepodstúpi smrti prv, než uzre Pomazaného Pánovho. I prišiel Duchom vedený do chrámu, a keď uvádzali dieťa Ježiša jeho rodičia, aby učinili za neho podľa zákonitej obyčaje, vzal ho i on na svoje ramená a chválil Boha a riekol: Teraz prepustíš, Pane, svojho sluhu podľa svojho slova v pokoji; lebo moje oči videly tvoje spasenie, ktoré si pripravil pred tvárou všetkých národov: za svetlo osvietiť pohanov, a za slávu svojmu ľudu izraelskému.

Germanice:

EVANGELIUM NACH DEM HEILIGEN LUCAS
Cap. 2, 22-32

Da die Tage der Reinigung Mariä nach dem Gesetze Mosis erfüllt waren, brachten sie Ihn nach Jerusalem, um Ihn dem Herrn darzustellen; wie geschrieben steht im Gesetze des Herrn: Jede männliche Erstgeburt soll dem Herrn geheiligt werden: und um ein Opfer darzubringen, wie es im Gesetze des Herrn geboten ist, ein Paar Turteltauben, oder ein Paar junge Tauben. Und siehe, es war ein Mann zu Jerusalem, mit Namen Simeon, und dieser Mann war gerecht und gottesfürchtig, und wartete auf den Trost Israels, und der Heilige Geist war in ihm. Es war ihm von dem Heiligen Geiste geoffenbaret worden, daß er den Tod nicht sehen werde, bis er den Gesalbten des Herrn gesehen. Und er kam aus Antrieb des Geistes in den Tempel; und als die Eltern das Kind Jesus hinein brachten, um da für Ihn zu tun, was nach dem Gesetze Gewohnheit war, nahm er

Es auf seine Arme, pries Gott und sprach: Nun entlassest Du, Herr, nach Deinem Worte Deinen Diener im Frieden; denn meine Augen haben Dein Heil gesehen, das Du bereitet hast vor dem Angesichte aller Völker, als ein Licht zur Erleuchtung der Heiden und zur Verherrlichung Deines Volkes Israel.

Hungarice:

EVANGELIUM SZENT LUKÁCS SZERINT

2. Fejezet, 22-32 v.

Mikor elteltek Mária tisztulásának napjai, Mózes törvénye szerint felvivék őt Jeruzsálembe, hogy bemutassák az Úrnak; mint írva vagyon az Úr törvényében, hogy minden elsőszülött fiugyermek az Úrnak legyen szentelve; és hogy áldozatot mutassanak be, miképen megmondatott az Úr törvényében, egy pár gerlicét vagy két galambfiat. Vala pedig Jeruzsálemben egy ember, Simeon nevű, igaz és istenfélő férfiu, ki várja vala Izrael vigasztalását, és a Szentlélek volt benne. És ki volt neki jelentve a Szentlélektől, hogy halált nem lát, míg csak meg nem látja az Úr Krisztusát. És a Lélek ösztönzésére a templomba méne. És mikor bevitték szülői a gyermek Jézust, hogy a törvény szokása szerint cselekedjenek vele, karjaiba vevé őt, és magasztalván az Istent, mondá: Most bocsátod el, Uram, szolgádat a te igéd szerint békességben; mert látták szemeim a te megváltásodat, melyet készitettél minden népek szine előtt, világosságul a pogányok megvilágitására, és dicsösségére népednek, Izraelnek.

6 Finito Evangelio, aspergat mulierem aqua benedicta in modum crucis, dicens:

Pax et benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. ℟. Amen.

7 Si plures puerperæ sint simul benedicendæ, omnia dicuntur in numero plurali.

8 Introductio hæc autem extra ecclesiam non est facienda, etiamsi puerperæ mortis immineat periculum. Item benedictio hæc ei tantum mulieri datur, quæ est catholica, et quæ in matrimonio juxta leges Ecclesiæ valido et rato vel in mixto quidem, sed licito peperit; cum prole attamen dumtaxat in Catholica Religione educanda; numquam autem cum prole, quæ acatholicæ confessioni accrescit.

9 Prædicta benedictio mulieris post partum fieri debet a parocho, si expetitus ipse fuerit; potest autem fieri a quocumque Sacerdote, si expetitus pariter fuerit, in quacumque ecclesia vel oratorio publico, certiore facto Superiore ecclesiæ.

Ter in anno apparebit omne mascu-
linum tuum coram Dño. Exod. 23, 17.
PRUDENTIA
JUSTITIA
I II III
IV V VI VII VIII IX X
TEMPERANTIA
FORTITUDO
Custodite omne mandatum, quod
præcipio vobis hodie. Deut. 27, 1.

TITULUS III

CAPUT 1

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS

1 Aquis Baptismi non ablutus valide confirmari nequit; præterea, ut quis licite et fructuose confirmetur, debet esse in statu gratiæ constitutus et, si usu rationis polleat, sufficienter instructus.

2 Quamquam hoc Sacramentum non sit de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet, oblata occasione, illud negligere; immo Parochi curent, ut fideles ad illud opportuno tempore accedant.

3 Licet Sacramenti Confirmationis administratio convenienter in Ecclesia Latina differatur ad septimum circiter ætatis annum, nihilominus etiam antea conferri potest, si infans in mortis periculo sit constitutus, vel Ministro id expedire ob justas et graves causas videatur.

4 Confirmandi, si plures sint, adsint primæ manuum impositioni seu extensioni, nec nisi expleto ritu discedant.

5 Ex vetustissimo Ecclesiæ more, ut in Baptismo, ita etiam in Confirmatione adhibendus est patrinus, si haberi possit.

6 a) Patrinus unum tantum confirmandum aut duos præsentet, nisi aliud justa de causa Ministro videatur.

b) Unus quoque pro singulis confirmandis sit patrinus.

7 Ut quis sit patrinus, oportet:

a) Sit ipse quoque confirmatus, rationis usum assecutus et intentionem habeat id munus gerendi;

b) Nulli hæreticæ aut schismaticæ sectæ sit adscriptus, nec sententia condemnatoria vel declaratoria sit excommunicatus aut infamis infamia juris aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degradatus;

c) Non sit pater, mater, conjux confirmandi;

d) A confirmando ejusve parentibus vel tutoribus, vel, hi si desint aut renuant, a Ministro vel Parocho sit designatus; Confirmandum in ipso Confirmationis actu per se vel per procuratorem physice tangat.

8 Ut quis licite ad patrini munus admittatur, oportet:

a) Sit alius a patrino Baptismi, nisi rationabilis causa, judicio Ministri, aliud suadeat, aut statim post Baptismum legitime Confirmatio conferatur;

b) Sit ejusdem sexus ac confirmandus, nisi alius Ministro in casibus particularibus ex rationabili causa videatur;

c) Decimum quartum suæ ætatis annum attigerit, nisi aliud justa de causa Ministro videatur;

d) Non sit propter notorium delictum excommunicatus vel exclusus ab actibus legitimis vel infamis infamia juris, quin tamen sententia intercesserit, nec sit interdictus, aut alias publice criminosus vel infamis infamia facti;

e) Fidei rudimenta noverit;

f) In nulla religione sit novitius vel professus, nisi necessitas urgeat et expressa habeatur venia Superioris saltem localis;

g) In sacris ordinibus non sit constitutus, nisi accedat expressa Ordinarii proprii licentia.

9 Ex valida Confirmatione oritur inter confirmatum et patrinum cognatio spiritualis, ex qua patrinus obligatione tenetur confirmatum perpetuo sibi commendatum habendi ejusque christianam educationem curandi.

10 Nomina Ministri, confirmatorum, parentum et patrinorum, diem ac locum Confirmationis Parochus inscribat in peculiari libro. Recepta Confirmatio adnotari debet etiam in libro baptisatorum in rubrica observationum.

11 Singulus confirmandus teneat in manibus schedam, subscriptione Parochi sui roboratam, in qua nomen baptismale et cognomen confirmandi, nomen in Confirmatione assummendum, (quod ut facile in oculos incidat, linea subducendum est), locus item actualis domicilii, ætas confirmandi, nomen et cognomen tenentis patrini vel matrinæ adnotentur.

Paradigma schedæ hisce adjungitur:

Nomen Confirmationis:	Nomen baptismale cognomenque confirmandi:	Parentes eorumque domicilium:	Patrinus vel Matrina:	Confirmationis locus et tempus:
Augustinus	Josephus Velický 12 annorum	Josephus Velický Maria Porubsky Spiš. Kapitula	Augustinus Lučansky	Spiš. Kapitula 21 Maji 1888

Schedas has unus præeuntium astantium, Sacerdos vel Clericus a confirmatis accipiet et diligenter colliget: ut ex ipsis, peracta Confirmatione, liber confirmatorum in duplici authentico exemplari confici possit; quorum unum ad archivum diœcesanum reponetur, alterum in Parochia manebit, ut ejus usum Parochus, ad spirituales cognationes detegendas, et ad dubia, num quis et quando confirmatus sit, tollenda, facere possit.

12 Nomen novum in Confirmatione assumendum sit nomen alicujus Sancti vel Sanctæ, non vero profanum aut plane ethnicum.

13 Omnes, qui Sacramentum Confirmationis suscepturi sunt, debita hora, prout Episcopus ordinaverit, designato in loco adsint, ibique in silentio ac cum modestia adventum ejus præstolentur; qui, ubi advenerit, flectant genua, manibus ante pectus junctis, pie ac religiose orent, ceteraque imperata faciant. Sub ipsa Confirmatione se in ordinatam seriem collocent, ut signatio expedite fieri, et e frontibus ipsorum sacrum Chrisma, in ipso acceptæ unctionis loco, illico detergi possit.

14 Si adjuncta sinant, majoris decentiæ causa, prius virilis, dein sequioris sexus personæ confirmentur.

CAPUT 2

RITUS CONFIRMATIONIS

1 Pontifex Sacramentum Confirmationis administrare volens, paratus supra rochettum amictu, alba, cum cingulo, stola, pluviali albi coloris et mitra ad faldistorium ante medium Altaris positum accedit; ibique sedens lavat manus; deinde, deposita mitra, surgit et stans ante medium Altaris versa facie ad confirmandos, junctis manibus, confirmandis vero genua flectentibus et manus, ante pectus tenentibus, dicit:

℣. Spíritus Sanctus supervéniat in vos, et virtus Altíssimi custódiat vos a peccátis.
℟. Amen.

Deinde signans se a fronte ad pectus signo crucis, dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Tunc, extensis versus confirmandos manibus, dicit:

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui regeneráre dignátus es hos fámulos tuos ex aqua, et Spíritu Sancto, quique dedísti eis remissiónem ómnium peccatórum: emítte in eos septifórmem Spíritum tuum Sanctum Paráclitum de cælis. ℟. Amen.

Spíritum sapiéntiæ, et intelléctus. ℟. Amen.

Spíritum consílii, et fortitúdinis. ℟. Amen.

Spíritum sciéntiæ, et pietátis. ℟. Amen.

Adímple eos Spíritu timóris tui, et consígna eos signo Cru ✠ cis Christi, in vitam propitiátus ætérnam. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

2 Pontifex stans cum mitra, confirmandos ante se per ordinem genuflexos confirmat, summitate pollicis dexteræ manus Chrismate intincta, dicens:

N. Signo te signo Cru ✠ cis quod cum dicit, imposita manu dextera super caput confirmandi, producit pollice signum crucis in fronte illius, deinde prosequitur: et confírmo te Chrismate salútis. In nómine Pa ✠tris, et Fi ✠lii, et Spíritus ✠Sancti. ℟. Amen.

Et leviter eum in maxilla cædit, dicens:

Pax tecum.

Omnibus confirmatis, Pontifex tergit cum mica panis, et lavat pollicem et manus super pelvim.

3 Interim dum lavat manus, si adsint ministri, dicitur ab iis sequens

Ant. Confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis, a templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem. ℣. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto: Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Et repetitur Antiphona: Confírma hoc, Deus, etc.

Qua repetita, Pontifex, deposita mitra, surgit et stans versus Altare, junctis ante pectus manibus dicit:

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

℟. Et salutáre tuum da nobis.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Junctis vero adhuc ante pectus manibus, et omnibus confirmatis devote genua flectentibus, dicit:

Orémus. Oratio

Deus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum, et per eos eorúmque successóres céteris fidélibus tradéndum esse voluísti: réspice propítius ad humilitátis nostræ famulátum, et præsta; ut eórum corda, quorum frontes sacro Chrísmate delinívimus, et signo sanctæ Crucis signávimus, idem Spíritus Sanctus in eis supervéniens, templum glóriæ suæ dignánter inhabitándo perfíciat: Qui cum Patre, et eódem Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde dicit:

Ecce, sic benedicétur omnis homo, qui timet Dóminum.

Et vertens se ad confirmatos, ac faciens super eos signum crucis, dicit:

Bene ✠ dicat vos Dóminus ex Sion, ut videátis bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ vestræ, et habeátis vitam ætérnam. ℟. Amen.

4 Expedita Confirmatione, Pontifex sedens, accepta mitra, patrino et matrinæ annuntiat, quod instruant filium suum bonis moribus, quod fugiat mala, et faciat bona, et doceant eum Credo in Deum et Pater noster et Ave María, quoniam ad hoc sunt obligati.

Lavabunt in ea Aaron et
filii ejus manus . . Exod. 30.
Descendit et lavit in Jor-
dane septies. IV. Reg. 5. 14.

TITULUS IV

CAPUT 1

DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ

Sanctum Pœnitentiæ Sacramentum, ad eos, qui post Baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos a Christo Domino institutum, eo diligentius administrandum est, quo frequentior est ejus usus, et quo plura requiruntur ad illud recte digneque tractandum ac suscipiendum. Cum autem ad illud constituendum tria concurrant, materia, forma, et minister: illius quidem remota materia sunt peccata, proxima vero sunt actus pœnitentis, nempe contritio, confessio, et satisfactio. Forma autem, illa absolutionis verba: Ego te absólvo, etc. Minister denique est Sacerdos habens potestatem absolvendi vel ordinariam vel delegatam. Sed in periculo mortis omnes Sacerdotes, licet ad confessiones non approbati, valide et licite absolvunt quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis aut censuris, quantumvis reservatis et notoriis, etiamsi præsens sit Sacerdos approbatus. In ejus ministro requiritur etiam bonitas, scientia, atque prudentia, cum sigillo secretæ confessionis sub exacto, perpetuoque silentio. Quibus et aliis ad id opportunis ut optime sint instructi, omni studio curare debent Confessarii.

2 In primis meminerit Confessarius, se judicis pariter et medici personam sustinere, ac divinæ justitiæ simul et misericordiæ ministrum a Deo constitutum esse, ut tamquam arbiter inter Deum et homines, honori divino et animarum saluti consulat.

3 Ut ergo recte judicare queat, discernens inter lepram et lepram, et tamquam peritus medicus animarum morbos prudenter curare, et apta cuique remedia applicare sciat, quantam potest maximam ad id scientiam atque prudentiam, tum assiduis ad Deum precibus, tum ex probatis auctoribus, præsertim e Catechismo Romano, et prudenti consilio peritorum studeat sibi comparare.

4 Sciat casus et censuras Sedi Apostolicæ, et Ordinario suo reservatas, et suæ cujusque Ecclesiæ constitutiones, easque diligenter observet.

5 Denique hujus Sacramenti doctrinam omnem recte nosse studebit, et alia ad ejus rectam administrationem necessaria. Atque in hoc ministerio ita procedat, ut infra præscribitur.

ORDO MINISTRANDI SACRAMENTUM PŒNITENTIÆ

6 Sacerdos ad audiendam confessionem vocatus, promptum facilemque se præbeat: ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus suppetat, ad hoc ministerium recte, sancteque obeundum, divinum auxilium piis precibus implorabit.

7 Sacramentalis confessionis proprius locus est ecclesia vel oratorium publicum aut semi-publicum.

8 Sedes confessionalis ad audiendas mulierum confessiones semper collocetur in loco patenti et conspicuo, et generatim in ecclesia vel oratorio publico aut semi-publico mulieribus destinato.

Sedes confessionalis crate fixa ac tenuiter perforata inter pœnitentem et confessarium sit instructa.

9 Feminarum confessiones extra sedem confessionalem ne audiantur, nisi ex causa infirmitatis aliave veræ necessitatis et adhibitis cautelis quas Ordinarius loci opportunas judicaverit.

Confessiones virorum etiam in ædibus privatis excipere licet.

10 Superpelliceo, et stola violacei coloris utatur, prout tempus, vel locorum feret consuetudo.

11 Pœnitens, si opus sit, admoneatur, ut qua decet humilitate mentis et habitus accedat, et flexis genibus signo crucis se muniat.

12 Mox Confessarius inquirat de illius statu (nisi aliter notus sit) et quampridem sit confessus, et an impositam pœnitentiam adimpleverit; num rite atque integre alias confessus fuerit; num conscientiam suam, ut debet, prius diligenter discusserit.

13 Quod si pœnitens aliqua censura, vel casu reservato sit ligatus, a quo ipse non possit absolvere, non absolvat, nisi prius obtenta facultate a Superiore.

14 Si vero Confessarius, pro personarum qualitate, cognoverit pœnitentem ignorare christianæ fidei rudimenta, si tempus suppetat, eum breviter instruat de articulis fidei, et aliis ad salutem cognitu necessariis, et ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat, ut ea postmodum diligentius addiscat.

15 Tum pœnitens confessionem generalem latina, vel vulgari lingua dicat, scilicet Confíteor, etc., vel saltem utatur his verbis: Confíteor Deo omnipoténti, et tibi, pater. Peccata sua exinde confiteatur, adjuvante, quotiescumque opus erit, Sacerdote: qui confitentem non reprehendet nisi finita,

ut dicetur, confessione; neque interpellabit, nisi opus sit aliquid melius intelligere; proinde fiduciam ei præbeat, et humaniter suggerat, ut omnia peccata sua rite et integre confiteatur, remota stulta illa quorundam verecundia, qua præpediti, suadente diabolo, peccata confiteri non audent.

16 Si pœnitens numerum, et species, et circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget.

17 Sed caveat, ne curiosis, aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, præsertim imprudenter interrogans juniores utriusque sexus, vel alios, de eo, quod ignorant, ne scandalum patiantur, indeque peccare discant.

18 Demum, audita confessione, perpendens peccatorum, quæ ille admisit, magnitudinem, ac multitudinem, pro eorum gravitate, ac pœnitentis condicione, opportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna caritate adhibebit, et ad dolorem et contritionem efficacibus verbis adducere conabitur, atque ad vitam emendandam ac melius instituendam inducet, remediaque peccatorum tradet.

19 Postremo salutarem et convenientem satisfactionen, quantum spiritus et prudentia suggesserint, injungat, habita ratione status, condicionis, sexus, et ætatis et item dispositionis pœnitentium. Videatque, ne pro peccatis gravibus levissimas pœnitentias imponat, ne si forte peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id vero ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantum ad novæ vitæ remedium, et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum castigationem.

20 Quare curet, quantum fieri potest, ut contrarias peccatis pœnitentias injungat, veluti avaris eleemosynas, libidinosis jejunia, vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, desidiosis devotionis studia. Rarius autem vel serius confitentibus, vel in peccata facile recidentibus, utilissimum erit consulere, ut sæpe, puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus, confiteantur, et si expediat, communicent.

21 Pœnitentias pecuniarias sibi ipsis Confessarii ne applicent, neque a pœnitentibus quidquam tamquam ministerii sui præmium petant, vel accipiant.

22 Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam pœnitentiam ne imponant.

23 Videat autem diligenter Sacerdos, quando, et quibus conferenda, vel deneganda, vel differenda sit absolutio, ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces: quales sunt qui nulla dant signa doloris; qui odia et inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, et vitam in melius emendare nolunt: aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciant, et scandalum tollant: neve etiam eos absolvat, quorum peccata sunt Superioribus reservata.

24 Si vero quis confiteatur in periculo mortis constitutus, absolvendus est ab omnibus peccatis et censuris, quantumvis reservatis (cessat enim tunc omnis reservatio): sed prius, si potest, cui debet, satisfaciat: ac si

periculum evaserit, et aliqua ratione Superiori, a quo alias esset absolvendus, se sistere teneatur; cum primum poterit, coram eo se sistat, quidquid debet præstiturus.

25 Quod si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox et loquela ægro deficiant, nutibus et signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata pœnitentis cognoscere, quibus utcumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.

26 Meminerit porro Sacerdos, ægris non esse injungendam gravem, aut laboriosam pœnitentiam; sed indicendam tantum illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliqua oratione, aut levi satisfactione imposita, et acceptata, absolvantur, prout opus erit.

CAPUT 2

ABSOLUTIONIS FORMA COMMUNIS

1 Cum Sacerdos pœnitentem absolvere velit, injuncta ei prius, et ab eo acceptata salutari pœnitentia, primo dicit:

Misereátur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. Amen.

2 Deinde dextera versus pœnitentem elevata, dicit:

Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens, et miséricors Dóminus. Amen.

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctoritáte ipsíus te absólvo ab omni vínculo excommunicatiónis, suspensiónis, et interdicti, in quantum possum, et tu indiges. Deínde ego te absólvo a peccátis tuis, in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

3 Si pœnitens sit laicus, omittitur verbum suspensiónis. Episcopus autem in absolvendis fidelibus ter signum crucis facit.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, mérita beátæ Maríæ Vírginis, et ómnium Sanctórum, quidquid boni féceris, et mali sustinúeris, sint tibi in remissiónem peccatórum, augméntum grátiæ, et prǽmium vitæ ætérnæ. Amen.

4 Justa de causa omitti potest Misereátur, etc., et satis est dicere: Dóminus noster Jesus Christus, etc., ut supra, usque ad illud: Pássio Dómini nostri, etc.

5 Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis, Sacerdos breviter dicere poterit:

Ego te absólvo ab ómnibus censúris, et peccátis, in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

a) Hæc formula absolutionis potest quoque in plurali enuntiari, vel absolute vel condicionate, pro dispositione eorum, qui plures simul in eodem periculo mortis versantur, ut in conflictu vel naufragio.

b) Quando pœnitens non absolvitur dicto: Misereátur etc. Indulgéntiam etc. detur ei benedictio his verbis: Benedícat te Deus Pater, et Fílius, ✠ et Spíritus Sanctus. Amen. Addi etiam potest sequens oratio: Réspice, quæsumus Dómine, super hanc ánimam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum.

c) Sine benedictione nullus, quantumvis indispositus dimittatur, neque Schedula Confessionis tempore paschali usitata, eidem denegetur.

CAPUT 5

DE ABSOLUTIONE AB EXCOMMUNICATIONE IN FORO EXTERIORI

1 Si potestas absolvendi ab excommunicationis sententia Sacerdoti commissa fuerit a Superiore, et in mandato certa forma sit præscripta, illa omnino servanda est: si vero in mandato seu commissione dicitur: In forma Ecclesiæ consueta absolvat; hæc servanda sunt.

2 Primo, ut excommunicatus ei, ob cujus offensam in excommunicationem incurrit prius, si potest, satisfaciat. Quod si tunc non possit, sufficientem cautionem præbeat, aut saltem, si eam præstare nequeat, juret se, cum primum poterit, satisfacturum.

3 Secundo, si crimen, ob quod in excommunicationem incidit, sit grave, juramentum ab eo exigatur de parendo mandatis Ecclesiæ, quæ illi fient pro tali causa: ac præcipue ne deinceps delinquat contra illum Canonem, vel Decretum, contra quod faciendo censuram incurrit.

4 Formula autem juramenti usitata hæc est: quando quis legitime citatus, noluit coram Judice Ecclesiastico comparere, vel sententiæ sub excommunicatione latæ obœdire: (Pro libitu)

Slavice:

Tak mi Pán Boh pomáhaj, blahoslavená a nepoškvrnená Panna Maria, a všetci boži Svätí, že napozatým, keď mňa môj cirkevný sudca zákonite predvolá, sa pred ním ustanovím, Cirkvi svätej poslušný budem, a čo mi sudca dľa zákona prikáže, to skutočne aj urobím. Tak mi Pán Boh pomáhaj.

Germanice:

So soll mir Gott helfen, Unsere Liebe Frau, die Unbefleckte Jungfrau Maria, und alle Heiligen Gottes, daß ich künftighin auf die gesetzmäßige Vorladung meines kirchlichen Richters vor ihm erscheinen, der Kirche gehorchen und das, was mir der Richter im Sinne der Gesetze gebieten wird, tatsächlich bewerkstelligen werde. So soll mir Gott helfen.

Hungarice:

Isten engem ugy segitsen, Boldogságos Asszony, Szeplőtelen Szűz Mária, és Istennek minden szentjei, hogy ezentul, ha egyházi birám törvényszerüen megidéz, szine előtt megjelenek, az anyaszentegyháznak engedelmeskedem, s amit a biró, a törvény értelmében nekem parancsolni fog, azt valóban teljesitem. Isten engem ugy segitsen.

Si vero ob alios casus excommunicatus fuerit, in hunc modum jurabit: (Pro libitu)

Slavice:

Tak mi Pán Boh pomáhaj, blahoslavená a nepoškvrnená Panna Maria a všetci boži Svätí, že napozatým Cirkvi svätej a svojmu duchovnému otcovi poslušný budem, a s pomocou božou varovať sa budem takých hriechov, pre ktoré som teraz vyobcovaný bol. Tak mi Pán Boh pomáhaj.

Germanice:

So soll mir Gott helfen, Unsere Liebe Frau, die Unbefleckte Jungfrau Maria, und alle Heiligen Gottes, daß ich künftighin der Kirche und meinem Seelenhirten Gehorsam leisten und mit der Hilfe Gottes vor derlei Vergehen, derentwegen ich diesmal in den Kirchenbann verfallen bin, mich bewahren werde. So soll mir Gott helfen.

Hungarice:

Isten engem ugy segitsen, Boldogságos Asszony, Szeplőtelen Szűz Mária, és Istennek minden szentjei, hogy ezentul az anyaszentegyháznak, s az én lelkipásztoromnak engedelmeskedni fogok, s Isten segitségével őrizkedni fogok az afféle vétkektől, melyek miatt ezúttal kiközösitésbe estem. Isten engem ugy segitsen.

5 Denique hunc absolvendi ritum observabit.

Pœnitentem coram se utroque genu flexo, in humero (si vir sit) usque ad camisiam exclusive denudato, virga aut funiculis sedens leviter percutit, dicendo:

Psalmus 50

Miserére mei, Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim, in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim, veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes, et holocásta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri.

6 Deinde surgit, et aperto capite dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster secreto usque ad
℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**
℟. **Sed líbera nos a malo.**
℣. **Salvum (-am) fac servum tuum (ancillam tuam), Dómine.**
℟. **Deus meus, sperántem in te.**

℣. Nihil proficiat inimicus in eo (ea).
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, cui próprium est miseréri semper, et párcere: súscipe deprecatiónem nostram, ut hunc fámulum tuum, quem (hanc fámulam tuam, quam) excommunicatiónis sententia constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

7 Mox sedet, et cooperto capite dicit:

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctoritáte ipsíus, et sanctíssimi Dómini nostri Papæ (vel reverendíssimi Episcopi N., vel talis Superióris) mihi commíssa, absólvo te a vínculo excommunicatiónis, in quam incurrísti (vel incurrísse declarátus [-a] es), propter tale factum (vel talem causam, etc.); et restítuo te communióni et unitáti fidélium, et sanctis Sacraméntis Ecclésiæ, in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

8 Quod si Sacerdoti nulla sit a Superiore præscripta forma, nec sibi mandatum, ut in forma Ecclesiæ communi, vel consueta absolvat: tunc nihilominus pro rei gravitate prædictam cæremoniam et preces adhibeat; at vero si res non fuerit adeo gravis, absolvere poterit, dicens:

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctoritáte ipsíus, et sanctíssimi Dómini nostri Papæ (si a Papa fuerit delegatus), (vel reverendíssimi Episcopi N., vel talis Superióris) mihi concéssa, absólvo te, etc., ut supra.

9 In foro autem sacramentali Confessarius habens facultatem absolvendi excommunicatum, absolvat juxta formam communem supra præscriptam in sacramentali absolutione.

CAPUT 4

RITUS ABSOLVENDI ET RECIPIENDI ACATHOLICUM CONVERSUM

IN SINUM S. MATRIS ECCLESIÆ

1 Si quis ad fidem et unitatem Ecclesiæ Catholicæ reverti in animo habet, et voluntatem Curato suo aperit, hic summa cum diligentia et prudentia de vita et moribus illius, perinde ac de propositi motivis inquirat, et nonnisi de illorum integritate et horum sinceritate certior factus, institutionem ejus inchoet.

2 In conversione hæreticorum, a quocumque loco, vel a quacumque secta venerint, inquirendum de validitate Baptismi in hæresi suscepti. Instituto igitur in singulis casibus examine, si compertum fuerit, aut nullum, aut nulliter collatum fuisse, baptizandi erunt absolute. Si autem pro temporum aut locorum ratione, investigatione peracta, nihil sive pro validitate, sive pro invaliditate detegatur, aut adhuc probabile dubium de Baptismi validitate supersit, tunc sub conditione secreto baptizentur. Demum, si constiterit validum fuisse, recipiendi erunt tantummodo ad abjurationem, seu professionem fidei.

3 In reconciliandis hæreticis triplex, pro diversitate casuum, distinguitur procedendi modus:

I Si Baptismus absolute conferatur, nulla sequitur abjuratio, nec absolutio, eo quod omnia abluit sacramentum regenerationis.

II Si Baptismus sit sub conditione iterandus, hoc ordine procedendum erit: 1 Abjuratio, seu Fidei professio; 2 Baptismus condicionalis; 3 Confessio sacramentalis, cum absolutione condicionali.

III Quando denique validum judicatum fuerit Baptisma, sola recipitur abjuratio, seu fidei professio. Si tamen nonnumquam ejusmodi neoconversus valde desideret, ut ritus in ejus Baptismo olim omissi hac occasione suppleantur, Sacerdos huic pio ejus voto morem gerere utique liberum habet. Debebit tamen in tali casu adhibere ordinem Baptismi adultorum et mutare mutanda, ob Baptismum jam valide susceptum.

4 Sectæ Socinianorum, seu Unitariorum addicti ad sinum catholicæ Ecclesiæ venire cupientes — ob gravia, quæ validitati Baptismatis apud eos collati obstant, dubia, sub conditione baptizentur. (Conc. Prov. Strig. 1858. Tit. III 2 de Bapt. 3.)

5 Deinde Parochus attendat, utrum neoconversus sit hæreticus mere materialis, i. e. in hæresi natus et educatus, an a fide catholica apostata, seu hæreticus formalis; et pro diversitate casuum ritum observabit. Hæreticus in hæresi natus post receptam „Confirmationem" præsumitur formalis.

I RITUS
PRO RECIPIENDO HÆRETICO MATERIALI

1 Die definita, quæ, si fieri potest, Dominica vel festiva sit, et hora competenti populo prænuntiata, neoconversus cereum accensum manu tenens accedit cum duobus testibus in ecclesiam, ibique e regione Altaris genuflectit. Tum accensis in Altari duobus saltem cereis, Sacerdos, de regula Parochus revertentis proprius, superpelliceo et stola violacei coloris indutus sequentibus, vel similibus verbis alloquitur neoconversum:

Allocutio ad neoconversum hæreticum

Slavice:

Drahá dušo kresťanská! nezapomínaj na tento deň, v ktorý ťa Cirkev svätá našla a ku sebe láskave privinula. Sedel (-a) si v tieni smrti, lebo si nemal (-a) svetla pravej viery. Nebolo možné, aby Boh zaľubenie mal v tebe. Daleko si bol (-a) od Ježiša preto, že vzdialený (-á) si bol (-a) od jeho panenskej nevesty, od svätej Cirkvi. Boh nebol tvojím otcom, lebo Cirkev nebola tvojou matkou. Jej modlitby a sviatosti neposilňovaly ťa v ceste tvojej, hladný (-á) a smädný (-á) si putoval (-a) po tomto slzavom údolí. Stál (-a) si mimo korábu spasenia a preto nebezpečie hrozilo tvojím nádejám.

Ale Ježiš Kristus, ktorého milosrdenstvo prevyšuje množstvo piesku morského, otvoril oči tvoje, milosť jeho vniknula do srdca tvojho a priviedla ťa späť k Jeho Neveste. A táto láskavá matka, pohnutá nekonečnou láskou Ježišovou, prijíma ťa do svojho lona. Podáva ti skvostné rúcho, zdobí prst tvoj prsteňom vernosti, pripravuje ti nebeskú hostinu a len toľko žiada, aby si ju verejne uznal (-a) za svoju matku.

Pristúp sem teda s dôverou, padni na kolená a vyznaj vieru. Uznaj svätú, rímsko-katolícku apoštolskú Cirkev za svoju matku s jej učením a ustanoveniami a ona s radosťou príjme ťa za syna (dcéru). Volaj so sv. Augustínom: „Milovať chcem Pána Boha svojho, milovať jeho Cirkev; Jeho ako otca, ju ako matku svoju; Jeho ako Pána, ju ako dievku jeho, lebo sme dietky Jeho služobnice.“ (S. Aug. serm. 2 in Ps. 88 n. 14.)

Drahá dušo kresťanská! ži odo dneška tak, aby tvoj život hodný bol obcovať so svätými, aby nebe a zem videly tvoje dobré skutky a chválily Otca, ktorý je v nebesiach.

Ďakujeme Tebe, láskavý Spasiteľu, ktorý starostlive vyhľadávaš svoje stratené ovce, lebo pre tie si prišiel, ktoré sa stratily. Zapáľ svoje slnce v tieni smrti, aby bol jedon ovčinec, ako je i len jedon pastier. Amen.

Germanice:

Teure christliche Seele! Vergesse nie den Tag, an welchem dich die heilige Kirche gefunden und in ihren Schoß gnädig aufgenommen hat.

Du saßest im Schatten des Todes, denn das Licht des Glaubens war nicht mit dir, ohne welches es unmöglich ist, Gott zu gefallen. Du warst von Jesus getrennt, indem du dich von seiner Braut, der Kirche, getrennt hast. Gott war nicht dein Vater, denn die Kirche war nicht deine Mutter. Vom gemeinschaftlichen Gebete und von der Teilnahme an den Sakramenten ausgeschlossen, bist du hungernd und durstend umhergeirrt in diesem Tale der Tränen.

Aber Gott, dessen Barmherzigkeit zahlreicher ist als der Sand am Meeresstrande, hat deine Augen geöffnet, ist in dein Herz hinabgestiegen und hat dich zu seiner Braut zurückgeführt. Und diese gnadenreiche Mutter, beseelt von der Liebe Jesu, nimmt dich in ihren Schoß auf; sie reicht dir das schönste Freudenkleid, steckt dir den Ring der Treue an den Finger, bereitet dir ein geistiges Freudenmahl, doch mußt du sie zuerst öffentlich als deine Mutter bekennen. Trete daher mit Vertrauen vor und bekenne kniefällig den Glauben. Bekenne die eine, heilige, katholische und apostolische Kirche samt ihrer Lehre und ihren Einrichtungen als deine Mutter, und sie wird dich an Sohnes Statt annehmen. Sage mit dem heiligen Augustinus: „Ich will Gott, meinen Vater und Herrn, lieben, ich will auch seine Kirche lieben; ihn als Vater, die Kirche als Mutter; ihn als Herrn, sie als seine Magd; denn wir sind ja Kinder seiner Magd." (S. August. serm. 2 in Ps. 88 n. 14.)

Liebe christliche Seele, möge dein Leben von nun an der Gemeinschaft der Heiligen würdig werden, damit die Welt deine guten Werke sehe und Gott preise, der im Himmel ist.

Wir aber loben den Herrn, der da seine Schafe sorgfältig aufsucht; ist er ja doch gekommen zu suchen, was verlorengegangen war. Möge er sein Licht leuchten lassen im Schatten des Todes, damit eine Herde werden möge, so wie es nur einen Hirten gibt. Amen.

Hungarice:

Kedves Keresztény Hivő! sohase felejtsd el ezt a napot, melyen az anyaszentegyház reád akadt és szeretettel keblére ölel.

A halál árnyékában ültél. mert nem volt veled az igaz hit világossága. Lehetetlen volt Isten előtt kedvesnek lenned. Távol állottál Jézustől, mert távol állottál szűzi jegyesétől, az anyaszentegyháztól. Isten nem volt atyád, mert egyháza nem volt anyád. Imái s szentségei nem kisértek lépten-nyomon, étlen-szomjan vándoroltál a siralom völgyében. Az üdvösség bárkáján kivül állottál s azért reményeidet veszedelem fenyegette.

De Jézus Krisztus, kinek irgalma meghaladja a tenger fövenyét, megnyitotta szemedet, kegyelme szivedbe szállt és elvezetett az Ő Jegyeséhez. Ez a jó anya pedig fölbuzdul Jézus végtelen szeretetén és fölvesz kebelébe. Előhozza a fényes köntöst, a hűség gyürüjét ujjadra huzza, isteni lakomát rendez és csak azt kivánja, hogy nyiltan anyádnak valljad.

Jöjj tehát bizalommal s tégy térdenállva hitvallást. Ismerd el a római katholikus apostoli anyaszentegyházat tanításaival és intézményeivel együtt anyádnak és ő örömmel fiának fogad téged. Mondjad sz. Ágostonnal: „Szeretni akarom Uramat-Istenemet, szeretni az Ő Egyházát; Őt mint atyámat, ezt mint anyámat; Őt mint Uramat, ezt mint az ő szolgálóját, mert az ő szolgálójának gyermekei vagyunk.“ (S. August. serm. 2 in Ps. 88 n. 14.)

Kedves Keresztény Hívő! legyen életed mától fogva a szentek társaságához méltó, hogy ég és föld lássa jó cselekedeteidet és dicsérje az Atyát, ki mennyekben van.

Hálát adunk neked, édes Üdvözítőnk, ki gonddal keresed juhaidat, mert azokért jöttél, kik elvesztek. Keltsd föl napodat a halál árnyékában, hogy egy akol legyen, amint egy a pásztor is. Amen.

2 Finita allocutione, Sacerdos una cum ministris in infimo Altaris gradu genuflectens, inchoat sequentem hymnum, quem alternis canent vel recitabunt astantes:

Veni, Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísita,
Imple supérna grátia,
Quæ tu creásti péctora.

Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dígitus Patérnæ déxteræ.
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus:
Ductóre sic te prævio
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium:
Teque utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Hymno expleto, surgit Sacerdos et dicit vel cantat:

℣. Emitte Spiritum tuum, et creabúntur.
℟. Et renovábis fáciem terræ.

Orémus. Oratio

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

3 Deinde proselytus ad pedes Sacerdotis, cooperto capite sedentis, genua submittens legit, vel si legere nescit, prælegente Sacerdote, repetit professionem fidei a Pio IV et Pio IX editam, et quidem lingua latina, si eandem calleat, secus lingua vernacula, sub qua professione testes manu dextera humeros ejus tangunt.

4 Edita professione profert formulam juramenti ibidem contentam, tangens manu dextera Evangelii S. Joannis cap. 1, deinde osculatur librum.

5 **Professio orthodoxæ fidei**

juxta formam a Summis Pontif. Pio IV et Pio IX præscriptam

Ego N. firma fide credo et profíteor ómnia et síngula, quæ continéntur in Sýmbolo fídei, quo sancta Romána Ecclésia útitur, vidélicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium, et invisibílium. Et in unum Dóminum Jesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salútem descéndit de cælis. Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María Vírgine: Et homo factus est. Crucifíxus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus, et sepúltus est. Et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascéndit in cælum: sedet ad déxteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória judicáre vivos et mórtuos: cujus regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procédit. Qui cum Patre et Fílio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per Prophétas. Et unam sanctam cathólicam et apostólicam Ecclésiam. Confíteor unum baptísma in remissiónem peccatórum. Et exspécto resurrectiónem mortuórum. Et vitam ventúri sæculi. Amen.

Apostólicas et Ecclesiásticas traditiónes reliquásque ejúsdem Ecclésiæ observatiónes et constitutiónes firmíssime admítto et ampléctor. Item sacram Scriptúram juxta eum sensum, quem ténuit et tenet sancta mater Ecclésia, cujus est judicáre de vero sensu et interpretatióne sacrárum Scripturárum, admítto, nec eam umquam, nisi juxta unánimem consénsum Patrum, accípiam et interpretábor.

Profíteor quoque septem esse vere et próprie Sacraménta novæ Legis a Jesu Christo, Dómino nostro, institúta atque ad salútem humáni géneris, licet non ómnia síngulis, necessária, scílicet Baptísmum, Confirmatiónem, Eucharístiam, Pœniténtiam, Extrémam Unctiónem, Ordinem et Matrimónium, íllaque grátiam conférre; et ex his Baptísmum, Confirmatiónem et Ordinem sine sacrilégio reiterári non posse. Recéptos quoque et approbátos Ecclésiæ Cathólicæ ritus in supradictórum ómnium Sacramentórum solémni administratióne recípio et admítto. Omnia et síngula, quæ de peccáto originali et de justificatióne in sacrosáncta Tridentína sýnodo definíta et declaráta fuérunt, ampléctor et recípio. Profíteor páriter in Missa offérri Deo verum, próprium et propitiatórium Sacrifícium pro vivis et defúnctis, atque in sanctíssimo Eucharístiæ Sacraménto esse vere, reáliter et substantiáliter Corpus et Sánguinem una cum ánima et Divinitáte Dómini nostri Jesu Christi, fieríque conversiónem totíus substántiæ panis in Corpus, et totíus substántiæ vini in Sánguinem, quam conversiónem Cathólica Ecclésia transsubstantiatiónem appéllat. Fáteor étiam sub áltera tantum spécie totum atque íntegrum Christum verúmque Sacraméntum sumi. Constánter téneo Purgatórium esse animásque ibi deténtas fidélium suffrágiis juvári. Simíliter et Sanctos una cum Christo regnántes venerándos atque invocándos esse eósque oratiónes Deo pro nobis offérre, atque eórum relíquias esse venerándas. Fírmiter ássero imágines Christi ac Deíparæ semper Vírginis necnon aliórum Sanctórum habéndas et retinéndas esse atque eis débitum honórem ac veneratiónem impertiéndam. Indulgentiárum étiam potestátem a Christo in Ecclésia relíctam fuísse illarúmque usum Christiáno pópulo máxime salutárem esse affírmo. Sanctam, Cathólicam et Apostólicam Románam Ecclésiam, ómnium ecclesiárum matrem et magístram agnósco, Romanóque Pontífici beáti Petri Apostolórum Príncipis successóri ac Jesu Christi Vicário veram obœdiéntiam spóndeo ac juro.

Cétera item ómnia a sacris canónibus et œcuménicis concíliis, ac præcípue a sacrosáncta Tridentína sýnodo et ab

œcuménico concílio Vaticáno trádita, definíta ac declaráta, præsértim de Románi Pontíficis primátu et infallíbili magistério, indubitánter recípio atque profíteor; simúlque contrária ómnia, atque hæreses quascúmque ab Ecclésia damnátas et rejéctas et anathematizátas ego páriter damno, rejício et anathematízo. Hanc veram cathólicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsénti sponte profíteor et veráciter téneo, eándem íntegram et inviolátam usque ad extrémum vitæ spíritum constantíssime, Deo adjuvánte, retinére et confitéri, atque a meis súbditis, seu illis, quorum cura ad me in múnere meo spectábit, tenéri et docéri et prædicári, quantum in me erit, curatúrum, ego idem N. spóndeo, vóveo et juro. Sic me Deus ádjuvet, et hæc sancta Dei Evangélia.

Slavice:

Ja N. N. pevne verím a vyznávam všetko spolu a každé jednotlivé, čo sa obsahuje vo vyznaní viery, ktoré svätá rímsko-katolícka Cirkev drží, menovite: Verím v jednoho Boha, Otca všemožúceho, Stvoriteľa neba i zeme, všetkých viditeľných a neviditeľných vecí. A v jednoho Pána Ježiša Krista, Syna Božieho jednorodeného. A z Otca narodeného pred všetkými veky. Boha z Boha, svetlo zo svetla, Boha pravého z Boha pravého, splodeného nie učineného, spolupodstatného s Otcom, skrze ktorého všetky veci učinené boly. Ktorý pre nás ľudí a pre naše spasenie sostúpil s nebies, a vtelený bol od Ducha svätého z Marie Panny a človekom sa stal. Ukrižovaný tiež pre nás pod Pontským Pilátom, trpel a pochovaný je, a tretieho dňa vstal z mrtvých podľa Písem, a vstúpil na nebesia, sedí na pravici Boha Otca, a zase príde so slávou súdiť živých a mrtvých, ktorého kráľovstvu nebude konca. Verím i v Ducha svätého, Pána a obživovateľa, ktorý z Otca a Syna pochádza, ktorý s Otcom a Synom spolu zvelebovaný a slávený je, ktorý hovoril skrze prorokov. Verím v jednu, svätú, katolícku a apoštolskú Cirkev. Vyznávam jedon krst na odpustenie hriechov, a očakávam vzkriesenie zomrelých a život budúceho veku. Amen.

Apoštolské a cirkevné ústne podanie a ostatné poriadky a ustanovenia tejže Cirkve tiež prijímam a pevne uznávam. Podobne svätého Písmo podľa toho smyslu, ktorý držala a drží Cirkev, matka svätá, ktorej prislúcha súdiť o pravom smysle a výklade Písma svätého, prijímam, a ani ho inak, jako vedľa

jednomyseľného učenia svätých Otcov brať a vykladať nebudem. Vyznávam tiež, že pravých a skutočných sviatostí Nového Zákona je sedem, od Krista Pána ustanovených ku spaseniu ľudského pokolenia, ačpráve nie všetkých jednomu každému potrebných, a síce: krst, birmovanie, sviatosť oltárna, pokánie, posledné pomazanie, posvätenie kňazstva a stav manželský; že milosť Božiu prinášajú, z ktorých tri: krst, birmovanie a posvätenie kňazstva sa bez svätokrádeže opakovať nemôžu. Zachovalé a potvrdené obrady Cirkve katolíckej pri slávnom vysluhovaní týchto sviatostí tiež prijímam a pripúšťam.

Všetko to, čo na svätosvätom sneme tridentskom o dedičnom hriechu a o ospravedlnení určené a vyhlásené bolo, pripúšťam a prijímam.

Vyznávam tiež, že pri omši svätej sa Bohu obetuje pravá, skutočná a milostivá obeta za živých a mrtvých, a že v prevelebnej sviatosti oltárnej je prítomné pravé, skutočné a podstatné telo a krv spolu i s dušou a božstvom Pána nášho Ježiša Krista, a že sa stáva premena celej podstaty chleba v telo, celej podstaty vína ale v krv, ktorú premenu katolícka Cirkev prepodstatnením menuje. Vyznávam tiež, že i pod jedným spôsobom sa celý Kristus úplne, a opravdivá sviatosť prijíma.

Pevne verím, že je očistec, a že nachodiacim sa v ňom dušiam modlitby veriacich pomáhaju. Podobne vyznávam, že Svätých s Kristom panujúcich máme ctiť a o pomoc vzývať, že oni za nás u Boha orodujú, a že ích sv. pozostatky (relikvie) ctiť máme.

Pevne tvrdím, že obrazy Krista Pána a Rodičky Božej, blahoslavenej Panny Marie a iných Svätých zadržať a zachovávať máme a že sa ím prislušná česť a úcta preukazovať má.

Vyznávam, že Cirkev obdržala od Krista aj moc odpustky udeľovať, a že tieto sú veriacim k spaseniu veľmi prospešné.

Svätú, katolícku a apoštolskú rimskú Cirkev uznávam za matku a učiteľku všetkých cirkví. Rimskému pápežovi, nástupcovi svätého Petra, kniezaťa apoštolov a námestníkovi Ježiša Krista pravú poslušnosť sľubujem a prísahám.

Taktiež i všetko to, čo sväté cirkevné zákony a všeobecné snemy, zvlášte svätosvätý snem tridentský a všeobecný snem vatikanský zvlášte o prednosti rímského pápeža a jeho neomylnom učení, učily, určily a vyhlásily bez pochybovania

prijímam a vyznávam; a spolu všetko tomuto protivné, a ktorékoľvek bludy, Cirkvou odsúdené, zavrhnuté a zatratené já tiež odsudzujem, zavrhujem a zatracujem.*) Túto istú opravdivú katolícku vieru, bez ktorej nikto spasený byť nemôže, a ktorú včul dobrovoľne vyznávam a opravdive držím, neporušenú a nepoškvrnenú chcem s pomocou Božou až do posledného okamženia života svojho stále zachovať a vyznávať, a svojím podriadeným, alebo tým, ktorých správa ku mne prináležať bude, podľa svojej najväčšej možnosti vykladať, prednášať a ích v nej udržovať. Tak pripovedám, sľubujem a prísahám. Tak mi Boh pomáhaj i toto sväté Evanjelium Božie.

Germanice:

Ich N. N. glaube und bekenne mit festem Glauben alles und jedes, was in dem Glaubensbekenntnisse, dessen sich die heilige römische Kirche bedient, enthalten ist, nämlich:

Ich glaube an einen Gott, den allmächtigen Vater, den Schöpfer des Himmels und der Erde, aller sichtbaren und unsichtbaren Dinge. Und an einen Herrn Jesus Christus, den eingebornen Sohn Gottes, der aus dem Vater geboren ist von Ewigkeit, Gott von Gott, Licht vom Lichte, wahrer Gott vom wahren Gott, geboren, nicht erschaffen, einer Wesenheit mit dem Vater, durch den alles gemacht ist. Der für uns Menschen und um unseres Heiles willen vom Himmel herabgestiegen ist und durch den Heiligen Geist aus Maria der Jungfrau Fleisch angenommen hat und Mensch geworden ist; der auch für uns gekreuzigt wurde, unter Pontius Pilatus gelitten hat und begraben worden ist; der wieder auferstanden ist am dritten Tage gemäß der Schrift; der aufgefahren ist in den Himmel, sitzet zur Rechten des Vaters, und wiederkommen wird mit Herrlichkeit, zu richten die Lebendigen und die Toten; dessen Reich kein Ende haben wird. Ich glaube auch an den Heiligen Geist, den Herrn und Lebendigmacher, der vom Vater und vom Sohne ausgeht, der mit dem Vater und dem Sohne zugleich angebetet und verherrlicht wird, der durch die Propheten geredet hat. Ich glaube an die eine, heilige, katholische und apostolische Kirche. Ich bekenne eine Taufe zur Vergebung der Sünden und erwarte die Auferstehung der Toten und das zukünftige ewige Leben. Amen.

*) Nunc aperitur Missale, ubi occurrit Evangelium S. Joannis In principio erat Verbum, et ponitur in sinu Sacerdotis. Conversus nunc duos extensos, in juramento usitatos digitos libro imponit et legere pergit.

Die apostolischen und kirchlichen Überlieferungen samt den übrigen Gebräuchen und Satzungen dieser Kirche nehme ich an und umfasse ich festiglich.

Ebenso nehme ich an die Heilige Schrift in dem Sinne, den festgehalten hat und festhält die heilige Mutter, die Kirche, welcher es zusteht, zu urteilen über den wahren Sinn und die wahre Auslegung der Heiligen Schrift. Niemals will ich dieselbe anders als nach der einhelligen Übereinstimmung der Väter annehmen und auslegen.

Ich bekenne auch, daß es sieben wahre und eigentliche Sakramente des Neuen Bundes gibt, von Jesus Christus, unserm Herrn, eingesetzt, und zum Heile des Menschengeschlechtes notwendig, obwohl nicht einem jeden Menschen alle notwendig sind, nämlich die Taufe, die Firmung, das Sakrament des Altars, die Buße, die Letzte Ölung, die Priesterweihe und die Ehe; und daß dieselben Gnade erteilen und von diesen die Taufe, die Firmung und die Priesterweihe ohne Gottesraub nicht wiederholt werden können.

Auch die Gebräuche, welche die katholische Kirche bei feierlicher Spendung aller obengenannten Sakramente eingeführt und gutgeheißen hat, nehme ich an und billige ich.

Alles und jedes, was über die Erbsünde und die Rechtfertigung auf der heiligen Kirchenversammlung zu Trient entschieden und erklärt worden ist, halte ich für wahr und nehme ich an.

Ich bekenne gleichfalls, daß in der Messe Gott ein wahres, eigentliches und versöhnendes Opfer für die Lebendigen und die Abgestorbenen dargebracht wird; und daß in dem heiligsten Sakramente des Altars wahrhaft, wirklich und wesentlich der Leib und das Blut unseres Herrn Jesus Christus samt seiner Seele und Gottheit zugegen ist, und daß die ganze Wesenheit des Brotes in den Leib, und die ganze Wesenheit des Weines in das Blut verwandelt wird, welche Verwandlung die katholische Kirche Transsubstantiation (Wesensumwandlung) nennt. Ich bekenne auch, daß unter jeder einzelnen der beiden Gestalten Christus ganz und ungeteilt und das wahre Sakrament empfangen wird.

Standhaft halte ich fest, daß es einen Reinigungsort gibt und daß den darin zurückgehaltenen Seelen durch die Fürbitte der Gläubigen geholfen wird.

Auf gleiche Weise glaube ich, daß die Heiligen, welche mit Christus regieren, zu verehren und anzurufen sind, und daß sie

Gott ihr Gebet für uns darbringen und daß ihre Reliquien zu verehren sind.

Ich behaupte unerschütterlich, daß man die Bilder Christi und der allzeit jungfräulichen Gottesgebärerin, wie auch der andern Heiligen haben und behalten dürfe und ihnen die schuldige Ehre und Verehrung erweisen solle.

Auch bekenne ich, daß Christus die Gewalt, Ablässe zu erteilen, in der Kirche hinterlassen hat und daß deren Gebrauch dem christlichen Volke überaus heilsam ist.

Die heilige, katholische und apostolische römische Kirche erkenne ich an als die Mutter und Lehrmeisterin aller Kirchen, und dem römischen Papste, als dem Nachfolger des heiligen Apostelfürsten Petrus und dem Statthalter Jesu Christi, gelobe und schwöre ich wahren Gehorsam.

Ebenso nehme ich unbezweifelt an und bekenne alles übrige, was durch die heiligen Kirchensatzungen und von den allgemeinen Kirchenversammlungen und insbesondere von dem heiligen Kirchenrate von Trient und von der allgemeinen Vatikanischen Kirchenversammlung überliefert, entschieden und erklärt worden ist, namentlich über den Primat und das unfehlbare Lehramt des römischen Papstes, und zugleich verurteile, verwerfe und verdamme ich auch alles, was diesem entgegen ist, sowie alle Irrlehren, die von der Kirche verurteilt, verworfen und verdammt worden sind.

*) Diesen wahren katholischen Glauben, ohne welchen niemand selig werden kann, welchen ich gegenwärtig aus freiem Antrieb bekenne und aufrichtig festhalte, will ich auch ganz und unverletzt bis zum letzten Hauche meines Lebens mit Gottes Hilfe aufs standhafteste bewahren und bekennen; und ich werde, soviel an mir liegt, mich bemühen, daß er auch von meinen Untergebenen oder denjenigen, deren Sorge mir in meinem Amte obliegen wird, festgehalten, gelehrt und verkündigt werde.

Dieses verspreche, gelobe und schwöre ich. So wahr mir Gott helfe und das heilige Evangelium Gottes.

*) Nunc aperitur Missale, ubi occurrit Evangelium S. Joannis In principio erat Verbum, et ponitur in sinu Sacerdotis. Conversus nunc duos extensos, in juramento usitatos digitos libro imponit et legere pergit.

Hungarice:

Én N. N. erős hittel hiszem és vallom egyenkint és összesen mindazt, a mit a római anyaszentegyháztól elfogadott hitvallás magában foglal, tudniillik; Hiszek egy Istenben, mindenható Atyában, mennynek és földnek, minden látható és láthatatlan lénynek Teremtőjében. És az egy Ur Jézus Krisztusban, Isten egyszülött Fiában, a ki az Atyától minden idő előtt született mint Isten Istentől, világosság világosságtól, igaz Isten igaz Istentől; a ki született és nem alkottatott; a ki az Atyával egylényegű és a ki által minden lett, a ki miérettünk emberekért s a mi üdvösségünkért mennyekből alászállott és a Szentlélektől Szűz Máriának méhében testet vett magára és emberré lett; a ki Poncius Pilátus alatt miérettünk megfeszíttetett, szenvedett s eltemettetett; a ki harmadnapra az Irás szerint föltámadott; és a ki fölment a mennyekbe, ül az Atyának jobbján és ismét el fog jönni dicsőséggel itélni eleveneket és holtakat s országának nem leszen vége. És az elevenítő Szentlélek Uristenben, ki az Atyától és Fiútól származik, kit az Atyával s Fiúval együtt imádunk és dicsőítünk, ki a próféták által szólt. Hiszem az egy, szent, katholikus apostoli anyaszentegyházat. Vallom az egy keresztséget bűneink bocsánatára. És várom a halottak föltámadását s a jövendő örök életet. Amen.

Az apostoli és egyházi hagyományokat, valamint ugyanennek az anyaszentegyháznak egyéb szokásait és rendeleteit helyeseknek tartom és szilárdul elfogadom. A Szentírást is azon értelemben veszem, melyben vette és veszi az anyaszentegyház, melyet illet a Szentírás igazi értelme és magyarázata fölött itélni; nem is akarom másképen érteni és magyarázni mint a szentatyák egybehangzó értelmezése szerint. Azt is vallom, hogy az ujszövetségnek valóban és tulajdonképen hét szentsége van, melyeket a mi Urunk Jézus Krisztus rendelt és a melyek, ha egyenkint nem is szükségesek mindenkinek, általában az emberi nem üdvösségére mégis szükségesek: t. i. a keresztség, a bérmálás, az oltáriszentség, a penitenciatartás, az utolsó kenet, az egyházi rend és a házasság. Hiszem hogy ezek kegyelmet közölnek és hogy a keresztséget, bérmálást és egyházi rendet szentségtörés nélkül ismételni nem lehet.

A katholikus anyaszentegyháznak az elsorolt szentségek ünnepies kiszolgáltatásánál bevett és jóváhagyott szertartásait is helyeslem és elfogadom. Azt is, a mit a tridenti szent zsinat az áteredő bűnről s a megigazulásról határozott s kijelentett, egészében s részleteiben helyeslem és elfogadom.

Vallom egyszersmind azt is, hogy a sz. misében igaz, valóságos és engesztelő áldozat mutattatik be Istennek az élőkért és a holtakért, s hogy a legméltóságosabb Oltáriszentségben a mi Urunk Jézus Krisztusnak teste és vére lelkével, istenségével és emberségevel együtt igazán, valóságosan és lényegesen jelen van, hogy a kenyérnek egész lényege testté, a bornak egész lényege vérré változik, mely átváltozást a katholikus anyaszentegyház átlényegülésnek nevez. Azt is vallom, hogy csupán az egyik szin alatt is osztatlanul az egész Krisztus és valóságos szentség vétetik.

Állhatatosan bizonyosnak tartom, hogy van tisztítóhely és az ott levö lelkeken a hívek könyörgései segitenek. Hasonlóképen hiszem hogy a Krisztussal együtt uralkodó szenteket méltó tisztelni és segítségül hivni; hogy ők könyörögnek érettünk Istennél; hogy az ő ereklyéiket tisztelet illeti.

A leghatározottabban állítom, hogy Krisztusnak és a mindenkoron Szűz Istenanyának, valamint egyéb szenteknek képeit méltó és üdvös kegyelettel örizni, iránt kellő tiszteletet és becsülést nyilvánítani. Erősítem, hogy Krisztus az anyaszentegyháznak hatalmat adott búcsúk engedélyezésére s ezeknek használata a keresztény népnek igen üdvös.

A katholikus és apostoli római anyaszentegyházat minden egyház anyjának és tanítójának ismerem el és a római pápának, sz. Péter apostolfejedelem utódjának s Jézus Krisztus helytartójának esküvéssel igérek igaz engedelmességet.

Ugyszintén kételkedés nélkül elfogadom és vallom mindazt, a mit a szent törvények és az egyetemes, főképen a tridenti és vatikáni szent zsinatok tanitottak, határoztak és kijelentettek, kivált a római pápa főségéről és tévedéstől mentes tanítóhivataláról; egyben pedig a mi ezekkel ellenkezik és bárminemü eretnekséget, melyet az anyaszentegyház elitélt, elvetett és kárhoztatott, azt én is elitélem, elvetem és kárhoztatom.*) Hogy ezt az igaz katholikus hitet, mely nélkül senkisem üdvözülhet s a melyet most önként vallok és igazán tartok: sértetlenül és tisztán akarom Isten segítségével éltem utolsó lehelletéig állhatatosan megőrizni s vallani, és hogy alattvalóimmal, vagyis a kiknek gondozása hivatalom szerint engem illet, a mennyire tőlem függ, meg fogom tartatni, taníttatni és hirdettetni: azt igérem, fogadom és esküvel erősitem. Isten engem úgy segitsen és Istennek ezen szent evangeliuma.

*) Nunc aperitur Missale, ubi occurrit Evangelium S. Joannis In princípio erat Verbum, et ponitur in sinu Sacerdotis. Conversus nunc duos extensos, in juramento usitatos digitos libro imponit et legere pergit.

Formula abbreviata Professionis fidei

Slavice:

Ja N. N. pevne verím, a vyznávam, všetko spolu a každé osobitne, čo sa obsahuje vo vyznaní viery, ktoré svätá Cirkev rímska užíva. Tak tiež i všetko iné, čo je svätými, cirkevnými predpismi, a všeobecnými cirkevnými snemami, a zvlášte svätosvätým Tridentským a Vatikánskym snemom vydané, určené a vyhlásené, nepochybne prijímam a vyznávam. Všetky tým odporné učenia ale, jako aj cirkvou svätou odsúdené, zavrhnuté a zatracené jakékoľvek kacírstva i ja tiež odsudzujem, zavrhujem a zatracujem. A že túto pravú katolícku vieru, bez ktorej žiaden spasený byť nemože, a ktorú teraz dobrovoľne vyznávam, a pravdive držím, s pomocou božou stále až do ostatnieho dýchnutia svojho, úplne a neporušene mienim zachovať, a vyznávať: toto ja N. N. sľubujem a prísahou potvrdzujem. Nech mi tak Pán Boh pomáha, i toto jeho sväté evanjelium!

Germanice:

Ich N. N. glaube mit festem Glauben und bekenne alles und jedes, was in dem Glaubensbekenntnisse, dessen sich die heilige römische Kirche bedient, enthalten ist. Ebenso nehme ich unbezweifelt an und bekenne alles übrige, was durch die heiligen Kirchensatzungen und von den allgemeinen Kirchenversammlungen und vorzüglich, was von dem hochheiligen Kirchenrate von Trient und von der allgemeinen Kirchenversammlung vom Vatikan entschieden und erklärt worden ist. Zugleich verwerfe und verdamme ich ebenfalls alles Entgegengesetzte und alle von der Kirche verworfenen und verdammten Irrlehren. Und daß ich diesen wahren katholischen Glauben, außer welchem niemand selig werden kann, den ich jetzt freiwillig bekenne und wahrhaft festhalte, daß ich eben denselben auch vollständig und unverletzt, bis zum letzten Hauche meines Lebens bewahren und bekennen werde: das verspreche, gelobe und schwöre ich, derselbe N. N. so wahr mir Gott helfe, und diese heiligen Evangelien Gottes.

Hungarice:

Én N. N. erős hittel hiszem és vallom, összeséggel és egyenként mindazt, mi a római anyaszentegyház által bevett hitvallásban foglaltatik. Éppen úgy kételkedés nélkül elfogadom és vallom mind a többit is, mi az egyház szent végzései

s közönséges gyülekezetei, főleg a trienti és a vatikáni szent gyülekezetek által megalapittatott, elhatároztatott és megmagyaráztatott. Egyszersmind pedig minden ezekkel ellenkezőt, és az anyaszentegyház által elvetett és kárhoztatott bárminemü eretnekségeket én is hasonlóképen elvetek és kárhoztatok. És hogy ezen igaz katholikus hitet, melyen kivül senki sem üdvözülhet, melyről jelenleg szabad elhatározásomból vallást teszek, és melyet valósággal tartok, hogy ugyanezt tisztán és sértetlenül, életem végső leheletéig, Isten segítségével a legállandóbban meg fogom tartani és vallani, ugyanén N. N. igérem, fogadom és eskümmel erősitem. Isten engem úgy segéljen és Istennek e szent Evangéliuma.

6 Tum Sacerdos genuflexus dicit Ps. 50 Miserére, pag. 105, cum Glória Patri in fine.

Deinde surgit et operto capite dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster secreto usque ad
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvum (-am) fac servum tuum (ancillam tuam), Dómine.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo (ea).
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimici.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. (In plurali pro pluribus) Oratio

Deus, cui próprium est miseréri semper, et párcere: súscipe deprecatiónem nostram, ut hunc fámulum tuum, quem (hanc fámulam tuam, quam) excommunicatiónis sententia constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

7 Si continuo sequatur Missa, in qua proselytus sacram Eucharistiam suscepturus sit, Sacerdos audiat ejus confessionem, illumque sacramentaliter absolvat. Tum induat ornamenta ad Missam celebrandam. In fine Missæ dicitur Hymnus: Te Deum, ut infra pag. 125.

II RITUS
PRO RECIPIENDO HÆRETICO FORMALI

1 Si neoconversus fuerit hæreticus formalis, seu si ipse a fide catholica defecit, vel in hæresi natus in eadem etiam post agnitam veritatem aliquo tempore pertinaciter perseveravit, tunc perfecta institutione petat Curatus ab Ordinario facultatem absolvendi ab hæresi vel schismate in foro externo; subin vero omnia observet, quæ apud hæreticum materialem, sed allocutio propter condicionem neoconversi in aliquibus mutanda erit sequentem in modum:

Allocutio ad conversum apostatam

Slavice:

Drahý brate! (drahá sestro!) nikdy nezabudni na deň tento, v ktorom ťa Cirkev sv., jako blúdiace dieťa, zase našla a do svojho materinského lona nazpäť priviedla. Ty si zanechal (a) dom otcovský ako ten marnotratný syn a odídúc do ďalekej krajiny si premárnil (a) statky svoje. Zapovrhnuv svetlo viery, bez ktorej nemožno sa ľúbiť Bohu, sedel (a) si vo tme bludu a v tieni smrti. Odtrhol (a) si sa od Ježiša, lebo si sa odtrhol (a) od jeho nevesty, Cirkve. Zbavený (á) spoločných modlitieb a svätých sviatostí, hladný a smädný si sa potuloval po tomto slzavom údolí.

Však ale Boh, ktorého milosrdenstvo prevyšuje množstvo piesku morského, smiloval sa nad tebou, pohnul srdce tvoje a priviedol ťa nazpäť ku Neveste svojej. A táto dobrotivá matka oduševnená láskou k Ježišovi, prijíma ťa do lona svojho, podáva ti rúcho skvostné a prsteň vernosti, pripravuje ti hody duchovné, ale ty ju musíš prv verejne vyznať, tak jako si ju predtým zapovrhol.

Pristúp teda s dôverou, kľakni na kolená a skladaj vyznanie viery. Vyznaj teda jednu, svätú, katolícku a apoštolskú Cirkev i s jej učením a ustanovizňami jako matku svoju a ona ťa prijme za syna svojho (dcéru svoju). Hovor so svätým otcom Augustinom: „Ja chcem Boha Otca a Pána mojho milovať, a chcem milovať aj Cirkev jeho; Boha ako otca, Cirkev ako matku; Boha ako Pána, ju ako dievku jeho; lebo my sme dietky jeho dievky.“ (S. August. serm. 2. in Ps. 88 n. 14.)

Drahá dušo kresťanská! ži napozatým tak, aby život tvoj hodný bol obcovania svätých, aby ľudia videli tvoje dobré skutky a chválili Otca, ktorý je v nebesiach.

My ale zvelebujme Boha, že starostlive shľadáva ovce Izraelské, veď preto prišiel na svet, aby vyhľadával, čo bolo stratené. Prosme dobrého pastiera Ježiša, aby žiarou milostí svojích osvietil všetkých, ktorí sedia vo tmách a tieni smrti, aby — ako hovoril — bol jedon ovčinec a jedon pastier. Amen.

Germanice:

Teure christliche Seele! Vergesse nie diesen Tag, an welchem dich die heilige Kirche nach langem Suchen endlich gefunden und in ihren Schoß gnädig aufgenommen hat.

Du hast, dem verlornen Sohne gleich, dein Vaterhaus verlassen, bist in die Fremde gezogen und hast dort dein teures Erbteil verschwendet. Du hast das Licht des Glaubens ausgelöscht, ohne welches es unmöglich ist, Gott zu gefallen, und begabst dich in des Irrtums finstere Nacht, in den Schatten des Todes. Du bist abgefallen von der Kirche, der keuschen Braut des Heilandes, und hast dir vorgespiegelt, daß du den Heiland selbst nicht verlassen hast, trotz der Worte des heiligen Cyprian, daß man Gott zum Vater nicht haben kann, wenn man die Kirche zur Mutter nicht hat. Du hast die Gebete und die Sakramente der Kirche verschmäht, bist ihrer Gnaden verlustig geworden und irrtest elend herum in diesem Tale der Tränen.

Aber Gott, dessen Barmherzigkeit zahlreicher ist, als der Sand am Meeresstrande, hat sich deiner erbarmt, hat deine Augen geöffnet, ist in dein Herz hinabgestiegen und hat dich heute zu seiner Braut zurückgeführt. Und diese gnadenreiche Mutter, angeregt durch die Liebe Christi, nimmt dich in ihren Schoß zurück, reicht dir das Freudenkleid, steckt den Ring der Treue an deinen Finger, bereitet dir ein geistiges Freudenmahl und wünscht nur das, daß du sie öffentlich bekennest, die du einst öffentlich verachtet hast.

Komme darum mit Vertrauen hierher, beuge deine Knie und lege ein öffentliches Glaubensbekenntnis ab. Bekenne die eine, heilige, katholische und apostolische Kirche samt ihrer Lehre und ihren Einrichtungen als deine Mutter, und sie wird dich als ihren Sohn annehmen. Sage mit dem heiligen Augustin: „Ich will Gott, meinen Vater und Herrn, lieben; ich will auch seine Kirche lieben; Ihn als Vater, die Kirche als Mutter; Ihn als

Herrn, sie als seine Magd; denn wir sind ja Kinder seiner Magd." (S. August. serm. 2 in Ps. 88 n. 14.)

Liebe christliche Seele! möge dein Leben von nun an der Gemeinschaft der Heiligen würdig werden, damit die Welt deine guten Werke sehe und Gott preise, der im Himmel ist.

Wir aber loben den Herrn, der da die Schafe Israels sorgfältig aufsucht; ist er ja doch gekommen, zu retten, was verlorengegangen war. Möge er sein Licht leuchten lassen im Schatten des Todes, damit eine Herde werden möge, so wie es nur einen Hirten gibt. Amen.

Hungarice:

Kedves Keresztény Hívő! sohase felejtsd el ezt a napot, melyen az anyaszentegyház hosszú keresés után ujra reád akadt és szeretettel keblére ölel.

Elhagytad mint a tékozló fiú atyád házát, messze földre mentél és elpazaroltad drága örökségedet. Eloltottad az igaz hit világosságát, mely nélkül lehetetlen volt Istennek tetszened, és a tévedés sötétségében, a halál árnyékában ültél. Elszakadtál az anyaszentegyháztól, Jézusnak szűzi jegyesétől s elhitetted magaddal, hogy nem szakadtál el Jézustól. Pedig sz. Cipriántól tudnod kellett volna, hogy nem lehet Isten atyád, ha egyháza nem anyád. Megvetetted az anyaszentegyház imáit és szentségeit: nem volt tehát részed bőséges malasztjában, hanem étlenszomjan vándoroltál tovább a siralom völgyében.

De Jézus Krisztus, kinek irgalma meghaladja a tenger fövényét, megnyitotta szemedet, kegyelme szivedbe szállt és ma visszavezetett az Ő Jegyeséhez. Ez a jó anya pedig fölbuzdul Jézus végtelen szeretetén és újra fölvesz kebelébe. Előhozza a fényes köntöst, a hűség gyűrűjét ujjadra huzza, isteni lakomát rendez és csak azt kívánja, hogy nyiltan valljad meg őt, kit nyiltan megvetettél.

Jöjj tehát bizalommal s tégy térdenállva hitvallást. Ismerd el ujra a római katholikus apostoli anyaszentegyházat tanitásával és intézményeivel együtt anyádnak és ő örömmel fiának fogad majd téged. Mondjad sz. Agostonnal: „Szeretni akarom Uramat-Istenemet, szeretni az ő Egyházát: Őt mint atyámat, ezt mint anyámat: Őt mint Uramat, ezt mint az ő szolgálóját, mert az ő szolgálójának gyermekei vagyunk." (S. August. serm. 2 in Ps. 88 n. 14.)

Kedves Keresztény Hívő! legyen életed mától fogva a szentek társaságához méltó, hogy ég és föld lássa jócselekedeteidet és dicsérje Atyádat, ki mennyekben van.

Hálát adunk neked, édes Üdvözítőnk, ki gonddal keresed Izrael juhait, mert azokért jöttél, kik elvesztek. Keltsd föl napodat a halál árnyékában, hogy egy akol legyen, a mint egy a pásztor is. Amen.

2 Finita allocutione persolvuntur omnia ad normam in ritu pro recipiendo hæretico materiali præscriptam, sed Oratione Deus, cui próprium est, etc. finita, sedet Sacerdos ad pœnitentem conversus et capite cooperto eum ab hæresi absolvit sequenti forma:

Dóminus Jesus Christus te absólvat et ego auctoritáte ipsíus et Sanctíssimi Dómini nostri Papæ mihi commíssa, absólvo te a vínculo excommunicatiónis, quam incurrísti per hæresim proféssam, admítto te in grémium sanctæ Matris Ecclésiæ et in sacramentórum ejus participatiónem, et restítuo te communióni et unitáti fidélium et sanctis Sacraméntis Ecclésiæ in nómine Patris, et Fílii ✠, et Spíritus Sancti. Amen.

3 Dein dicitur

Hymnus Ss. Ambrosii et Augustini

Te Deum laudámus: * te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi Cæli, et univérsæ Potestátes:

Tibi Chérubim et Séraphim * incessábili voce proclámant:

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus * Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra * majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolórum chorus,

Te Prophetárum * laudábilis número,

Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * sancta confitétur Ecclésia,

Patrem * imménsæ majestátis;

Venerándum tuum verum * et únicum Fílium;

Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Christe.

Tu Patris * sempitérnus es Fílius.

Tu, ad liberándum suscepturus hóminem, * non horruísti Vírginis úterum.

Tu, devícto mortis acúleo, * aperuísti credéntibus regna cælórum.

Tu ad déxteram Dei sedes, * in glória Patris.

Judex créderis * esse ventúrus.

Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni, * quos pretióso sánguine redemísti.

Ætérna fac cum Sanctis tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * et bénedic hereditáti tuæ.

Et rege eos, * et extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies * benedícimus te;

Et laudámus nomen tuum in sæculum, * et in sæculum sæculi.

Dignáre, Dómine, die isto * sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine, * miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, * quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi: * non confúndar in ætérnum.

Finito Hymno dicitur:

℣. **Dóminus vobíscum.**

℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio

Da, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus, ut Spíritu Sancto congregáta, hostíli nullátenus incursióne turbétur. Omnípotens, sempitérne Deus, qui salvas omnes et néminem vis perire, réspice ad ánimas diabólica fraude decéptas, ut omni hærética pravitáte depósita, errántium corda resipíscant, et ad veritátis tuæ rédeant unitátem. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

4 Quando acatholicus in articulo vel periculo mortis constitutus ad fidem Catholicam redire voluerit, Sacerdos facultates necessarias præsumens, prius procurabit, ut infirmus voluntatem suam, saltem coram duobus testibus, qui protocollum de voluntate ab infirmo declarata, conficiendum subscribere tenentur, expresse declaret. Dein professionem fidei, saltem quoad ea, quæ catholicus necessitate medii et præcepti credere tenetur, juxta formulam breviorem, aut si status infirmi ne id quidem admitteret, brevibus et synopticis verbis, excipiat, e. g. ad hunc modum:

Slavice:

Ja N. N. pevne verím a vyznávam, čo svätá rímska katolícka cirkev verí a vyznáva, a čo jej učitelsky úrad vyznáva a vyučuje, a vsetko, čo sa tomu protiví zavrhujem a zatracujem. Tak nech mi Pán Boh pomáha, i toto jeho svätè Evanjelium.

Germanice:

Ich N. N. glaube mit festem Glauben und bekenne alles, was die römisch-katholische Kirche glaubt und bekennt und das unfehlbare Lehramt der Kirche uns zu glauben vorstellt, und alle gegenteiligen Lehren verwerfe und verdamme ich. So wahr mir Gott helfe, und diese heiligen Evangelien.

Hungarice:

Én N. N. erős hittel hiszem és vallom mindazt, amit a római katholikus anyaszentegyház hisz és vall, és amit annak tanitóhivatala vall és tanit, és mindazt, ami azzal ellenkezik, elvetem és kárhoztatom. Isten engem úgy segéljen, és Istennek e szent Evangéliuma.

Deinde statim ejusdem confessionem audiat, eumque in foro interno tam a censura, quam a peccatis forma communi absolvat, et viaticum atque extremam unctionem illi administret. Postremo casum hunc protocollo conversorum inserat, et extractum, cum omnibus casus circumstantiis, ad Officium Diœcesanum referat.

5 Si quis Hebræus aut Mahomedanus aut gentilis ad Ecclesiam catholicam recipi desiderat, præter strictissime observanda ea, quæ in generali rubrica et Ordine Baptismi Adultorum continentur, ejus desiderium ad Ordinarium deferatur, et accepta hinc facultate Baptismus eidem absolute conferendus erit servatis omnibus, quæ in Rituali de Baptismo Adultorum assignantur, et nulla subsequetur Professio fidei, aut Confessio, quia omnia abluit Sacramentum regenerationis, sacraque Synaxis baptisato sub Missa præbebitur.

CAPUT 5

RITUS ABSOLVENDI EXCOMMUNICATUM JAM MORTUUM

1 Si quis excommunicatus ex hac vita decedens dederit signum contritionis, ne ecclesiastica careat sepultura, sed Ecclesiæ suffragiis, quatenus fieri potest, adjuvetur, absolvi potest hoc modo.

2 Si corpus nondum sepultum fuerit, verberetur, et absolvatur, ut infra; deinde absolutum, in loco sacro sepeliatur.

3 Si vero fuerit sepultum in loco profano, si commode fieri poterit, exhumabitur, et eodem modo verberabitur, et post absolutionem in loco sacro sepelietur; sed si commode exhumari non potest, locus sepulturæ verberetur, postea absolvatur.

4 Quod si in loco sacro sit sepultum, non exhumabitur, sed verberabitur sepulcrum.

Dum autem corpus sive sepulturam verberat, Sacerdos dicit Antiphonam:

Exsultábunt Dómino ossa humiliáta.

Ps. 50 **Miserére,** pag. 105.

Quo facto, absolvitur, dicendo:

Auctoritáte mihi concéssa, ego te absólvo a vínculo excommunicatiónis, quam incurrísti (vel incurrísse declarátus [-a] es) propter tale factum, et restítuo te communióni fidélium, in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

5 Deinde dicatur:

Psalmus 129

De profúndis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine: * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

℣. **Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.**
℟. **Et lux perpétua lúceat ei.**
Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster secreto usque ad
℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**
℟. **Sed líbera nos a malo.**
℣. **A porta ínferi.**
℟. **Erue, Dómine, ánimam ejus.**
℣. **Requiéscat in pace.**
℟. **Amen.**
℣. **Dómine, exáudi oratiónem meam.**
℟. **Et clamor meus ad te véniat.**
℣. **Dóminus vobíscum.**
℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio

Da, quæsumus, Dómine, ánimæ fámuli tui, quem (fámulæ tuæ, quam) excommunicatiónis sententia constrínxerat, refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et supérni lúminis claritátem. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

CAPUT 6

DE MODO ABSOLVENDI A SUSPENSIONE VEL AB INTERDICTO

EXTRA VEL INTRA SACRAMENTALEM CONFESSIONEM ET DISPENSANDI SUPER IRREGULARITATE

1 Si Sacerdoti sit commissa facultas absolvendi aliquem a suspensione, vel interdicto, quamvis nulla verba sint præcipue determinata, uti poterit hac formula:

Pœnitens dicit:

Confíteor Deo omnipoténti, etc.

Sacerdos:

Misereátur tui, etc., Indulgéntiam, etc.

Auctoritáte mihi ab N. trádita, ego absólvo te a vínculo suspensiónis (vel interdicti), quam (vel quod) propter tale factum (vel talem causam, etc.) incurrísti (seu incurrísse declarátus [-a] es), in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

2 Si vero Confessario, sive in foro sacramentali sive extra, data sit potestas dispensandi super irregularitate, tunc, postquam absolverit a peccatis, addat consequenter:

Et eádem auctoritáte dispénso tecum super irregularitáte (irregularitátibus, si sint plures) in quam (in quas) ob talem causam (tales causas, eas exprimendo) incurrísti: et hábilem reddo, et restítuo te exsecutióni Ordinum, et officiórum tuórum, in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

3 Si nullum habeat Ordinem, dicatur:

Hábilem reddo te ad omnes Ordines suscipiéndos, vel etiam ad alia, juxta tenorem mandati.

4 Quod si necesse sit titulum beneficii restituere, et fructus male perceptos condonare, subjungat:

Et restítuo tibi títulum (títulos) Benefícii (Beneficiórum), et condóno tibi fructus male percéptos, in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

5 Advertat autem Sacerdos, ne ullo modo in iis facultatis suæ terminos excedat.

CAPUT 7

MODUS EXSEQUENDI DISPENSATIONEM

CIRCA IMPEDIMENTA MATRIMONII OCCULTA IN FORO CONSCIENTIÆ

Quamvis quoad talem exsecutionem nulla determinata verba sint præscripta in Rituali Romano, visum est tamen, hic, pro majori Confessariorum securitate, aliquam ejusmodi dispensationis formulam indigitare.

Igitur, Sacerdos, qui a Sede Apostolica, vel ab Ordinario facultatem accepit dispensandi certum pœnitentem ab impedimento aliquo Matrimonium dirimente occulto, audita Confessione illius, et injuncta salutari pœnitentia, absolvat eundem primo quidem a censuris et a peccatis, forma communi, tum vero post verba: **Deínde, ego te absólvo a peccátis tuis,** ita pergat:

1 Quoad Matrimonium contrahendum:

Et insuper, auctoritáte Apostólica (vel Reverendíssimi Ordinárii N.) mihi speciáliter delegáta, dispénso tecum super impedimento (hic exprimatur illud impedimentum); ut, præfáto impedimento non jam obstánte, Matrimónium cum dicta muliere (vel dicto viro) públice, serváta forma juris contráhere, consummáre, ac in eo remanére licite possis ac váleas: in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, etc.

2 Quoad remanendum in Matrimonio jam contracto:

Et insuper, auctoritáte Apostólica (vel Reverendíssimi Ordinárii N.) mihi speciáliter delegáta, dispénso tecum super impedimento (hic exprimatur impedimentum); ut, illo jam non obstánte, renováto tamen consénsu cum

præfáta cónjuge, Matrimónium cum illa contráhere, consummáre, et in eo remanére licite váleas ac possis. Et, páriter eádem auctoritáte, prolem, si quam suscepísti, et suscéperis, legítimam decláro: in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, etc.

3 Quando amissum jus petendi debiti conjugalis restituendum est:

Et ínsuper, auctoritáte mihi speciáliter delegáta, restítuo tibi jus et exigéndi et reddéndi licite débitum conjugále: in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, etc.

4 In dispensandis votis dicat:

Et ínsuper, auctoritáte apostólica, mihi speciáliter delegáta, dispénso tecum super voto (e. gr. símplicis castitátis), ut eo non obstánte matrimónium contráhere (vel in matrimónio contrácto remánere), et illo uti possis. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, etc.

5 Matrimonium dispensando in radice sanans, dicere poterit:

Insuper ego potestáte a Summo Pontífice (vel a Reverendíssimo Episcopo) mihi speciáliter et exprésse demandáta, matrimónium a te cum putatíva tua cónjuge in consénsu adhuc permanénte núlliter contráctum, in radice ejus sano et consólido, prolémque suscéptam et suscipiéndam legítimam decláro. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, etc.

Melchisedech rex Salem
proferens panem . . Gen. 14.
Erit autem agnus absque
macula, masculus . . Ex. 12.

TITULUS V

CAPUT 1

DE SANCTISSIMO EUCHARISTIÆ SACRAMENTO

Omnibus quidem Ecclesiæ catholicæ Sacramentis religiose, sancteque tractandis, magna ac diligens cura adhibenda est: sed præcipue in administrando, ac suscipiendo sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quo nihil dignius, nihil sanctius et admirabilius habet Ecclesia Dei; cum in eo contineatur præcipuum et maximum Dei donum, et ipsemet omnis gratiæ et sanctitatis fons, auctorque Christus Dominus.

Circa administrationem Eucharistici Sacramenti S. Congregatio de disciplina Sacramentorum die 26 Martii 1929 sequentem promulgavit ad Revmos Ordinarios instructionem (Act. Ap. S. 1929 Vol. XXI Num. 14 pag. 631 et seq.):

In administratione Eucharistici Sacramenti non minor adhibenda sedulitas, ne consecratarum hostiarum fragmenta pereant, cum in qualibet ipsarum, integrum Christi corpus adsit. Itaque curandum maxime ne fragmenta ab hostiis facile separentur, decidantque in humum, ubi — horribile dictu! — sordibus permixta, pedibus proculcantur.

Ad hæc igitur præcavenda postulat necessitas, ut hostiæ apte etiam conficiantur, et quidem ab iis, qui non solum honestate præstent, sed etiam ipsis conficiendis sint experti, idoneisque instrumentis instructi. Hinc est quod quibusdam in locis cum munus parandi hostias, vinumque pro Sacramento conficiendi, laudabili consilio, religiosis utriusque sexus sodalibus commissum fuerit, res prospere cessit.

Quod autem in Missalis rubrica Sacerdoti altare petituro præcipitur, videlicet ut in apparando calice, fragmenta, si quæ hostiam circumstent, caute amoveat, id ipsum peragere expediens erit, antequam particulæ, quæ

communicandis Christi fidelibus inserviunt, collocentur; atque hunc in finem prudens erit easdem particulas non acervatim in pyxidem injicere, sed singulas in eadem apte disponere.

Quo facilius Sacerdos ex corporali fragmenta colligat, oportebit, ut hoc frustulis careat, quæ ex accensis super altare cereis excidere sæpe solent, cum, istis permixta, haud facile aliquando discriminari queant. Studendum itaque, ut idem corporale, sanctissimum Christi Corpus excepturum, candidum jugiter servetur, et quævis ab eo macula absit; itemque munda sint oportet sacræ mensæ mantilia, palla, atque linteolum, quod ad detergendum calicem adhibetur.

Ne autem fragmenta in humum decidant quoties Sacerdos Christi Corpus fidelibus præbet, sive ipsa directe, sive ex distenta mappa prolabantur, prudentissime dimidio fere præterito sæculo mos fuit inductus, parva utendi patina, ex metallo confecta, subter eorum mentum apponenda. Facilius siquidem ac tutius, quam super protensa mappa, eadem fragmenta in illa sistunt, faciliusque pariter a Sacerdote cerni colligique possunt. Et ipsa sacra Congregatio, tuendis præposita Ritibus Ecclesiæ, cum super hoc, die 16 Martii anni 1876 percontata fuisset, nullum contrarium emittens judicium, respondit: „non esse interloquendum", unde idem mos pluribus in regionibus vigere cœpit, et late se diffudit.

Alia causa dispergendis Eucharistici Sacramenti fragmentis, facile haberi potest, cum peculiari aliqua in circumstantia, sive ex Apostolicæ Sedis indulto, sive facta locorum Ordinariis facultate ex jure id permittendi, sub dio Missa celebratur, flantibus interdum ventis. Ad præcavendam fragmentorum dispersionem, curandum erit, quod altare, ubi Missa erit litanda, tribus e lateribus, tabulis tegatur; vel tentorium adsit super altare obductum, et ad tria ejus latera descendens in formam ædiculæ, quo ipsum altare a ventis protegatur, vel alia ratione id fiat, consentanea cum reverentia tanto mysterio debita.

2 Parochus igitur summum studium in eo ponat, ut cum ipse venerabile hoc Sacramentum, qua decet reverentia, debitoque cultu tractet, custodiat, et administret; tum etiam populus sibi commissus religiose colat, sancte frequenterque suscipiat, præsertim in majoribus anni solemnitatibus.

3 Ideo populum sæpius admonebit, qua præparatione, et quanta animi religione ac pietate, et humili etiam corporis habitu ad tam divinum Sacramentum debeat accedere: ut, præmissa sacramentali confessione, omnes saltem a media nocte jejuni, et utroque genu flexo Sacramentum humiliter adorent, ac reverenter suscipiant, viri, quantum fieri potest, a mulieribus separati.

4 Moneantur præterea communicantes, ut, sumpto Sacramento, non statim ab ecclesia discedant, aut colloquantur, nec statim vagis oculis circumspiciant, aut exspuant, neque de libro statim orationes recitent, ne Sacramenti species de ore decidant: sed, qua par est devotione, aliquantisper in oratione permaneant, gratias agentes Deo de tam singulari beneficio, atque etiam de sanctissima passione dominica, in cujus memoriam hoc mysterium celebratur et sumitur.

5 Curare porro debet, ut particulæ consecratæ, eo numero qui infirmorum et aliorum fidelium communioni satis esse possit, perpetuo conserventur in pyxide ex solida decentique materia, eaque munda, et suo operculo bene clausa, cooperta albo velo serico, et, quantum res feret, ornato in tabernaculo inamovibili in media parte altaris posito et clave obserato.

6 Hoc autem tabernaculum conopæo decenter opertum, atque ab omni alia re vacuum, in Altari majori vel in alio, quod venerationi et cultui tanti Sacramenti commodius ac decentius videatur, sit collocatum; ita ut nullum aliis sacris functionibus, aut ecclesiasticis officiis impedimentum afferatur. Coram eo una saltem lampas diu noctuque continenter luceat, nutrienda oleo olivarum vel cera apum; ubi vero oleum olivarum haberi nequeat, Ordinarii loci prudentiæ permittitur ut aliis oleis commutetur, quantum fieri potest, vegetabilibus; curabitque Parochus, ut omnia ad ipsius Sacramenti cultum ordinata, integra, mundaque sint, et conserventur.

7 Sanctissimæ Eucharistiæ particulas frequenter renovabit. Hostiæ vero seu particulæ consecrandæ sint recentes; et ubi eas consecraverit, veteres primo distribuat, vel sumat.

8 Fideles omnes ad sacram communionem admittendi sunt, exceptis iis, qui justa ratione prohibentur. Arcendi autem sunt publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti, manifestoque infames, nisi de eorum pœnitentia et emendatione constet, et publico scandalo prius satisfecerint.

9 Occultos vero peccatores, si occulte petant et eos non emendatos agnoverit, minister repellat; non autem, si publice petant et sine scandalo ipsos præterire nequeat.

10 Amentibus præterea, seu phreneticis communicare non licet; licebit tamen, si quando habeant lucida intervalla, et devotionem ostendant, dum in eo statu manent, si nullum indignitatis periculum adsit.

Damnatis ad mortem pœnitentibus debet dari Eucharistia; sed id fiat ordinarie ante diem supplicii, quoad fieri potest, ut viaticum, quodsi necessitas urgeat, etiam non jejunis.

11 Pueris, qui propter ætatis imbecillitatem nondum hujus Sacramenti cognitionem et gustum habent, Eucharistia ne ministretur.

12 Minister ordinarius sacræ communionis est solus Sacerdos.

Extraordinarius est Diaconus, de Ordinarii loci vel Parochi licentia, gravi de causa concedenda, quæ in casu necessitatis legitime præsumitur.

13 Quilibet Sacerdos intra Missam et, si privatim celebrat, etiam proxime ante et statim post, sacram communionem ministrare potest, salvo præscripto rubricæ n. 18.

Etiam extra Missam quilibet Sacerdos eadem facultate pollet ex licentia saltem præsumpta Rectoris ecclesiæ, si sit extraneus.

14 Sacerdos sacram communionem distribuat azymo pane vel fermentato, secundum proprium ritum.

Ubi vero necessitas urgeat nec Sacerdos diversi ritus adsit, licet Sacerdoti orientali, qui fermentato utitur, ministrare Eucharistiam in azymo, vicissim latino aut orientali qui utitur azymo, ministrare in fermentato; at suum quisque ritum ministrandi servare debet.

15 Omnibus fidelibus cujusvis ritus datur facultas ut, pietatis causa, sacramentum Eucharisticum quolibet ritu confectum suscipiant.

Suadendum tamen ut suo quisque ritu fideles præcepto communionis paschalis satisfaciant.

Sanctum Viaticum moribundis ritu proprio accipiendum est; sed, urgente necessitate, fas esto quolibet ritu illud accipere.

16 Omnibus diebus licet sanctissimam Eucharistiam distribuere.

Feria tamen VI Majoris Hebdomadæ solum licet sacrum Viaticum ad infirmos deferre.

In Sabbato sancto sacra communio nequit fidelibus ministrari nisi inter Missarum solemnia vel continuo ac statim ab iis expletis.

Sacra communio iis tantum horis distribuatur, quibus Missæ sacrificium offerri potest, nisi aliud rationabilis causa suadeat.

Sacrum tamen Viaticum quacumque diei aut noctis hora ministrari potest.

17 Sacerdoti celebranti non licet Eucharistiam intra Missam distribuere fidelibus adeo distantibus ut ipse altare e conspectu amittat.

18 Sacra communio distribui potest ubicumque Missam celebrare licet, etiam in oratorio privato, nisi loci Ordinarius, justis de causis, in casibus particularibus id prohibuerit.

CAPUT 2

ORDO ADMINISTRANDI SACRAM COMMUNIONEM

1 Sacerdos igitur sanctissimam Eucharistiam extra Missam ministraturus, hostiis seu particulis pro populi multitudine consecratis, vasculoque uno vel pluribus, decenti et commodo loco, expositis, cum vino et aqua ad purificationem eorum, qui communionem sumpserint, et ante eos linteo mundo extenso, lotis prius manibus, et superpelliceo indutus, ac desuper stola coloris semper albi vel Officio illius diei convenientis (mutato tamen colore nigro in violaceum die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum), præcedente Clerico, seu alio ministro, procedit ad Altare manibus junctis vel bursam cum corporali ante pectus deferens, et, accensis cereis, facta prius genuflexione in plano, tabernaculum aperit, genuflectit, extrahit pyxidem, et illam super corporale depositam discooperit. Minister genibus flexis nomine populi ad cornu Epistolæ facit confessionem generalem, dicens: Confíteor Deo omnipoténti, etc.

2 Tum Sacerdos iterum genuflectit, et, manibus junctis ante pectus, vertit se ad populum (advertens ne terga vertat Sacramento), et in cornu Evangelii dicit:

Misereátur vestri omnípotens Deus, et dimissis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Et addit:

Indulgéntiam, absolutiónem, ✠ et remissiónem peccatórum vestrórum tribuat vobis omnípotens, et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Dicens: Indulgéntiam, etc., manu dextera in formam crucis signat communicandos.

3 Deinde ad Altare se convertit, genuflectit, manu sinistra pyxidem prehendit; dextera vero sumit unam particulam, quam inter pollicem et indicem tenet aliquantulum elevatam super pyxidem: conversusque ad populum in medio Altaris dicit clara voce:

Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccáta mundi. Mox subdit: **Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea;** quod iterum, ac tertio repetit: qua formula etiam utendum est, cum feminæ communio administratur.

4 Postea ad communicandum accedit, incipiens ab iis qui sunt ad partem Epistolæ; sed primo, si Sacerdotibus, vel aliis ex Clero danda sit communio, iis ad gradus Altaris genuflexis præbeatur, vel, si commode fieri possit, intra sepimentum Altaris sint a laicis distincti. Sacerdotes vero et Diaconi communicantes utantur stola coloris albi vel ejusdem coloris ac Sacerdos qui ministrat.

5 Sacerdos unicuique porrigens Sacramentum, et faciens cum eo signum crucis super pyxidem, simul dicit:

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

6 Ubi vero omnes communicaverint, Sacerdos, reversus ad Altare, pyxidem super corporale deponit, genuflectit, ac deinde dicit:

O sacrum convívium, in quo Christus súmitur, recólitur memória passiónis ejus, mens implétur grátia, et futúræ glóriæ nobis pignus datur. Tempore Paschali et per Octavam Corporis Christi additur: **Allelúja.**

℣. **Panem de cælo præstitísti eis.** Tempore Paschali et per Octavam Corporis Christi additur: **Allelúja.**

Minister respondet:

Omne delectaméntum in se habéntem. Tempore Paschali et per Octavam Corporis Christi additur: **Allelúja.**

7 Mox Sacerdos dicit:

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue, quæsumus; ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Tempore Paschali dicitur Oratio:

Spíritum nobis, Dómine, tuæ caritátis infúnde: ut, quos Sacraméntis paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem. ℟. Amen.

8 Interim, antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut, si aliquod fragmentum digitis adhæserit, illud in pyxidem deponat, et subinde in vase cum aqua parato eosdem digitos, quibus tetigit Sacramentum, abluat, et abstergat purificatorio: aqua vero ablutionis suo tempore mittatur in sacrarium, vel, si hoc desit, in ignem. Postea reponit pyxidem in tabernaculo, genuflectit, et ipsius tabernaculi ostiolum clave obserat.

9 Deinde, elevatis oculis, extendens, elevans et jungens manus caputque Cruci inclinans dicit:

Benedíctio Dei omnipoténtis, et versus ad populum semel tantum benedicens prosequitur Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. ℟. Amen.

Et ita iis, qui communicarunt, benedicit Sacerdos tam extra Missam, quam proxime ante vel statim post ipsam.

10 Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono sacram communionem ministrante. Episcopus autem, post sacram communionem distributam extra Missam, benedicit more solito, dicens Sit nomen Dómini benedíctum, etc., et ter signum crucis facit.

11 Intra Missam autem communio populi statim post communionem Sacerdotis celebrantis fieri debet (nisi quandoque ex rationabili causa pro-

xime ante aut statim post Missam privatam sit facienda), cum Orationes, quæ in Missa post communionem dicuntur, non solum ad Sacerdotem, sed etiam ad alios communicantes spectent.

12 Itaque, si qui sunt communicandi intra Missam, Sacerdos, sumpto sacratissimo Sanguine, antequam se purificet, facta genuflexione, ponat particulas consecratas in pyxide, vel, si pauci sint communicandi, super patenam, nisi a principio positæ fuerint in pyxide seu alio calice. Interim minister ante eos extendit linteum seu velum album, et pro eis facit confessionem, dicens **Confíteor Deo, etc.** Tum Sacerdos iterum genuflectit, et manibus junctis conversus ad populum in cornu Evangelii dicit: **Misereátur vestri, etc.**, et, eo quo supra dictum est modo, porrigit communicandis Eucharistiam, incipiens a ministris Altaris, si velint communicare. Finita communione, revertitur ad Altare, nihil dicens, neque dat eis benedictionem, quia illam dabit in fine Missæ. Deinde dicit secreto: **Quod ore súmpsimus, etc.**, ut in Missali, se purificat, et Missam absolvit.

13 Quod si contingat, proxime ante aut statim post Missam privatam, aliquos interdum communicare, tunc Sacerdos, planeta indutus, sacram communionem ministrabit eo modo quo fit extra Missam, ut supra dictum est; omissis tamen semper **Allelúja** et benedictione in fine, si paramenta nigri coloris adhibeantur.

CAPUT 5

DE COMMUNIONE PASCHALI

1 Curet Parochus, ut in Quadragesima per se, vel per alios contionatores populo opportune denuntientur canones 906 et 859, § 1, Codicis Juris Canonici, quibus declaratur:

Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis, idest ad rationis usum, pervenerit, tenetur omnia peccata sua saltem semel in anno fideliter confiteri, et debet semel in anno, saltem in Paschate, Eucharistiæ Sacramentum recipere, nisi forte de consilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum.

2 Paschalis communio fiat a Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis; sed locorum Ordinariis fas est, si ita personarum ac locorum adjuncta exigant, hoc tempus etiam pro omnibus suis fidelibus anticipare, non tamen ante quartam diem Dominicam Quadragesimæ, vel prorogare, non tamen ultra Festum sanctissimæ Trinitatis.

Suadendum fidelibus ut huic præcepto satisfaciant in sua quisque parœcia; et qui in aliena parœcia satisfecerint, curent proprium Parochum de adimpleto præcepto certiorem facere.

Præceptum paschalis communionis adhuc urget, si quis illud præscripto tempore, quavis de causa, non impleverit.

3 Obligatio præcepti communionis sumendæ, quæ impuberes gravat, in eos quoque ac præcipue recidit, qui ipsorum curam habere debent, idest in parentes, tutores, confessarium, institutores et Parochum.

4 Dabit quoque operam Parochus, quoad ejus fieri potest, ut in ipso die sanctissimo Paschæ fideles communicent; quo die ipse per se, nisi legitime impediatur, parœciæ suæ fidelibus hoc Sacramentum ministrabit. In ceteris vero servabit ea, quæ in libro de statu animarum, ut infra, præscribuntur.

5 Ægrotis quoque parœcialibus, etiamsi communionem extra præscriptos paschales dies sumpserint, in paschalibus diebus illam deferet, ac ministrabit.

CAPUT 4

DE PRIMA PUERORUM COMMUNIONE GENERALI

REGULÆ GENERALES

Pius PP. X decreto „Quam singulari" de die 8 Augusti 1910 sequentem normam quoad primam puerorum Communionem ubique servandam statuit:

1 „Ætas discretionis tum ad Confessionem, tum ad S. Communionem ea est, in qua puer incipit ratiocinari, hoc est circa septimum annum, sive supra, sive etiam infra. Ex hoc tempore incipit obligatio satisfaciendi utrique præcepto Confessionis et Communionis.

2 Ad primam Confessionem et ad primam Communionem necessaria non est plena et perfecta doctrinæ christianæ cognitio. Puer tamen postea dedebit integrum catechismum pro modo suæ intelligentiæ gradatim addiscere.

3 Cognitio religionis, quæ in puero requiritur, ut ipse ad primam Communionem convenienter se præpararet, ea est, qua ipse fidei mysteria necessaria necessitate medii pro suo captu percipiat, atque eucharisticum panem a communi et corporali distinguat, ut ea devotione, quam ipsius fert ætas, ad Ss. Eucharistiam accedat.

4 Obligatio præcepti Confessionis et Communionis, quæ puerum gravat, in eos præcipue recidit, qui ipsius curam habere debent, hoc est in parentes, in confessarium, in institutores et in parochum. Ad patrem vero, aut ad illos, qui vices ejus gerunt, et ad confessarium, secundum Catechismum Romanum, pertinet admittere puerum ad primam Communionem.

5 Semel aut pluries in anno curent parochi indicere atque habere Communionem generalem puerorum, ad eamque non modo novensiles admittere, sed etiam alios, qui parentum confessariive consensu, ut supra dictum est, jam antea primitus de altari Sancta libarunt. Pro utrisque dies aliquot instructionis et præparationis præmittantur.

6 Puerorum curam habentibus omni studio curandum est, ut post primam Communionem iidem pueri ad sacram mensam sæpius accedant, et, si fieri possit etiam quotidie, prout Jesus Christus et mater Ecclesia desiderant, utque id agant ea animi devotione, quam talis fert ætas. Meminerint præterea, quibus ea cura est, gravissimum, quo tenentur, officium providendi, ut publicis catechesis præceptionibus pueri ipsi interesse pergant, sin minus, eorundem religiosæ institutioni alio modo suppleant.

7 Consuetudo non admittendi ad Confessionem pueros, aut numquam eos absolvendi, quum ad usum rationis pervenerint, est omnino improbanda. Quare Ordinarii locorum, adhibitis etiam remediis juris, curabunt, ut penitus de medio tollatur.

8 Detestabilis omnino est abusus non ministrandi Viaticum et Extremam Unctionem pueris post usum rationis, eosque sepeliendi ritu parvulorum. In eos, qui ab hujusmodi more non recedunt, Ordinarii locorum severe animadvertant."

Sacrorum Antistites apud nos in nexu hujus decreti obligaverunt Sacerdotes curam animarum exercentes, ut sibi concreditas proles utriusque sexus, quæ ad usum rationis pervenerunt et in primis religionis principiis sufficienter edoctæ sunt, e tertia classe scholæ elementaris necessario admittant ad primam Sacramentalem Confessionem et simul ad primam Sacram Communionem.

Iidem Sacrorum Antistites una declararunt, non esse præfato Apostolicæ Sedis decreto contrarium, immo esse eidem valde consentaneum, si proles hæ sufficienter præparatæ jam e secunda classe scholæ elementaris admittantur ad hæc Sacramenta prima vice suscipienda, in quantum circumstantiæ locales id possibile reddunt.

ORDO PERAGENDI SOLEMNITATEM PRIMÆ COMMUNIONIS GENERALIS PUERORUM

1 Generalis prima Communio puerorum a Parochis quam solemnissime instituatur, ut et pueri discant, qua corporis ac animi præparatione reliquo vitæ tempore Mysterium hoc omnium sanctissimum adire oporteat, et parentes adultique omnes resuscitent in se primum fervorem in hujus augusti Sacramenti susceptione et veneratione. — In ordinanda hac solemnitate habeatur respectus ad teneram ætatem puerorum, ne fatigiis nimis exhauriantur, sicve desiderato effectu frustrentur.

2 Dominica præcedenti fideles invitentur ad hanc solemnitatem et doceantur de Indulgentiis occasione primæ Communionis concessis. Pius PP. X die 12 Julii 1905 sub suetis conditionibus concessit Indulgentias plenarias pueris ac puellis prima vice communicantibus, eorumque consanguineis ad tertium usque gradum inclusive, qui huic solemnitati interfuerint, si digne confessi sint atque communicaverint; ceteris vero Christi fidelibus eidem solemnitati astantibus Indulgentias 7 annorum totidemque quadragenarum.

3 Pueri suo tempore per Curatorem animarum debite instructi immediate ante diem S. Communionis post meridiem accedunt ad Sacramentum

Pœnitentiæ. Omnes simul in ecclesia congregati præorante ipso Sacerdote clara voce orant preces ante S. Confessionem; similiter peraguntur preces etiam post S. Confessionem.

4 Die constituto, præsertim Dominica in Albis, vel alia Dominica post Pascha, vel Festo, aut, si loci circumstantiæ id non permittant, alia die infra hebdomadam, pueri ac puellæ conveniant in loco decenti, v. gr. in schola. Inde simul omnes, ductore magistro scholæ, bini et binæ procedunt ad ecclesiam. Ubi vero mos est, ipse Sacerdos, indutus humerali, alba, stola et pluviali coloris diei, præcedentibus Cruce et vexillis ecclesiasticis, cum comitatu fidelium, procedit ad locum, ubi pueri convenerunt, et, campanis sonantibus, pueros processionaliter perducit ad ecclesiam. Præcedunt crucifer et portantes vexilla, dein sequuntur viri, post illos procedunt primocommunicantes, bini et binæ, primum pueri, dein puellæ, tenentes in manibus candelas non accensas, cum suis magistris, sequitur Sacerdos cum ministrantibus, post illum veniunt mulieres conductum claudentes. Sub processione cantantur hymni sacri vel clara voce dicuntur preces.

5 Cum perventum fuerit in ecclesiam, primocommunicantes collocantur ad altare, et quidem, si commode fieri possit, pueri ad latus epistolæ, puellæ vero ad latus Evangelii et incipit Missa, cui primocommunicantes devote intersunt. — Summopere desideratur, ut alius Sacerdos, dummodo haberi possit, totum solemnitatis ordinem curet, cantum populi dirigat et accomodatas preces cum primocommunicantibus clara voce absolvat. — Incepta per Celebrantem in Missa oratione „Pater noster", accenduntur, in quantum hoc absque periculo fieri potest, candelæ, quas primocommunicantes in manibus tenent, et accensæ manent usque finem Missæ. Si vero timeatur periculum, finita renovatione votorum baptismalium exstinguantur.

6 Post sumptionem Sanguinis Domini, posito calice super corporale versus cornu Evangelii et palla tecto, Celebrans stans aliquantulum in parte Evangelii versus populum, brevissimam dicit ad primocommunicantes allocutionem, renovat cum illis vota baptismalia et præorat, si hoc antea non sit factum, preces ante S. Communionem, pueris et puellis verba ejus ad semel in choro repetentibus; quod sequenti modo fieri potest:

Slavice:

Milé dietky! Šťastne dožily ste sa túžobne očakávaného dňa, keď po dlhších prípravách po prvý raz prijmete do srdca Pána Ježiša v prevelebnej Sviatosti oltárnej. Vo svätej hostii, ktorú teraz prijmete, zázračným spôsobom prítomný je sám božský Vykupiteľ náš, živý Ježiš Kristus, ako Boh a človek a dáva sa Vám za pokrm vašej duše. My kresťania to silne veríme, lebo to sám Ježiš Kristus učil a prikázal, aby sme zbožne prijímali prevelebnú Sviatosť oltárnu. Príkaz Krista Pána chcete teraz i vy, milé dietky, splniť, keď ste sa sem pred Pánov oltár po prvý raz dostavily ku sv. prijímaniu. Včera ste očistili vo sviatosti pokánia svoje

srdcia od škvŕn hriechu a dnes do čistej a zbožnej duše chcete prijať Pána Ježiša v prevelebnej Sviatosti oltárnej. Vzácny hosť zavíta do príbytku vášho srdca, máte ho čím najvrúcnejšou láskou prijať. — Keď vás doniesli ku sviatosti krstu, ústami vašich krstných rodičov sľubovali ste Pánu Bohu oddanosť a vernosť. Teraz už samy ste prišly pred Pána Ježiša, samy držíte horiacu sviecu, akú pri krste miesto vás držali vaši krstní rodičia. Teraz máte už samy svojimi ústami a zbožným srdcom tu pred Pánom Ježišom v prítomnosti vašich rodičov a všetkých veriacich sľubovať, čo ste pri krste prostredníctvom krstných rodičov sľubovali a preto pýtam sa vás:

Či sa odriekate satanáša?

R. Odriekame sa.

I všetkých skutkov jeho?

R. Odriekame sa.

I všetkej pýchy jeho?

R. Odriekame sa.

Či veríte v Boha, Otca všemožúceho, stvoriteľa neba i zeme?

R. Veríme.

Či veríte v Ježiša Krista, Syna jeho jediného, Pána nášho, narodeného a umučeného?

R. Veríme.

Či veríte v Ducha svätého, svätú cirkev všeobecnú, Svätých obcovanie, hriechov odpustenie, tela z mŕtvych vzkriesenie a život večný?

R. Veríme.

Či sľubujete, že Božie a cirkevné príkazy zachováte a svojej katolíckej viere až do smrti verné zostanete?

R. Sľubujeme.

Teraz pokľaknite a hovorte so mnou:

O môj Bože, — verím v Teba, — lebo si večná pravda. — O môj Bože, — dúfam v Teba, — lebo si nekonečné milosrdenstvo. — O môj Bože, — milujem ťa nado všetko, — lebo si najvyššia dobrota. — O láskavý Ježišu, — klaniam sa Ti — v tejto prevelebnej Sviatosti oltárnej, — a prosím Ťa pokorne, — príď už do môjho srdca, — lebo ja bez Teba — nemožem žiť. — O dobrý Ježišu, — Ty si ma — až do smrti miloval, — tak i ja chcem — len Teba milovať, — len Tebe slúžiť, — len Tvojim (ou) byť. — Pravda zhrešil (a) som, —

ale za to ľutujem — a každého hriechu chrániť sa budem. — Príď už o dobrý Ježišu — do môjho srdca — a prebývaj v ňom. Amen.

Pane, nie som hodný (á), — aby si vošiel pod moju strechu, — ale hovor len slovo — a bude uzdravená moja duša.

Germanice:

Liebe Kinder! Zu euerem großen Glücke habet ihr heute den mit Sehnsucht erwarteten Tag erlebt, da ihr nach längeren Vorbereitungen zum ersten Male empfanget in euer Herz den Herrn Jesus Christus im heiligsten Sakramente des Altars. In der heiligen Hostie, die ihr jetzt empfangen werdet, ist geheimnisvoll lebendig anwesend der göttliche Erlöser, Jesus Christus, als Gott und Mensch und bietet sich euch als Speise der Seele dar. Wir Christen glauben fest daran, weil es Jesus Christus selber gelehrt hat und befohlen hat, daß wir das heiligste Altarssakrament andächtig empfangen. Das Gebot des Herrn wollet auch ihr, liebe Kinder, jetzt erfüllen, indem ihr euch zum ersten Male hier um den Altar zur heiligen Kommunion versammelt habt. Gestern habt ihr in dem Sakramente der Buße euere Herzen von dem Makel der Sünde reingewaschen und heute wollet ihr den Herrn Jesus im heiligsten Sakramente des Altars in euere unschuldige und andächtige Seele aufnehmen. Ein teuerer Gast kehrt in die Wohnung eueres Herzens ein, ihr sollet Ihn mit heißester Liebe empfangen. Als die Paten euch zur heiligen Taufe in die Kirche brachten, habt ihr durch den Mund euerer Paten Gott, dem Herrn, Ergebenheit und Treue versprochen. Jetzt seid ihr selber zu dem Herrn Jesus herbei gekommen, ihr selber haltet die brennende Kerze, wie sie an euerer Statt bei der Taufe die Paten hielten, ihr selber sollt jetzt mit eigenem Munde hier am Altare vor dem Herrn Jesus in Anwesenheit euerer lieben Eltern und aller Gläubigen euer Taufversprechen erneuern. Deswegen frage ich euch:

Widersagt ihr dem Teufel?

℟. Wir widersagen.

Und allen seinen Werken?

℟. Wir widersagen.

Und aller seiner Hoffart?

℟. Wir widersagen.

Glaubt ihr an Gott, den allmächtigen Vater, Schöpfer Himmels und der Erde?

℟. Wir glauben.

Glaubt ihr an Jesus Christus, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden ist und gelitten hat?

R. Wir glauben.

Glaubt ihr an den Heiligen Geist, die heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?

R. Wir glauben.

Versprecht ihr, daß ihr die Gebote Gottes und der Kirche gewissenhaft beobachten und euerem katholischen Glauben bis zum Tode treu bleiben werdet?

R. Wir versprechen es.

Jetzt kniet ihr nieder und sagt mit mir:

Mein Gott, ich glaube an Dich, — weil Du die ewige Wahrheit bist. — Mein Gott, ich hoffe auf Dich, — weil Du — die unendliche Barmherzigkeit bist. — Mein Gott, ich liebe Dich über alles, — weil Du das allerhöchste Gut bist. — Mein lieber Jesus, — ich bete Dich an — in diesem heiligsten Sakramente des Altars — und ich bitte Dich, — kehre in mein Herz ein, — weil ich ohne Dich — nicht leben kann. — Gütigster Jesus, — Du hast mich — bis zum Tode geliebt, — so will auch ich — nur Dich lieben, — nur Dir dienen, — nur Dein bleiben. — Ich habe zwar gesündigt, — aber ich bereue alle meine Sünden, — und ich will nie mehr sündigen. — Komm lieber Jesus, — in mein Herz, — verbleibe darin auf ewig. Amen.

O Herr, ich bin nicht würdig, — daß Du eingehst unter mein Dach, — doch sprich nur ein Wort, so wird meine Seele gesund.

Hungarice:

Kedves gyermekek! Nagyon örültök, hogy elérkezett a várva-várt nap, midőn hosszabb elókészület után első izben vehetitek szivetekbe az Ur Jézust a legfölségesebb Oltáriszentségben. A legszentebb Ostyában, mely nemsokára szivetekbe száll, titokteljes módon jelen van maga az élő Jézus Krisztus, mint Isten és ember és nyujtja magát lelketek eledeléül. — Mi keresztények ezt erősen hiszszük, mert arra maga Jézus Kristus tanított és megparancsolta, hogy áhitattal magunkhoz vegyük a legméltóságosabb Oltáriszentséget. Krisztus Urunk parancsát ti is, kedves gyermekek, akarjátok teljesíteni, mikor első izben idejárultok az Ur oltára elé a szent áldozáshoz. Tegnap a penitenciatartás szentségében tisztára mostátok szíveteket a bűn szennyétől és ma tiszta és áhitatos lelketekbe akarjátok fogadni az Ur Jézust a legföl-

ségesebb Oltáriszentségben. Drága vendég száll be szívetek hajlékába, forró szeretettel kell őt fogadnotok. Mikor titeket keresztszüleitek elhoztak a templomba, hogy fe velgyétek a szent keresztséget, keresztszüleitek szavával fogadtátok az Ur Istennek odaadást és hűséget. Most magatok jöttetek az Ur Jézus elé, magatok tartjátok az égő gyertyát, milyet helyettetek keresztszüleitek tartottak a keresztségnél, most magatok saját nyelvetekkel itt az oltárnál az Ur Jézus előtt kedves szüleitek és az összes hivők jelenlétében ujítsátok meg keresztségi fogadalmaitokat s azért feleljetek kérdéseimre:

Ellene mondotok-e az ördögnek?

R. Ellene mondunk.

És minden cselekedeteinek?

R. Ellene mondunk.

És minden pompáinak?

R. Ellene mondunk.

Hisztek-e a mindenható Atya-Istenben, mennynek és földnek teremtőjében?

R. Hiszünk.

Hisztek-e a Jézus Krisztusban, Ő egy Fiában, mi Urunkban, ki e világra született és kínthalált szenvedett?

R. Hiszünk.

Hisztek-e a Szentlélekben, közönséges keresztény anyaszentegyházat, Szentek egyességét, bűnök bocsánatát, testnek föltámadását és az örök életet?

R. Hiszünk.

Fogadjátok-e, hogy Isten és az egyház parancsait lelkiismeretesen megtartjátok és a katolikus hithez mindhalálig hűek maradtok?

R. Fogadjuk.

Most térdeljetek le és mondjátok velem:

Hiszek tebenned, Istenem, — mert örök igazság vagy. — Reméllek tebenned, — mert végtelen irgalmasság vagy. — Szeretlek, Istenem, mindenek föllött, — mert legfőbb jóság vagy. — Drága Jézusom, — alázattal imádlak — e legfölségesebb Oltáriszentségben, — és szeretettel kérlek, — szálj be már szívembe, — mert nélküled nem élhetek. — Édes Jézusom, — te szerettél engem mindhalálig, — én is csak téged akarok szeretni, — csak neked szolgálni, — csak neked élni. — Igaz, hogy vétkeztem, — de szánom bűneimet, — soha többé nem akarok vétkezni. — Szálj be szívembe, — édes Jézusom, — s maradj velem mindörökké. Amen.

Uram, nem vagyok méltó, — hogy hajlékomba jöjj, — hanem csak szóval mondd és meggyógyul az én lelkem.

7 Post hæc Celebrans aperit tabernaculum, exponit Sanctissimum et distribuit S. Communionem ritu præscripto, uti alias. Interea a populo cantantur hymni in honorem Ss. Sacramenti.

8 Distributa S. Communione, Sanctissimoque reposito in tabernaculo, illico, aut si magis opportunum videatur, in fine Missæ Celebrans præorat gratiarum actionem, primocommunicantibus ejus verba clara voce repetentibus.

Slavice:

O sladký Ježišu, — pokorne Ti ďakujem-za tú veľkú milosť — že si ráčil prísť — v prevelebnej Sviatosti oltárnej — do môjho srdca. — Prebývaj v mojom srdci — až do mojej smrti, — neopusť ma nikdy — a pomáhaj mi — vo všetkých potrebách. — Dobrotivý Bože, — Tebe obetujem — svoju dušu, — svoje telo, — celý život svoj. — Požehnaj mňa, — mojich rodičov, — mojich príbuzných, — mojich predstavených, — buď nám všetkým na pomoci. — O Ježišu, Tebe žijem, — o Ježišu, Tebe umieram, — o Ježišu Tvoj (-a) chcem byť — i v živote i po smrti. Amen.

Germanice:

Mein lieber Jesus, — ich danke Dir vom Herzen für die große Gnade, — daß Du im hochheiligen Sakramente — in meine Seele gekommen bist. — Verbleibe in meinem Herzen — bis zu meinem Tode, — verlasse mich nie mehr — und stehe mir in jeder Not bei. — Mein gütigster Gott, — Dir opfere ich meine Seele, — meinen Leib, — mein ganzes Leben. — Segne mich, — meine Eltern, — meine Verwandten, — meine Vorgesetzten — und eile uns allen zu Hilfe. — Mein Jesus, Dir lebe ich, — mein Jesus, Dir sterbe ich, — mein Jesus, Dein will ich bleiben — im Leben — und nach dem Tode. Amen.

Hungarice:

Édes Jézusom, — szívemből hálát adok Neked — eme nagy kegyelmedért, — hogy a legfölségesebb Oltáriszentségben — lelkembe szállni méltóztattál. — Maradj szivemben holtomig, — ne hagyj el soha — és légy segítségemre minden szükségemben. — Jóságos Istenem, — neked ajánlom lelkemet, — testemet, — egész életemet. — Áldj meg engem, — szüleimet, — rokonaimat, — előljáróimat, — segélyezd kegyesen mindnyájunkat. — Jézusom, neked élek, — Jézusom, neked halok, — Jézusom, tied vagyok életemben — és halálom után. Amen.

9 Finito ultimo Evangelio, si tempus aliæque circumstantiæ permittant, Celebrans ab Altari brevissime admoneat primocommunicantes ad servanda

proposita, parentes ad pie educandas proles, ceterosque fideles ad suscitandum primum fervorem. Tandem clara voce oret cum omnibus præsentibus ad mentem Summi Pontificis pro lucrandis Indulgentiis.

10 Summopere commendatur usus dandi primocommunicantibus pro memoria primæ S. Communionis congruas sacras imagines.

CAPUT 5

DE COMMUNIONE INFIRMORUM

1 In periculo mortis, quavis ex causa procedat, fideles sacræ communionis recipiendæ præcepto tenentur.

Etiamsi eadem die sacra communione fuerint refecti, valde tamen suadendum, ut in vitæ discrimen adducti denuo communicent.

Perdurante mortis periculo, sanctum Viaticum, secundum prudens confessarii consilium, pluries, distinctis diebus, administrari et licet et decet.

2 Sanctum Viaticum infirmis ne nimium differatur; et qui animarum curam gerunt, sedulo advigilent ut eo infirmi plene sui compotes reficiantur.

Cavendum autem in primis est, ne ad indignos cum aliorum scandalo deferatur, nisi sese prius sacra confessione purgaverint, et publicæ offensioni, prout de jure, satisfecerint.

3 Hortetur Parochus infirmum, ut sacram communionem sumat, etiam si graviter non ægrotet, aut mortis periculum non immineat, maxime si Festi alicujus celebritas id suadeat, neque ipse illam ministrare recusabit.

4 Potest quidem Viaticum brevi morituris dari non jejunis; id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur, a quibus ob phrenesim, sive ob assiduam tussim, aliumve similem morbum, aliqua indecentia cum injuria tanti Sacramenti timeri potest. Ceteris autem infirmis, qui ob devotionem in ægritudine communicant, danda est Eucharistia ante omnem cibum et potum, non aliter ac ceteris fidelibus, quibus nec etiam per modum medicinæ ante aliquid sumere licet.

Infirmi tamen qui jam a mense decumbunt sine certa spe ut cito convalescant, de prudenti confessarii consilio sanctissimam Eucharistiam sumere possunt semel aut bis in hebdomada, etsi aliquam medicinam vel aliquid per modum potus antea sumpserint.

5 Sed alicui ad adorandum solum, vel, devotionis seu cujusvis rei prætextu, ad ostendendum ne deferatur.

6 Deferri autem debet hoc sanctum Sacramentum ab ecclesia ad privatas ægrotantium domos decenti habitu, superposito mundo velamine, publice atque honorifice, ante pectus cum reverentia et timore, semper lumine præcedente.

Privatim vero seu occulte ad infirmos sacra communio ne deferatur, nisi justa et rationabilis causa aliud suadeat.

7 Jus et officium sacram communionem publice ad infirmos etiam non parœcianos extra ecclesiam deferendi, pertinet ad Parochum intra suum territorium.

Ceteri Sacerdotes id possunt in casu tantum necessitatis aut de licentia saltem præsumpta ejusdem Parochi vel Ordinarii.

8 Communionem privatim ad infirmos quilibet Sacerdos deferre potest, de venia saltem præsumpta Sacerdotis, cui custodia sanctissimi Sacramenti commissa est.

Quando privatim sacra communio infirmis ministratur, reverentiæ ac decentiæ tanto Sacramento debitæ sedulo consulatur.

9 Sacram communionem per modum Viatici sive publice sive privatim ad infirmos deferre, pertinet ad Parochum loci, in quo degunt infirmi.

10 Parochus igitur processurus ad communicandum infirmum, aliquot campanæ ictibus jubeat convocari parochianos, seu confraternitatem Ssmi Sacramenti (ubi fuerit instituta) seu alios pios Christifideles, qui sacram Eucharistiam cum cereis, seu intorticiis comitentur, et umbellam, seu baldachinum, ubi haberi potest, deferant. Præmoneat, ut ægri cubiculum mundetur, et in eo paretur mensa linteo mundo cooperta, in quo Sanctissimum Sacramentum decenter deponatur.

11 Parentur luminaria, ac duo vascula, alterum cum vino, alterum cum aqua. Præterea linteum mundum ante pectus communicandi ponatur, atque alia ad ornatum loci, pro cujusque facultate.

12 Ubi vero convenerint qui Eucharistiam comitaturi sunt, Sacerdos indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali albi coloris, acolythis, seu Clericis, aut etiam Presbyteris (si locus feret) superpelliceo pariter indutis comitatus, decenter, et de more acceptas aliquot particulas consecratas, vel unam tantum (si longius aut difficilius iter sit faciendum) ponat in pyxide, seu parva custodia, quam proprio suo operculo cooperit, et velum sericum superimponit: ipse vero Sacerdos, imposito sibi prius ab utroque humero oblongo velo decenti, utraque manu accipiat vas cum Sacramento, et deinde umbellam, seu baldachinum subeat, nudo capite processurus.

13 Præcedat semper acolythus, vel alius minister deferens laternam (noctu autem hoc Sacramentum deferri non debet, nisi necessitas urgeat); sequantur duo Clerici, vel qui illorum vices suppleant; quorum alter aquam benedictam cum aspersorio, et bursam cum corporali, quod supponendum erit vasculo Ssmi Sacramenti super mensa in cubiculo infirmi, et cum linteolo purificatorio ad digitos Sacerdotis abstergendos; alter hunc librum Ritualem deferat, et campanulam jugiter pulset. Succedant deinde deferentes intorticia. Postremo Sacerdos Sacramentum gestans elevatum ante pectus sub umbella, dicens Psalmum Miserére. et alios Psalmos, et Cantica. Quod si longius, aut difficilius iter obeundum sit, et fortasse etiam equitandum, necesse erit vas, in quo Sacramentum defertur, bursa decenter ornata, et ad collum appensa, apte includere, et ita ad pectus alligare, atque obstringere, ut neque decidere, neque pyxide excuti Sacramentum queat.

14 Ingrediens vero locum, ubi jacet infirmus, dicit:

℣. Pax huic dómui.

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

15 Tum depositum Sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus, dicens:

Slavice:

Poďte, padnime na kolená, a klaňajme sa.“ (Žalm. 94. 6.) S hlbokou poníženosťou sa Ti klaniame prevelebná Sviatosť oltárna, pokrme života večného, lebo pod Tvojím spôsobom je skrytý Pán a Spasiteľ náš Ježiš Kristus. Milujeme Ťa z celej duše a zo všetkej sily svojej, lebo Ty si všetkej lásky najhodnejší a si nás až do smrti miloval. Buď na veky chválená a zvelebovaná najsvätejšia Sviatosť oltárna. Amen.

Germanice:

Kommet, lasset uns anbeten und niederfallen.“ (Ps. 94, 6.) Mit tiefster Demut beten wir dich an, hochheiliges Sakrament, du Brot des unsterblichen Lebens, denn unter deiner Gestalt birgt sich Christus der Herr, unser Heiland. Wir lieben dich aus ganzer Seele und mit allen Kräften, denn du bist aller Liebe würdig und hast uns selbst bis in den Tod geliebt. Hochgelobt und gebenedeit sei jetzt und ohne End das anbetungswürdige Sakrament. Amen.

Hungarice:

Jertek, imádva boruljunk le.“ (94. Zsolt. 6.) Legmélyebb alázattal imádunk Téged, legméltóságosabb Oltáriszentség, élet és halhatatlanság kenyere, mert szineid alatt rejtőzik édes Üdvözítőnk, Jézus Krisztus. Szeretünk Téged teljes lelkünkből és minden erőnkből, mert végtelenül szeretetreméltó vagy és halálig szerettél bennünket. Dicsérjük, áldjuk és magasztaljuk most és mindörökké e legméltóságosabb Oltáriszentséget. Amen.

Mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum, et cubiculum, dicens Antiphonam:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor: et primum versum Psalmi **Miserére,** cum **Glória Patri, etc. Sicut erat, etc.**

Deinde repetitur Antiphona:

Aspérges me, etc.

Postea dicit:

℣. **Adjutórium nostrum in nómine Dómini.**
℟. **Qui fecit cælum et terram.**

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque defréndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

16 His dictis, accedit ad infirmum, ut cognoscat, num sit bene dispositus ad suscipiendum sacrum Viaticum, et utrum velit aliqua peccata confiteri; et illum audiat, atque absolvat: quamvis prius deberet esse rite confessus, nisi necessitas aliter urgeat.

17 Dein dummodo circumstantiæ patiantur, accommode actus fidei, spei et caritatis elici possunt his fere verbis:

Slavice:

Sac. Či veríš, že je jedon Boh v troch osobách, Otec, Syn a Duch Svätý?
Inf. Verím.
Sac. Či veríš tiež, že Syn Boží stal sa človekom a pre spasenie tvoje zomrel?
Inf. Verím.
Sac. Či veríš všetko, čo svätá rímsko-katolícka Cirkev učí?
Inf. Verím.
Sac. Či dúfaš v zásluhách Ježiša Krista a v jeho nekonečnom milosrdenstve?
Inf. Dúfam.
Sac. Či miluješ Boha z celého srdca tvojho a nadovšetko?
Inf. Milujem.
Sac. Či ľutuješ z celého srdca, že si ho hriechami urazil a jeho hnev na seba vyvolal?
Inf. Ľutujem.
Sac. Či odpúšťaš zo srdca všetkým, ktorí ťa urazili, tak ako ty sebe žiadaš, aby ti Boh odpustil?
Inf. Odpúšťam.
Sac. Či prosíš za odpustenie všetkých, ktorých si urazil alebo pohoršil?
Inf. Áno, prosím.

Germanice:

Sac. Glaubst du an einen Gott in drei Personen: Vater, Sohn und Heiliger Geist?

Inf. Ich glaube.

Sac. Glaubst du auch fest, daß der Sohn Gottes Mensch geworden ist und für dein Heil gestorben ist?

Inf. Ich glaube.

Sac. Glaubst du alles, was die römisch-katholische Kirche lehrt?

Inf. Ich glaube.

Sac. Vertraust du auf die Verdienste Jesu Christi und seine unendliche Barmherzigkeit?

Inf. Ich vertraue.

Sac. Liebst du Gott aus ganzem Herzen über alles?

Inf. Ja, ich liebe ihn.

Sac. Bereust du es von ganzem Herzen, daß du ihn mit deinen Sünden beleidigt und seinen Zorn auf dich geladen hast?

Inf. Ja, ich bereue es.

Sac. Vergibst du vom Herzen allen jenen, die dich je beleidigt, und wünschest du es, daß auch dir Gott vergeben soll?

Inf. Ich vergebe und wünsche, daß mir vergeben werde.

Sac. Bittest du auch alle um Verzeihung, die du je beleidigt, oder denen du Ärgernis gegeben hast?

Inf. Ja, ich bitte.

Hungarice:

Sac. Hiszesz-e az egy Istenben és a három isteni személyben, Atyában, Fiúban és Szentlélekben?

Inf. Hiszek.

Sac. Hiszed-e, hogy a Fiú-Isten emberré lett s üdvösségedért halált szenvedett?

Inf. Hiszem.

Sac. Hiszed-e mindazt, a mit a római katholikus anyaszentegyház tanít?

Inf. Hiszem.

Sac. Bízol-e Jézus Krisztus érdemeiben s végtelen irgalmában?

Inf. Bízom.

Sac. Szereted-e Istent teljes szivedből mindenek fölött?

Inf. Szeretem.

Sac. Bánod-e szived mélyéből, hogy Őt bűneiddel megbántottad és haragját magadra vontad?

Inf. Szánom és bánom.

Sac. Megbocsátasz-e szivedből mindenkinek, a ki ellened vétett s kívánod-e, hogy Isten neked megbocsásson?

Inf. Megbocsátok és kívánom.

Sac. Bocsánatot kérsz-e mindenkitől, a kit megbántottál vagy megbotránkoztattál?

Inf. Bocsánatot kérek.

18 Postea facta de more confessione generali, sive ab infirmo, sive ejus nomine ab alio, Sacerdos dicit in singulari:

Misereátur tui etc. Indulgéntiam . . . tuórum tríbuat tibi etc.

Si pluribus simul infirmis in eodem cubiculo vel loco Sacramentum administretur, Sacerdos dicat in plurali:

Misereátur vestri, etc. Indulgéntiam . . . vestrórum tríbuat vobis, etc.

19 Deinde, facta genuflexione, accipit Sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo, dicens:

Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccáta mundi, et more solito ter dicit: **Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.**

20 Et infirmus, simul cum Sacerdote, dicit eadem verba, saltem semel, submissa voce. Tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicit:

Accipe, frater (soror), Viáticum Córporis Dómini nostri Jesu Christi, qui te custódiat ab hoste malígno, et perdúcat in vitam ætérnam. Amen.

21 Si vero communio non datur per modum Viatici, dicat more ordinario:

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

22 Quod si mors immineat, et periculum sit in mora, tunc dicto Misereátur, etc., prædictis precibus omnibus, vel ex parte, omissis, ei statim Viaticum præbeatur.

23 Postea Sacerdos abluit digitos in vase cum aqua parato, nihil dicens, et abstergit purificatorio: aqua vero ablutionis suo tempore mittitur in sacrarium, vel, si hoc desit, in ignem. Deinde dicit:

℣. **Dóminus vobíscum.** ℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, te fidéliter deprecámur, ut accipiénti fratri nostro (soróri nostræ) sacrosánctum Corpus Dómini nostri Jesu Christi, Fílii tui, tam córpori, quam ánimæ prosit ad remédium sempitérnum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. **Amen.**

Si pluribus simul infirmis in eodem cubiculo vel loco Eucharistia præbeatur, Sacerdos dicat in plurali: **Dómine sanete, . . ., ut accipiéntibus frátribus (soróribus) nostris, etc.**

24 Post hæc omnibus in genua procumbentibus orari possunt sequentia:

Slavice:

Našiel (-la) som, koho miluje duša moja . . . nepustím ho.“ (Cant. cant. 3, 4.) O pokrme a spasensie duše mojej, Kriste Ježišu! Bože môj a všetko moje! Ach ako Ti mám dostatočne ďakovať za toto nevysloviteľné dobrodenie, že si Ty, Stvoriteľ a najvyšší Pán, ku mne, nehodnému stvoreniu a služobníkovi (-ci) vstúpil, a hriešne srdce moje ku prebývaniu vyvolil. Zaiste, keď na hriechy svoje pohliadnem, desím sa a pochopiť nemôžem, odkiaľ je tá láska, že si mňa pokrmom svojho sv. tela nasýtiť ráčil. Preto, že nie som vstave Tebe za túto lásku dostatočne ďakovať, tisíc a tisíckrát Ťa chválim, velebím a Tebe sa klaniam Pane a Bože môj! Tebe obetujem dušu, telo, myšlienky, slová a skutky svoje. Pohliadni o Ježišu na túto moju chatrnú obetu, ktorú k nohám Tvojím skladám a s Tvojou nekonečnou obetou svätého kríža spojujem. Ráč milostive prijať túto obetu vďačnosti mojej a zostaň pri mne až do smrti, lebo Ty sám si hovoril: „Kto jie telo moje a pije krv moju, ten zostane vo mne a ja v ňom.“ Zostaň teda pri mne! Nič mňa neodluči od Teba: ani smrť, ani život . . . ani žiadné stvorenie mňa neodlúči od lásky Božej, ktorá je v Kristu Ježišovi, Pánu našom. (K Rím. 8, 39).

O blahoslavená Panno Maria, Matko božského Spasiteľa, ktorá si vo svojom panenskom živote nosila toho, ktorého pravé telo a krv ja nehodný (-á) teraz som prijal (-a), pre horkú smrť tvojho Syna pokorne Ťa prosím, oroduj u neho, aby mne milostive odpustiť ráčil, čokoľvek som v prijímaní tejto prevelebnej Sviatosti previnil (-a), a mňa do života večného uviedol. Amen.

Germanice:

Ich fand ihn, den meine Seele liebt; ich hielt ihn und will ihn nimmer lassen." (Hohelied 3, 4.) O Jesu, Du göttliche Speise und Heil meiner Seele, Du mein Erlöser, Heiland, Gott, mein alles. Wie soll ich Dir für die unendliche Wohltat hinlänglichen Dank sagen, daß Du, der Schöpfer und Herr über alles, Dich zu mir, Deinem unwürdigen Geschöpfe herabgelassen hast? Wenn ich meine Sünden betrachte, so staune ich und kann es nicht begreifen, daß Du mich mit Deinem heiligen Fleische und Blute speisest. Weil ich Dir dafür hinlänglich zu danken nicht imstande bin, so lobe, preise und bete ich Dich an, mein Gott und Herr, tausend- und tausendmal. Dir opfere ich Leib und Seele, alle meine Gedanken, Worte und Werke. Siehe, o Jesu, auf dies geringe Opfer hin, das ich Dir zu Füßen niederlege und mit dem unendlich teuren Opfer, welches Du am Kreuze dargebracht hast, vereinige. Nehme gnädig an dies mein Dankopfer und verbleibe bei mir bis ans Ende meines Lebens; Du selbst hast es ja versprochen: Wer mein Fleisch ißt und mein Blut trinkt, der bleibt in mir und ich in ihm. Bleibe also bei mir! Nichts soll mich von Dir trennen: „Weder Tod noch Leben, weder Höhe noch Tiefe, oder ein anderes Geschöpf vermag es, mich zu scheiden von der Liebe Gottes, die da ist in Christo Jesu, unserm Herrn." (Rom. 8, 39.)

O glorreiche Jungfrau Maria, Mutter meines Heilandes, die du jenen in deinem jungfräulichen Leibe getragen hast, dessen wahres Fleisch und Blut ich Unwürdiger jetzt genossen habe, durch dieses deines Sohnes schmerzhaften Tod flehe ich zu dir: bitte für mich bei ihm, daß er meiner Schwachheit mit seiner Gnade zu Hilfe eile und mich in das ewige Leben führen möge. Amen.

Hungarice:

Megtaláltam, kit az én lelkem szeret, . . . el nem bocsátom." (Énekek éneke 3, 4.) Oh lelkem tápláléka, halhatatlanság orvossága, édes Jézusom, Istenem és mindenem! mikép háláljam meg, hogy fölséged mellett is méltatlan szivemben megszállottál?! Ha bűneimre nézek, nem értem, mivel érdemeltem, hogy drága sz. Testeddel és Véreddel táplálsz. Ha egész valóm nyelvvé, kézzé vagy szivvé változnék, mégis méltatlan volnék, hogy téged kellőképen dicsérjelek, szolgáljalak és szeresselek. De legalább ezernyiezerszer dicsérlek, áldlak s imádlak. Neked ajánlom lelkemet, gondolataimat, szavaimat és cselekedeteimet. Tekints

erre a csekélységre, a mit halálodnak végtelen érdemeivel egyesítve neked áldozok. Fogadd kegyesen áldozatomat s maradj velem mindvégig. Te mondád: „A ki eszi az én testemet és issza az én véremet, az bennem marad és én ő benne.“ Maradj tehát bennem és én Tebenned! Ki választ el Krisztustól? „Sem halál, sem élet . . . sem egyéb teremtmény el nem szakaszthat minket az Isten szeretetétől, mely a mi Urunk Jézus Krisztusban vagyon!“ (Róm. 8, 39.)

Oh dicsőséges sz. Szűz, Boldogasszony Mária! te méhedben hordoztad Jézust, mint én most szivemben. Szent Fiad keresztjére kérlek, könyörögj Előtte, hogy gyarlóságomat támogassa és kegyelmével az örök életre vezessen! Amen.

25 His expletis, si altera particula Sacramenti superfuerit (superesse autem semper debet, præterquam in casu jam dicto), genuflectit, surgit, et accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo signum crucis super infirmum, nihil dicens, et reverenter illud deferens, ordine quo venerat, revertitur ad ecclesiam, dicendo Psalmum Laudáte Dóminum de cælis, etc. et alios Psalmos et Hymnos, prout tempus feret.

26 Cum pervenerit ad ecclesiam, ponit Sacramentum super Altare, genuflectit, ac deinde dicit:

℣. Panem de cælo præstitísti eis. Tempore Paschali et per Octavam Corporis Christi additur: Allelúja.

℟. Omne delectaméntum in se habéntem. Tempore Paschali et per Octavam Corporis Christi additur: Allelúja.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tribue, quæsumus; ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

27 Deinde annuntiat Indulgentias a Summis Pontificibus concessas Ssmum Sacramentum comitantibus.

28 Postea cum Sacramento in pyxide velo humerali cooperta facit signum crucis super populum, nihil dicens. Postremo illud in loco suo reponit.

29 Quod si, ob difficultatem aut longitudinem itineris, vel quia, ea qua decet veneratione, Sacramentum ad ecclesiam commode reportari non posset, sumpta fuerit una tantum particula consecrata, ut dictum est, tunc ea infirmo administrata, Sacerdos, prædictis precibus recitatis, eum manu benedicit, dicens more solito: Benedíctio Dei omnipoténtis . . . descéndat super te (vel vos, si plures infirmos communicaverit), etc. et una cum

aliis privato habitu, exstinctis luminibus, umbella demissa, latente pyxide, ad ecclesiam, vel domum quisque suam revertitur.

30 Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono sacram communionem ministrante.

31 Quando, ex justa et rationabili causa, privatim sacra communio ad infirmos defertur, Sacerdos saltem stolam semper habeat propriis coopertam vestibus; in sacculo seu bursa pyxidem recondat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat; et numquam solus procedat, sed uno saltem fideli, in defectu Clerici, associetur. Cum autem ad infirmi cubiculum pervenerit, Sacerdos superpelliceum quoque induat cum stola, si illud antea non induerit.

Pater si vis, transfer calicem
istum a me. Luc. 23, 42.
Scio quod Redemptor meus
vivit et in novissimo. Job 19.

TITULUS VI

CAPUT 1

DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS

Extremæ Unctionis Sacramentum a Christo Domino institutum tamquam cælestis medicina, non animæ solum, sed etiam corpori salutaris, quamvis per se non sit de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet negligere, et omni studio ac diligentia periculose ægrotantibus adhibendum est, et eo quidem tempore, si fieri possit, cum illis adhuc integra mens et ratio viget, ut ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem, ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro liniuntur Oleo.

2 In quo illud in primis ex generali Ecclesiæ consuetudine observandum est, ut, si tempus, et infirmi condicio permittat, ante Extremam Unctionem, Pœnitentiæ et Eucharistiæ Sacramenta infirmis præbeantur.

3 Habeat igitur Parochus in ecclesia loco nitido et decenter ornato, in vase argenteo seu stanneo, sub clavi diligenter custoditum sacrum Oleum infirmorum, quod singulis annis, Feria V in Cœna Domini ab Episcopo benedictum, veteri combusto, renovandum est; neque adhibeatur vetus, nisi necessitas urgeat. Mox deficienti Oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, etiam iterato, minore tamen copia.

4 Parochus Oleum sacrum a suo Ordinario petere debet; nec illud domi retineat, nisi propter necessitatem aliamve rationabilem causam, accedente Ordinarii licentia.

5 Oleum porro ipsum vel per se solum, vel in bombacio seu re simili servari potest; sed ad evitandum effusionis periculum multo commodius ad infirmos defertur in bombacio.

6 Hoc sacramentum valide administrat omnis et solus Sacerdos.

Minister ordinarius est Parochus loci, in quo degit infirmus; in casu autem necessitatis, vel de licentia saltem rationabiliter præsumpta ejusdem Parochi vel Ordinarii loci, alius quilibet Sacerdos hoc sacramentum ministrare potest.

7 Minister ordinarius ex justitia tenetur hoc sacramentum per se ipse vel per alium administrare, et in casu necessitatis ex caritate quilibet Sacerdos.

8 Extrema Unctio præberi non potest nisi fideli, qui, post adeptum usum rationis, ob infirmitatem vel senium in periculo mortis versetur. Non ministretur hoc sacramentum prælium inituris, aut navigationem, aut peregrinationem aut alia pericula subituris, aut reis ultimo supplicio mox afficiendis.

In eadem infirmitate hoc sacramentum iterari non potest, nisi infirmus post susceptam Unctionem convaluerit et in aliud vitæ discrimen inciderit.

9 Quando dubitatur num infirmus usum rationis attigerit, num in periculo mortis reipsa versetur vel num mortuus sit, hoc sacramentum ministretur sub condicione.

10 Hoc sacramentum non est conferendum illis qui impœnitentes in manifesto peccato mortali contumaciter perseverant; quod si hoc dubium fuerit, conferatur sub condicione.

11 Infirmis autem qui, cum suæ mentis compotes essent, illud saltem implicite petierunt aut verisimiliter petiissent, etiamsi deinde sensus vel usum rationis amiserint, nihilominus absolute præbeatur.

12 Si quis autem laboret in extremis, et periculum immineat, ne decedat antequam finiantur Unctiones, cito ungatur, incipiendo ab eo loco: Per istam sanctam Unctiónem, etc., ut infra: deinde, si adhuc supervivat, dicantur Orationes prætermissæ, suo loco positæ.

13 Si vero dum inungitur infirmus decedat, Presbyter ultra non procedat, et prædictas Orationes omittat.

14 Quod si dubitet an vivat adhuc, Unctionem prosequatur, sub condicione pronuntiando formam, dicens: Si vivis, per istam sanctam Unctiónem, etc., ut infra.

15 Si autem acciderit, infirmum post peccatorum suorum confessionem ad exitum vitæ properare, tunc cum sacro Viatico poterit et Oleum infirmorum ad eum deferri per ipsum Sacerdotem, qui defert sacram Eucharistiam: si tamen alius Presbyter, vel Diaconus, qui Oleum sanctum deferat, haberi possit, per ipsum deferatur, qui superpelliceo indutus cum Oleo sacro occulte delato sequatur Sacerdotem Viaticum portantem; et postquam infirmus Viaticum sumpserit, inungatur a Sacerdote.

16 Quinque vero corporis partes præcipue ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit, nempe oculi, aures, nares, os et manus: attamen pedes etiam ungendi sunt; sed pedum unctio ex qualibet rationabili causa omitti potest. Unctiones autem, extra casum gravis necessitatis, ipsa ministri manu nulloque adhibito instrumento fiant.

17 Manus vero, quæ reliquis infirmis interius ungi debent, Presbyteris exterius ungantur.

18 Dum oculos, aures, et alia corporis membra, quæ paria sunt, Sacerdos ungit, caveat, ne alterum ipsorum inungendo, Sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunxerit.

19 Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eadem verborum forma.

20 Hujus Sacramenti forma, qua sancta Romana Ecclesia utitur, solemnis illa precatio est, quam Sacerdos ad singulas unctiones adhibet, cum ait:

Per istam sanctam Unctiónem, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per visum, sive per auditum, etc., deliquísti. Amen.

21 In casu autem necessitatis sufficit unica unctio in uno sensu, seu rectius in fronte, cum hac forma breviori:

Per istam sanctam Unctiónem indúlgeat tibi Dóminus quidquid deliquísti. Amen.

Salva tamen manet obligatio singulas unctiones supplendi, ut supra (n. 12), cessante periculo.

22 Quando pluribus simul infirmis hoc Sacramentum ministratur, Sacerdos singulis ægrotis crucem pie deosculandam porrigat, omnes preces quæ unctiones præcedunt, plurali numero semel recitet, unctiones cum respectivis formis super singulos ægrotos efficiat, omnes vero preces, quæ unctiones subsequuntur, plurali numero semel dicat.

CAPUT 2
ORDO MINISTRANDI SACRAMENTUM EXTREMÆ UNCTIONIS

1 Sacerdos Sacramentum Extremæ Unctionis ministraturus, quatenus fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappa candida coopertam, itemque vas, in quo sit bombacium, seu quid simile in sex globulos distinctum, ad abstergendas partes inunctas; medullam panis ad detergendos digitos; et aquam ad abluendas Sacerdotis manus; ceream item candelam, quæ deinde accensa ipsi ungenti lumen præbeat. Denique operam dabit, ut quanta poterit munditia ac nitore hoc Sacramentum ministretur.

2 Deinde convocatis Clericis seu ministris, vel saltem uno Clerico, qui crucem sine hasta, aquam benedictam cum aspersorio, et librum Ritualem deferat, ipse Parochus decenter accipit vas sacri Olei infirmorum sacculo serico violacei coloris inclusum, illudque caute deferat, ne effundi possit. Quod si longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel alias adsit periculum effusionis, vas Olei sacculo, aut bursa inclusum, ut dictum est, ad collum appendat, ut commodius et securius perferat. Procedat autem sine sonitu campanulæ.

3 Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum, dicit:

℣. Pax huic dómui.
℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

4 Deinde deposito Oleo super mensam, superpelliceo, stolaque violacea indutus, ægroto crucem pie deosculandam porrigit; mox in modum crucis aqua benedicta eum, et cubiculum, et circumstantes aspergit, dicens Antiphonam: Aspérges me, Dómine, etc. Quod si ægrotus velit confiteri, audiat illum, et absolvat. Deinde piis verbis illum consoletur, et de hujus Sacramenti vi, atque efficacia, si tempus ferat, breviter admoneat: et quantum opus sit, ejus animam confirmet, et in spem erigat vitæ æternæ.

5 Postea dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Intróeat, Dómine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitátis ingréssu, ætérna felícitas, divína prospéritas, seréna lætítia, cáritas fructuósa, sánitas sempitérna: effúgiat ex hoc loco accéssus dæmonum: adsint Angeli pacis, domúmque hanc déserat omnis malígna discórdia. Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum; et béne ✠ dic nostræ conversatióni: sanctífica nostræ humilitátis ingréssum, qui sanctus et qui pius es, et pérmanes cum Patre et Spíritu Sancto in sæcula sæculórum.
℟. Amen.

Orémus, et deprecémur Dóminum nostrum Jesum Christum, ut benedicéndo bene ✠ dícat hoc tabernáculum, et omnes habitántes in eo, et det eis Angelum bonum custódem, et fáciat eos sibi servíre ad considerándum mirabília de lege sua: avértat ab eis omnes contrárias potestátes: erípiat eos ab omni formidine, et ab omni perturbatióne, ac sanos in hoc tabernáculo custodíre dignétur: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus in sæcula sæculórum. Amen.

Orémus. Oratio

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

6 Quæ Orationes, si tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tum de more facta confessione generali, latino vel vulgari sermone, Sacerdos dicit in singulari numero: **Misereátur tui, etc., Indulgéntiam . . . tuórum tríbuat tibi, etc.**

7 Antequam Parochus incipiat ungere infirmum, moneat astantes, ut pro illo orent; ipse autem de hujus Sacramenti vi atque efficacia, si tempus ferat, eundem breviter admoneat, et mox subjungat suspiria quæ sequuntur:

Slavice:

K Tebe sa utiekam, ó nekonečne milosrdný Bože a Vykupiteľu môj, Ježišu Kriste! ktorý si k potešeniu svojích v ťažkej nemoci postavených veriacich sviatosť posledného pomazania ustanoviť ráčil, aby si ích od pozostatkov hriechov oslobodil, k znášaniu nemoci a k premoženiu pokušenia ím potrebnú silu udelil, a jestli by to k ích duševnému spaseniu dobré bolo, ešte i predošlé zdravie prinavrátil: vyslyš poníženú a vrúcnú modlitbu moju, ó dobrotivý Ježišu! a udeľ mi Tvojej milosti, aby som túto sviatosť hodne prijať môhol (-a).

Očisť dušu moju od všetkej škvrny hriechu. Daj mi trpezlivé srdce k plneniu Tvojej svätej vôle, udeľ mi pokoja Tvojho, ktorého svet dať nemôže. Učiň, aby mne nič tak na srdci neležalo, jako plnenie najsvätejšej vôle Božej. Jeho chcem byť jak v živote, tak i v smrti. Amen.

Germanice:

Unendlich barmherziger Gott und Erlöser Jesus Christus, der Du das heilige Sakrament der Letzten Ölung zum Troste Deiner schwerkranken Kinder eingesetzt hast, um sie von den Überbleibseln der Sünden zu befreien, ihnen die zum geduldigen Ertragen der Krankheit und zum siegreichen Bekämpfen der Versuchungen notwendige Kraft zu verleihen und, wenn es zu ihrem Seelenheile gereichen sollte, auch die Gesundheit des Leibes zurückzugeben: erhöre mein heißes Flehen, o gütigster Jesu, und verleihe mir die Gnade, daß ich dieses heilige Sakrament würdig empfange.

Reinige meine Seele von jedem Schatten der Sünde! Gib mir ein geduldiges Herz zur Vollbringung Deines heiligen Willens. Gib mir Deinen Frieden, den die Welt zu geben nicht vermag. Mache, daß mir nichts so sehr am Herzen liege, als daß ich den heiligsten Willen Gottes erfülle. Ihm wollen wir angehören im Leben und im Sterben. Amen.

Hungarice:

Kegyes Jézus! te nagybeteg gyermekeidről is gondoskodtál és vigasztalásukra az Utolsó Kenet szentségét rendelted. El akartad törölni e szentséggel bűneink végső nyomait! szenvedésünkben megnyugvást és békét, kisértéseinkben erőt akartál adni; sőt egészségünket is visszaadod, ha lelkünk javára válik.

Hozzád folyamodom tehát, hallgasd meg buzgó könyörgésemet és engedd, hogy méltón járuljak ehhez a szentséghez.

Tisztítsd meg lelkemet a bűn minden emlékétől. Adj béketűrő szivet s erőt szent akaratod teljesítésére. Töltsd el lelkemet a sz. békével, melyet a világ nem adhat. Atyám, legyen meg a te akaratod. Ugy teszek én is mint édes Üdvözitőm, teljesitem mindenben Atyám akaratát, a ki mennyekben van. Övé vagyok és az is akarok lenni életben és halálban. Amen.

8 Ubi commodum fuerit, pro loco et tempore, et astantium numero vel qualitate, recitent septem Psalmos Pœnitentiales cum Litaniis Sanctorum, vel alias preces, dum ipse Unctionis Sacramentum administrat. Mox extensa manu dextera super caput infirmi, dicit:

In nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, exstinguátur in te omnis virtus diáboli per impositiónem mánuum nostrárum, et per invocatiónem gloriósæ et sanctæ Dei Genitrícis Vírginis Maríæ, ejúsque ínclyti Sponsi Joseph, et ómnium sanctórum Angelórum, Archangelórum, Patriarchárum, Prophetárum, Apostolórum, Mártyrum, Confessórum, Vírginum, atque ómnium simul Sanctórum. Amen.

9 Deinde, intincto pollice in Oleo sancto, in modum crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum:

Ad oculos

Per istam sanctam Unctió ✠ nem, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per visum deliquísti. Amen.

10 Minister vero, si est in Sacris, vel ipsemet Sacerdos, post quamlibet Unctionem, tergat loca inuncta novo globulo bombacii, vel rei similis, eumque in vase mundo reponat, et ad ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in sacrarium.

Ad aures

Per istam sanctam Unctió ✠ nem, et suam piissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per auditum deliquísti. Amen.

Ad nares

Per istam sanctam Unctió ✠ nem, et suam piissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per odorátum deliquísti. Amen.

Ad os, compressis labiis

Per istam sanctam Unctió ✠ nem, et suam piissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gustum et locutiónem deliquísti. Amen.

Ad manus

Per istam sanctam Unctió ✠ nem, et suam piissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per tactum deliquísti. Amen.

11 Et adverte, quod Sacerdotibus, ut dictum est, manus non inunguntur interius, sed exterius.

Ad pedes

Per istam sanctam Unctió ✠ nem, et suam piissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gressum deliquísti. Amen.

12 Hæc autem unctio ad pedes, ut dictum est, ex qualibet rationabili causa omitti potest.

13 Quibus omnibus peractis, Sacerdos pollicem fricat cum medulla panis, manus lavat linteoque abstergit; aqua vero lotionis cum pane, suo tempore, mittatur in sacrarium, vel, si hoc desit, in ignem. Deinde dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvum (-am) fac servum tuum (ancíllam tuam).
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eum (eam).

℣. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil proficiat inimícus in eo (ea).
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus, qui per Apóstolum tuum Jacóbum locútus es: Infirmátur quis in vobis? indúcat presbýteros Ecclésiæ, et orent super eum, ungéntes eum óleo in nómine Dómini: et orátio fídei salvábit infírmum, et alleviábit eum Dóminus: et si in peccátis sit, remitténtur ei; cura, quæsumus, Redémptor noster, grátia Sancti Spíritus languóres istíus infírmi (-æ), ejúsque sana vúlnera, et dimítte peccáta, atque dolóres cunctos mentis et córporis ab eo (ea) expélle, plenámque intérius et extérius sanitátem misericórditer redde, ut ope misericórdiæ tuæ restitútus (-a), ad prístina reparétur offícia: Qui cum Patre et eódem Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Réspice, quæsumus, Dómine fámulum, tuum N. (fámulam tuam N.) in infirmitáte sui córporis fatiscéntem, et ánimam réfove, quam creásti: ut, castigatiónibus emendátus (-a), se tua séntiat medicína salvátum (-am). Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, qui benedictiónis tuæ grátiam ægris infundéndo corpóribus, factúram tuam multíplici pietáte custódis: ad invocatiónem tui nóminis benígnus assíste; ut fámulum tuum (fámulam tuam) ab ægritúdine liberátum (-am), et sanitáte donátum (-am), déxtera tua érigas, virtúte confírmes,

potestáte tueáris, atque Ecclésiæ tuæ sanctæ, cum omni desideráta prosperitáte, restítuas. Per Christum, Dóminum nostrum. Ry. Amen.

14 Tunc procumbens Sacerdos ad genua, sequentem gratiarum actoriam cum ægroto persolvat orationem:

Slavice:

Nekonečne milosrdný Bože! Apoštol tvoj hovorí: „Modlitba viery uzdraví nemocného, a Pán mu poľahčí a jestli je v hriechoch, budú mu odpustené.“ (Jak. 5. 15.) Jako-že Ti mám dostatočne ďakovať za to veliké dobrodenie, že si ma skrze sviatosť posledného pomazania zázračnej lásky tvojej účastným (-nou) učinil. Chválim a zvelebujem Ťa, a nikdy nezabudnem na toto veľké dobrodenie.

Ó dobrotivý Ježišu! „Sdelil som ti hriechy moje, a neprávosť moju som nezatajil, a ty si odpustil bezbožnosť hriechu mojho.“ (Žalm. 31, 5.) „Smiluj sa nado mnou, Pane, lebo som slabý.“ (Žalm. 6, 3.) „Do rúk tvojích porúčam ducha svojho; Ty si mňa vykúpil, Pane, Bože pravdivosti“. (Žalm. 30, 6.) Ty si mi navrátil rúcho nevinnosti: popraj mi včul pocítiť tú veľkú radosť, ktorú Ty viac cítiš nad obrátením jednoho hriešnika, jako nad deväťdesiatdeväť spravodlivými, ktorí nepotrebujú pokánia.

Rozpáľ v srdci mojom lásku k Tebe a daj, aby som tvojej sv. vôli bol oddaný. „Otče môj, ak je možno, nech ma pominie tento kalich, avšak nie ako ja chcem, ale ako ty.“ (Mat. 26, 39.) Ja ochotne beriem tento kríž na seba, lebo Ty si mi ho poslal. Posilňuj ma, aby som Ťa v krížovej ceste tvojej nasledoval. „Hotové je srdce moje, ó Bože! hotové je srdce moje.“ (Žalm. 56, 8.) Tvoje sväté meno vzývam a v Tebe dôveru svoju skladám. Niet iného mena, v ktorom by som svoje spasenie mohol najsť.

Nech nás žehná, ochraňuje a do života večného uvedie najsvätejšia Trojica, Boh Otec, Syn a Duch Svätý. Amen.

Germanice:

Unendlich gütiger Gott! Dein Apostel hat es gesagt: „Das Gebet des Glaubens wird dem Kranken zum Heile sein, und der Herr wird ihn aufrichten, und wenn er Sünden auf sich hat, so werden sie ihm vergeben werden.“ (Jak 5, 15.) Wie kann ich Dir hinlänglich für die Wohltat danken, daß Du durch

das Sakrament der Letzten Ölung die Wunder Deiner Liebe auch in mir gewirkt hast. Ich lobe und preise Dich dafür aus dem Grunde meines Herzens.

O gütiger Jesus! „Meine Sünden habe ich Dir kundgetan und meine Ungerechtigkeit nicht verborgen, und Du hast nachgelassen die Gottlosigkeit meiner Sünde." (Ps 31, 6.) „Erbarme Dich meiner, denn ich bin schwach." (Ps 6, 3.) „In Deine Hände empfehle ich meinen Geist; Du hast mich erlöset, o Herr, Gott der Wahrheit." (Ps 30, 6.) Du hast mir nun zurückgegeben das Kleid meiner Unschuld, laß mich also jene große Freude fühlen, welche Du über die Bekehrung eines Sünders in höherem Maße empfindest als über neunundneunzig Gerechte.

Entzünde zu Deiner Liebe mein Herz und gib mir eine vollkommene Ergebung in Deinen heiligen Willen. „Vater! wenn es möglich ist, so gehe dieser Kelch an mir vorüber, doch nicht wie ich will, sondern wie Du willst." (Mt 26, 39.) Ich nehme willig dies Kreuz auf mich, denn Du hast es mir zugeschickt. Gib mir Kraft, daß ich Dir folge auf Deinem Kreuzwege. „Bereit ist mein Herz, o Gott, bereit ist mein Herz." (Ps 56, 8.) Ich rufe Deinen hochheiligen Namen an und auf Dich setze ich mein Vertrauen. Es ist kein anderer Name, in welchem ich mein Heil finden könnte.

Es segne, beschütze und führe uns ein zum ewigen Leben der dreieinige Gott, Vater, Sohn und Heiliger Geist. Amen.

Hungarice:

Végtelenül irgalmas Istenem! Apostolod mondá: „A hitből jövő imádság megszabadítja a beteget, és megkönnyebbiti őt az Ur és ha még bűnökben vagyon, megbocsáttatnak neki." (Jak. 5, 15.) Miképen hálálјam meg neked, hogy az utolsó kenet szentsége által reám is árasztottad ezeket a kegyelmeket? Dicsérlek s lelkem egész erejével áldlak érette.

Oh édes Jézusom! „vétkemet megvallottam neked . . . . és te megbocsátottad bűnöm istentelenségét." (31. Zsolt. 5.) „Könyörülj rajtam, Uram, mert erőtlen vagyok." (6. Zsolt. 3.) „Kezeidbe ajánlom lelkemet; megváltottál engem, Uram, igazságnak Istene." (30. Zsolt. 6.) Visszaadtad ártatlanságomnak elvesztett köntösét: add most éreznem, hogy jobban örülsz egy megtérő bűnösnek mint kilenczvenkilencz igaznak.

Gyulladjon szeretetedre szivem, tapadjon akaratodhoz akaratom. „Atyám! ha lehetséges, múljék el e pohár tőlem: mindazáltal nem a mint én akarom, hanem a mint te!" (Máté 26, 39.) Szivesen magamra veszem a keresztet, mert Te

szántad nekem. Adj erőt, hogy nyomon kövesselek keresztútadon. „Kész az én szivem, Isten! kész az én szivem!“ (56. Zsolt. 8.) Segítségül hivom sz. nevedet s belé helyezem minden reményemet. Nincs más név, a melyben üdvösségemet lelhetném!

Áldjon, ótalmazzon és vezessen az örök életre a teljes Szentháromság. Atya, Fiú és Szentlélek. Amen.

15 Ad extremum, pro personæ qualitate, salutaria monita breviter præbere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur et ad fugandas dæmonum tentationes roboretur.

16 Denique aquam benedictam et Crucem, nisi aliam habeat, coram eo relinquat, ut illam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur et amplectatur.

17 Admoneat etiam domesticos et ministros infirmi, ut, si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum Parochum accersant, ut morientem adjuvet, ejusque animam Deo commendet: sed si mors immineat, priusquam discedat, Sacerdos animam Deo rite commendabit.

18 Quæ autem pertinent ad visitationem, curamque infirmorum, et ad juvandos morientes, ad commendationem animæ, et ad exsequias, infra suis locis præscribuntur.

CAPUT 3

DE VISITATIONE ET CURA INFIRMORUM

1 Parochus in primis meminisse debet, non postremas esse muneris sui partes, ægrotantium curam habere. Quare cum primum noverit, quempiam ex fidelibus in sua parœcia ægrotare, non exspectabit, ut ad eum vocetur, sed ultro ad illum accedat: idque non semel tantum, sed sæpius, quatenus opus sit; horteturque parœcianos suos, ut ipsum admoneant, cum aliquem in parœcia sua ægrotare contigerit, præcipue si morbus gravior sit.

2 Ad hoc juvabit, præsertim in amplis parœciis, ægrotorum notam seu catalogum habere, ut cujusque statum et condicionem cognoscat, eorumque memoriam facilius retinere, et illis opportune subvenire possit.

3 Quod si Parochus, legitime impeditus, infirmorum, ut quando plures sunt, visitationi interdum vacare non possit: id præstandum curabit per alios Sacerdotes, si quos habeat in parœcia sua, aut saltem per laicos homines pios et christiana caritate præditos.

4 Ægrotos visitans, ea, qua Sacerdotes Domini decet, honestate et gravitate se habeat, ut non ægris solum, sed sibi et domesticis verbo et exemplo prosit ad salutem.

5 Eorum vero præcipuam curam geret, qui, humanis auxiliis destituti, benigni ac providi Pastoris caritatem et operam requirunt. Quibus si non possit ipse succurrere de suo, et eleemosynas illis, prout debet, si facultas suppetat, erogare, quantum fieri potest, sive per caritatis, vel alterius nominis confraternitatem, si in ea civitate vel loco sit, sive per privatas, sive per publicas collectas et eleemosynas, illorum necessitatibus succurrendum curabit.

6 In primis autem spiritualem ægrotantium curam suscipiat, omnemque diligentiam in eo ponat, ut in viam salutis eos dirigat, atque a diabolicis insidiis salutarium adjumentorum præsidio defendat, ac tueatur.

7 Accedat autem ad ægrotum ita paratus, ut in promptu habeat argumenta ad persuadendum apta, ac præsertim Sanctorum exempla, quæ plurimum valent: quibus eum in Domino consoletur, excitet, ac recreet. Horteturque, ut omnem spem suam in Deo ponat, peccatorum suorum pœniteat, divinam misericordiam imploret, et infirmitatis pœnas, tamquam paternam Dei visitationem, patienter ferat, et ad salutem suam provenisse credat, ut vitam, moresque suos melius instituat.

8 Deinde, qua par est prudentia et caritate, infirmum ad sacram confessionem inducat, et confitentem audiat, etiamsi velit totius vitæ peccata confiteri.

9 Illud præterea diligenter servari curabit, ne quis pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, vel adhibeat, quod in detrimentum animæ convertatur.

10 Ubi vero periculum immineat, Parochus monebit ægrotum, ne dæmonum astutia, neque medicorum pollicitationibus, neque propinquorum, aut amicorum blanditiis se ullo modo decipi sinat, quo minus ea, quæ ad animæ salutem pertinent, opportune procuret, et, qua par est devotione et celeritate, sancta Sacramenta, dum sana mens est, integrique sensus, religiose suscipiat, citra fallacem illam ac perniciosam procrastinationem, quæ plurimos ad æterna supplicia perduxit, in diesque, fallente diabolo, perducit.

11 Quod si æger aliquis hortationibus ac monitis Sacerdotum, vel amicorum et domesticorum consiliis adduci non possit, ut velit peccata sua confiteri, tunc non omnino desperanda res est, sed quamdiu ille vivit, repetendæ sunt frequentes variæ et efficaces Sacerdotum, et aliorum piorum hominum exhortationes; proponendaque æternæ salutis damna, et sempiternæ mortis supplicia; ostendendaque immensa Dei misericordia, eum ad pœnitentiam provocantis, ad ignoscendum paratissimi. Adhibendæ sunt etiam tum privatæ tum publicæ ad Deum preces, ad divinam gratiam impetrandam pro salute miseri decumbentis.

12 Videbit denique Sacerdos, quibus potissimum tentationibus, aut pravis opinionibus æger sit subjectus, eique, prout opus erit, apta remedia prudenter adhibebit.

13 Sacras imagines Christi Domini crucifixi, beatæ Mariæ Virginis, et Sancti, quem æger præcipue veneratur, ob oculos ejus apponi curabit. Vasculum item adsit aquæ benedictæ, qua frequenter aspergatur.

14 Proponet etiam ægrotanti, prout ejus condicio feret, aliquas breves orationes, et pias mentis ad Deum excitationes: præsertim versiculos e Psalmorum libro, vel Orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, vel passionis Domini nostri meditationem, et Sanctorum martyria et exempla, ac cælestis gloriæ beatitudinem. Hæc tamen opportune et discrete suggerantur, ne ægroto molestia, sed levamen afferatur.

15 Consoletur infirmum, dicens, se pro eo in Missæ sacrificio, et aliis precibus oraturum, curaturumque ut alii itidem pro eo faciant, idque re ipsa præstabit.

16 Si morbus gravior, vel cum periculo sit, ægroto suadeat, ut dum integra mente est, rem suam omnem recte constituat et testamentum faciat; si quid habeat alienum, restituat, et ad remedium animæ suæ pro facultatibus, quod in Domino ei placuerit, disponat: sed hæc suggerendo, omnis avaritiæ nota caveatur.

17 Hortetur denique, ut si convaluerit, ante omnia ad ecclesiam veniat, ubi Deo gratias agat de restituta valetudine, et sacram communionem pie suscipiat; ac deinceps meliorem vitæ disciplinam teneat.

18 Sequentes preces omnes, vel ex parte, prout tempus, et ægrotorum condicio feret, pro arbitrio Sacerdotis dici, vel omitti possunt.

19 Sacerdos igitur infirmi cubiculum ingressus, primum dicit:

℣. Pax huic dómui.
℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

20 Mox infirmum, et lectum ejus, et cubiculum aspergit aqua benedicta, dicens Antiphonam:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Deinde erga infirmum officium suum præstet, ut supra dictum est. Quo præstito, vel antequam discedat, dicere poterit supra infirmum Psalmum 50 Miserére, pag. 105, vel

Psalmus 90

Qui hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.

Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, et refúgium meum: * Deus meus sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * et a verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi: * et sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus: * non timébis a timóre noctúrno.

A sagítta volánte in die, a negótio perambulánte in ténebris: * ab incúrsu, et dæmónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille, et decem míllia a dextris tuis: * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis: * et retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, spes mea: * Altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum: * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit de te: * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te: * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem, et basilíscum ambulábis: * et conculcábis leónem et dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum: * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum: * cum ipso sum in tribulatióne: erípiam eum et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum: * et osténdam illi salutáre meum.

Glória Patri.

Postea dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**

℟. **Sed líbera nos a malo.**

℣. **Salvum (-am) fac servum tuum (ancíllam tuam).**

℟. **Deus meus, sperántem in te.**

℣. **Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.**

℟. **Et de Sion tuére eum (eam).**

℣. **Nihil proficiat inimicus in eo (ea).**

℟. **Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.**

℣. **Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.**

℟. **A fácie inimici.**

℣. **Dóminus opem ferat illi.**

℟. **Super lectum dolóris ejus.**

℣. **Dómine, exáudi oratiónem meam.**

℟. **Et clamor meus ad te véniat.**

℣. **Dóminus vobíscum.**

℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecatiónem nostram; ut nos, et hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam), quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

Deus, infirmitátis humánæ singuláre præsídium: auxílii tui super infírmum fámulum tuum (infírmam fámulam tuam) osténde virtútem; ut ope misericórdiæ tuæ adjútus (-a), Ecclésiæ tuæ sanctæ incólumis repræsentári mereátur.

Concéde hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam), quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper.

℟. Amen.

Deinde aspergit eum aqua benedicta.

21 Qui sequuntur Psalmi, et Evangelia, cum Precibus, pro temporis etiam opportunitate, et ægrotantium pio desiderio, Sacerdotis arbitrio dici poterunt.

Psalmus 6

Dómine, nc in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infírmus sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: * sed tu, Dómine, úsquequo?

Convértere, Dómine, et éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes lectum meum: * lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre ócu-

lus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me, omnes, qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam, * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubéscant, et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur et erubéscant valde velóciter.

Glória Patri.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum.
℟. Glória tibi, Dómine.

22 Dum Sacerdos dicit Sequéntia, etc., faciat signum crucis de more super se in fronte, ore et pectore, similiter super infirmum, si sit masculus, et is ob infirmitatem non possit se signare.

23 Si autem sit femina, dum Sacerdos se signat, illa per semetipsam in locis prædictis se signet, si possit: si vero non possit, alia mulier eam signet: et hoc idem in sequentibus Evangeliis servetur.

Matth. 8, 5-13

In illo témpore: Cum introísset Jesus Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio, rogans eum, et dicens: Dómine, puer meus jacet in domo paralýticus, et male torquétur. Et ait illi Jesus: Ego véniam et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait: Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílites, et dico huic: Vade, et vadit; et álii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen, dico vobis, non invéni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte et Occidénte vénient, et recúmbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno cælórum: fílii autem regni ejiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fletus et stridor déntium. Et dixit Jesus centurióni: Vade, et, sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, salus ætérna credéntium, exáudi nos pro infírmo fámulo tuo N. (infírma fámula tua N.), pro quo (qua) misericórdiæ tuæ implorá-

mus auxílium; ut, réddita sibi sanitáte, gratiárum tibi in Ecclésia tua réferat actiónes. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Psalmus 15

Consérva me, Dómine, quóniam sperávi in te. * Dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum: * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus, * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hereditátis meæ, et cálicis mei: * tu es, qui restítues hereditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris: * étenim heréditas mea præclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: * ínsuper et usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper: * quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum est cor meum, et exsultávit lingua mea: * ínsuper et caro mea requiéscet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno: * nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecísti vias vitæ, adimplébis me lætítia cum vultu tuo: * delectatiónes in déxtera tua usque in finem.

Glória Patri.

℣. **Dóminus vobíscum.**
℟. **Et cum spíritu tuo.**
℣. **Sequéntia sancti Evangélii secúndum Marcum.**
℟. **Glória tibi, Dómine.**

Marc. 16, 14.18

In illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus, et exprobrávit incredulitátem eórum, et duritiam cordis; quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et dixit eis: Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui crediderit, et baptizátus fúerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequéntur: In nómine meo dæmónia

ejícient: linguis loquéntur novis: serpéntes tollent: et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit: super ægros manus impónent, et bene habébunt.

Orémus. Oratio

Virtútum cæléstium Deus, qui ab humánis corpóribus omnem languórem, et omnem infirmitátem præcépti tui potestáte depéllis: adésto propítius huic fámulo tuo N. (fámulæ tuæ N.); ut, fugátis infirmitátibus, et víribus recéptis, nomen sanctum tuum, instauráta prótinus sanitáte, benedícat. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Psalmus 19

Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis: * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto: * et de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícii tui: * et holocáustum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secúndum cor tuum: * et omne consílium tuum confírmet.

Lætábimur in salutári tuo: * et in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas: * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.

Exáudiet illum de cælo sancto suo: * in potentátibus salus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, et hi in equis: * nos autem in nómine Dómini, Dei nostri, invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, et cecidérunt: * nos autem surréximus et erécti sumus.

Dómine, salvum fac regem: * et exáudi nos in die, qua invocavérimus te.

Glória Patri.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam.
℟. Glória tibi, Dómine.

Luc. 4, 38-40

In illo témpore: Surgens Jesus de synagóga, introívit in domum Simónis. Socrus autem Simónis tenebátur magnis fébribus: et rogavérunt illum pro ea. Et stans super illam, imperávit febri: et dimísit illam. Et contínuo

surgens, ministrábat illis. Cum autem sol occidísset, omnes, qui habébant infírmos váriis languóribus, ducébant illos ad eum. At ille síngulis manus impónens, curábat eos.

Orémus. Oratio

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, qui fragilitátem humánæ condiciónis, infúsa virtútis tuæ dignatióne, confírmas, ut salutáribus remédiis pietátis tuæ córpora nostra et mentes vegeténtur: super hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) propítius inténde; ut, omni necessitáte corpóreæ infirmitátis exclúsa, grátia in eo (ea) prístinæ sanitátis perfécte reparétur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Psalmus 85

Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me: * quóniam inops, et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: * lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, suávis, et mitis: * et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam: * et inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te: * quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis, Dómine: * et non est secúndum ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine: * et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: * tu es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, * et glorificábo nomen tuum in ætérnum:

Quia misericórdia tua magna est super me: * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam: * et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, * pátiens,

et multæ misericórdiæ, et verax,

Réspice in me, et miserére mei, * da impérium tuum púero tuo: et salvum fac fílium ancíllæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant, qui odérunt me, et confundántur: * quóniam tu, Dómine, adjuvísti me, et consolátus es me.

Glória Patri.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem.
℟. Glória tibi, Dómine.

Joann. 5, 1-14

In illo témpore: Erat dies festus Judæórum, et ascéndit Jesus Jerosólymam. Est autem Jerosólymis Probática piscína, quæ cognominátur hebráice Bethsáida, quinque pórticus habens. In his jacébat multitúdo magna languéntium, cæcórum, claudórum, aridórum exspectántium aquæ motum. Angelus autem Dómini descendébat secúndum tempus in piscínam, et movebátur aqua. Et, qui prior descendísset in piscínam post motiónem aquæ, sanus fiébat, a quacúmque detinebátur infirmitáte. Erat autem quidam homo ibi, trigínta et octo annos habens in infirmitáte sua. Hunc cum vidísset Jesus jacéntem, et cognovísset, quia jam multum tempus habéret, dicit ei: Vis sanus fíeri? Respóndit ei lánguidus: Dómine, hóminem non hábeo, ut, cum turbáta fúerit aqua, mittat me in piscínam: dum vénio enim ego, álius ante me descéndit. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabátum tuum, et ámbula. Et statim sanus factus est homo ille: et sústulit grabátum suum, et ambulábat. Erat autem sábbatum in die illo. Dicébant ergo Judæi illi, qui sanátus fúerat: Sábbatum est, non licet tibi tóllere grabátum tuum. Respóndit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabátum tuum, et ámbula. Interrogavérunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabátum tuum, et ámbula? Is autem, qui sanus fúerat efféctus, nesciébat, quis esset. Jesus enim declinávit a turba constitúta in loco. Póstea invénit eum Jesus in templo, et dixit illi:

Ecce, sanus factus es: jam noli peccáre, ne detérius tibi áliquid contingat.

Orémus. Oratio

Réspice, Dómine, fámulum tuum (fámulam tuam) in infirmitáte sui córporis laborántem, et ánimam réfove, quam creásti: ut, castigatiónibus emendátus(-a), contínuo se séntiat tua medicína salvátum(-am). Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Psalmus 90

Qui hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.

Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, et refúgium meum: * Deus meus sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * et a verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi: * et sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus: * non timébis a timóre noctúrno,

A sagítta volánte in die, a negótio perambulánte in ténebris: * ab incúrsu, et dæmónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille, et decem míllia a dextris tuis: * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis: * et retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, spes mea: * Altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum: * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit de te: * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te: * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem, et basilíscum ambulábis: * et conculcábis leónem et dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum: * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum: * cum ipso sum in tribulatióne: erípiam eum et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum: * et osténdam illi salutáre meum.

Glória Patri.

Orémus. Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, infirmitátem fámuli tui (fámulæ tuæ) propítius réspice: atque ad protegéndum eum (eam) déxteram tuæ majestátis exténde. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

24 Completa Oratione ultima, Sacerdos imponit dexteram manum super caput infirmi, et dicit:

Super ægros manus impónent, et bene habébunt. Jesus Maríæ Fílius, mundi salus, et Dóminus, méritis et intercessióne sanctórum Apostolórum suórum Petri et Pauli, et ómnium Sanctórum, sit tibi clemens et propítius. Amen.

Postea dicit:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem.

℟. Glória tibi, Dómine.

Joann. 1, 1-14

In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. (Hic genuflectitur) **Et Verbum caro factum est,** et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiæ, et veritátis. ℟. Deo grátias.

25 Postea benedicens infirmum subjungit, dicens:

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. ℟. Amen.

Deinde aspergit eum aqua benedicta.

26 Si sint plures infirmi in eodem cubiculo, vel loco, Preces et Orationes prædictæ dicuntur super eos in numero plurali. Quæ omnia etiam poterunt, arbitrio Sacerdotis, breviora fieri.

CAPUT 4

MODUS JUVANDI MORIENTES

1 Ingravescente morbo, Parochus infirmum frequentius visitabit, et ad salutem diligenter juvare non desinet: monebitque instante periculo se confestim vocari, ut in tempore præsto sit morienti, sumptoque sanctissimo Viatico, et sacra Unctione adhibita, si periculum immineat, statim commendationis animæ officium præstabit, de quo infra. Sed si tempus suppetat, sequentia pietatis officia præstare poterit, si ita expedire judicaverit, pro condicione personæ.

2 Ac primo, ut ægrotus Indulgentiam legitima auctoritate concessam consequi possit, eam illi reducat ad mentem, proponatque, quid ad eam consequendam agi debeat: præsertim, ut contrito corde sanctissimum nomen JESU semel, vel sæpius invocet.

3 Deinde hortetur infirmum, et excitet, ut dum mente viget, eliciat actus fidei, spei, et caritatis, aliarumque virtutum, nempe:

Ut firmiter credat omnes articulos fidei, et quidquid sancta Romana Ecclesia catholica et apostolica credit, et docet.

Ut speret, Christum Dominum nostrum pro sua immensa clementia sibi fore propitium; et merito ejus sanctissimæ passionis, et per intercessionem beatæ Mariæ et omnium Sanctorum, se vitam æternam consecuturum.

Ut toto corde diligat et maxime diligere cupiat Dominum Deum ea dilectione, qua illum diligunt Beati Sanctique omnes.

Ut ob amorem Dei doleat ex corde de omni offensa, qualitercumque contra Dominum Deum et proximum commissa.

Ut ex corde ob amorem Dei parcat omnibus, qui sibi quoquo modo fuerint molesti aut inimici.

Ut ab iis veniam postulet, quos aliquando dictis aut factis offendit.

Ut quem patitur dolorem et morbi molestiam, propter Deum in pœnitentiam peccatorum suorum patienter toleret.

Ut si Dominus sibi salutem corporis præstare dignabitur, proponat de cetero pro viribus suis a peccatis cavere, et ejus mandata servare.

4 Hortetur præterea, ut, eo modo quo potest, saltem ex corde, ita per intervalla precetur:

Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

In te, Dómine, sperávi: non confúndar in ætérnum.

In manus tuas, Dómine, comméndo spíritum meum: redemísti me, Dómine, Deus veritátis.

Deus, in adjutórium meum inténde: Dómine, ad adjuvándum me festína.

Esto mihi, Dómine, in Deum protectórem.

Deus, propítius esto mihi peccatóri.

Dulcíssime Dómine Jesu Christe, per virtútem sanctís-

simæ passiónis tuæ, récipe me in númerum electórum tuórum.

Dómine Jesu Christe, súscipe spíritum meum.

María, mater grátiæ, mater misericórdiæ, tu me ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.

Sancte Angele Dei, mihi custos assíste.

Omnes sancti Angeli et omnes Sancti, intercédite pro me et mihi succúrrite.

5 Hæc, et his similia poterit prudens Sacerdos vulgari, vel latino sermone, pro personæ captu, morienti suggerere.

Affectus moribundi

Slavice:

Fides „Pane, ku komu pôjdeme? Ty máš slová života večného, a my sme uverili a poznali, že Ty si Kristus, Syn Boží.“ (Ján. 6, 69. 70.)

Verím, že podstatne si jedon, ale v troch osobách, Boh Otec, Syn a Duch svätý.

„Verím, Pane, spomôž nevere mojej.“ (Mar. 9, 23.)

„Vieme, že vieš všetko“ (Ján. 16, 30.) a „tvoja reč je pravda.“ (Ján. 17, 17.)

Verím v cirkev, lebo „je stĺpom a pevnosťou pravdy“.

„I keby som mal umrieť s tebou, nezaprem ťa.“ (Mat. 26, 35.)

Spes „Dobrotivý si ty“ (Žalm. 118, 68.) a „milosti tvojej, Pane, plná je zem.“ (Žalm. 118, 64.)

„Ja v tebe dúfam, Pane, ja riekam: Môj Boh si ty. O Pane, nech nebudem zahanbený, veď teba vzývam.“ (Žalm. 30, 15. 17.)

„Ku tebe volám, Pane, rieknúc: Ty si nádej moja, podiel môj na zemi živých.“ (Žalm. 141, 6.)

„Keby som aj chodil prostred tône smrti, nebojím sa zlého: lebo ty si so mnou.“ (Žalm. 22, 4.)

„Ty si môj pomocník a môj ochranca; a v tvojich slovách úfam veľmi.“ (Žalm. 118, 114.)

„Spas, ó môj Bože, svojho služobníka, ktorý dúfa v tebe.“ (Žalm. 85, 2.)

„V tebe, o Pane, dúfam, nedaj mi zahanbeným byť na veky.“ (Žalm. 30, 2.)

Caritas „Moja duša žiť chce jemu.“ (Žalm. 21, 31.)

„Pán je diel dedictva mojho a kalicha mojho.“ (Žalm. 15, 5.)

„Jako jeleň túži po prameni vôd, tak túži duša moja po tebe, Bože.“ (Žalm. 41, 2.)

„Pane, ty vieš, že ťa milujem.“ (Ján. 21, 15.)

„Istý som, že ani smrť, ani život . . . . nás neodlúči od lásky Božej.“ (Rím. 8, 38. 39.)

„O Bože! neskoro som ťa miloval, dávna a predsa tak nová kráso, neskoro som ťa miloval. Beda času, v ktorom som ťa nemiloval.“ (Sv. Augustin.)

„O môj Bože, hľa milujem ťa; a jestli ťa málo milujem, daj, aby som ťa viac miloval.“ (Sv. Augustin.)

Contritio „Smiluj sa nado mnou, Bože, podľa svojho veľkého milosrdenstva: a dľa množstva svojich sľutovaní shlaď neprávosť moju.“ (Žalm. 50, 3.)

„Obmy ma a nad sňah budem belší.“ (Žalm. 50, 9.)

„Nezavrhni ma od svojej tvári, a svätého svojho ducha neodnímaj odo mňa.“ (Žalm. 50, 13.)

„Páľ moje ľadviny a moje srdce.“ (Žalm. 25, 2.)

„Neodvracaj tvári svojej odo mňa ... buď mojím pomocníkom, ani nepohŕdaj mnou ... o Bože môj Spasiteľu!“ (Žalm. 26, 9.)

Voluntas Dei „Pán dal, Pán vzal; ako sa ľúbilo Pánu, tak sa stalo; buď požehnané meno Pánovo.“ (Job 1, 21.)

„Hotové je srdce moje, Bože, hotové je srdce moje.“ (Žalm. 56, 8.)

„V tvojich rukách sú osúdy moje.“ (Žalm. 30, 16.)

„Otče môj! ak je možno, nech ma pominie tento kalich: avšak nie ako ja chcem, ale ako ty.“ (Mat. 26, 39.)

„Keď rozvážim všetky hriechy, ktoré som spáchal o mnoho menšie je, čo teraz trpím, a o mnoho väčšie je to, čo som už od dávna zaslúžil.“ (Sv. Gregor V.)

Ó Ježišu, smilovanie! (100 dní odpust.)

Najsladší Ježišu, nebuď mojím sudcom, ale spasiteľom. (50 dní odpust.)

Ježišu, Bože môj, nadovšetko ťa milujem. (50 dní odpust.)

Ježiš, Maria, Jozef, vám darujem srdce a dušu svoju.

Ježiš, Maria, Jozef, pomáhajte mi v smrteľnom zápase.

Ježiš, Maria, Jozef, s vami v pokoji nech opustím svet. (300 dní odpust.)

„Otče, do rúk tvojich porúčam ducha svojho!“ (Luk. 23, 46.)

Germanice:

Fides „Herr, zu wem sollen wir gehen? Du hast Worte des ewigen Lebens. Und wir haben geglaubt und erkannt, daß Du bist Christus, der Sohn Gottes.“ (Joh 6, 69. 70.)

Ich glaube an Dich, mein Gott, Vater, Sohn und Heiliger Geist.

„Ich glaube. Herr, hilf meinem Unglauben!“ (Mk 9, 23.)

„Wir wissen, daß Du alles weißt“, (Joh 16, 30) und „Dein Wort ist die Wahrheit“. (Joh 17, 17.)

Ich glaube eine heilige Kirche, die da ist der Wahrheit Grundpfeiler und Stütze.

„Wenn ich auch mit Dir sterben müßte, würde ich Dich doch nicht verleugnen.“ (Mt 26, 35.)

Spes „Du bist gut.“ (Ps 118, 68.) „Die Erde, o Herr, ist voll von Deiner Barmherzigkeit.“ (Ps 118, 64.)

„Ich habe auf Dich gehofft, o Herr, und gesagt: Mein Gott bist Du. Herr, laß mich nicht zuschanden werden, denn ich habe Dich angerufen.“ (Ps 30, 15. 17.)

„Zu Dir rufe ich, Herr, und spreche: Du bist meine Hoffnung, mein Teil im Lande der Lebendigen.“ (Ps 141, 6.)

„Wenn ich auch wandle mitten im Todesschatten, so will ich nichts Übles fürchten, weil Du bei mir bist.“ (Ps 22, 4.)

„Du bist meine Hilfe und meine Zuflucht und auf Dein Wort hoff ich ganz und gar.“ (Ps 118, 114.)

„Hilf, mein Gott, Deinem Knechte, der auf Dich hoffet.“ (Ps 85, 2.)

„Auf Dich, Herr, hoff ich, laß mich nimmermehr zuschanden werden.“ (Ps 30, 2.)

Caritas „Meine Seele wird ihm leben.“ (Ps 21, 31.)

„Der Herr ist der Erbteil meines Bechers.“ (Ps 15, 5.)

„Gleichwie ein Hirsch verlangt nach Wasserquellen, also verlanget meine Seele nach Dir, o Gott.“ (Ps 41, 2.)

„Herr, Du weißt, daß ich Dich liebe.“ (Joh 21, 15.)

„Ich bin versichert, daß weder Tod noch Leben . . . . es vermag, uns zu scheiden von der Liebe Gottes.“ (Rom 8, 38. 39.)

„O Gott, spät fing ich an, Dich zu lieben, Du alte und doch immer neue Schönheit, spät fing ich an, Dich zu lieben. Wehe der Zeit, wo ich Dich nicht liebte.“ (S. Augustin.)

„Herr, nun liebe ich Dich, und wenn meine Liebe noch schwach ist, gib, daß ich Dich noch mehr liebe.“ (S. Augustin.)

Contritio „Erbarme Dich meiner, o Gott, nach Deiner großen Barmherzigkeit, und nach der Menge Deiner Erbarmnisse tilge meine Missetat.“ (Ps 50, 3.)

„Wasche mich, so werde ich weißer als der Schnee.“ (Ps 50, 9.)

„Verwirf mich nicht von Deinem Angesicht, und Deinen Heiligen Geist nimm nicht von mir.“ (Ps 50, 13.)

„Erforsche mit Feuer meine Nieren und mein Herz.“ (Ps 25, 2.)

„Wende nicht weg Dein Angesicht von mir .... sei Du mein Helfer; verlaß mich nicht, o Gott, mein Heiland.“ (Ps 26, 9.)

Voluntas Dei „Der Herr hat's gegeben, der Herr hat's genommen. Wie es dem Herrn gefallen hat, also ist es geschehen. Der Name des Herrn sei gebenedeit.“ (Job 1, 21.)

„Bereit ist mein Herz, o Gott, bereit ist mein Herz.“ (Ps 56, 8.)

„In Deinen Händen ist mein Schicksal.“ (Ps 30, 16.)

„Mein Vater, wenn es möglich ist, so gehe dieser Kelch vor mir vorüber; doch nicht wie ich will, sondern wie Du willst.“ (Mt 26, 39.)

„Wenn ich all meine begangenen Sünden erwäge, so finde ich, daß ich weniger leide als ich verdiene und viel größere Leiden verdient hätte.“ (Sacram. S. Gregorii.)

Mein Jesus, Barmherzigkeit! (100 Tage Ablaß.)

Süßer Jesus, sei mir nicht Richter, sondern Erlöser. (50 Tage Ablaß.)

Jesus, mein Gott, ich liebe Dich über alles. (50 Tage Ablaß.)

Jesus, Maria, Joseph, euch schenke ich mein Herz und meine Seele.

Jesus, Maria, Joseph, stehet mir bei im Todeskampfe.

Jesus, Maria, Joseph, mit euch möge ich in Frieden scheiden. (300 Tage Ablaß.)

„Vater, in Deine Hände befehle ich meinen Geist!“ (Lk 23, 46.)

Hungarice:

Fides „Uram, kihez menjünk? Az örök élet igéi nálad vannak. És mi elhittük és megismertük, hogy te vagy Krisztus, az Isten Fia.“ (János 6, 69—70.)

Hiszem, hogy egy vagy lényegedben és három személyedben, Atya, Fiú és Szentlélek-Isten.

„Hiszek, Uram, segíts az én hitetlenségemen!“ (Mark. 9, 23.)

„Tudjuk, hogy mindeneket tudsz“ (János 16, 30.) és „a te beszéded igazság.“ (János 17, 17.)

Hiszek az anyaszentegyházban, mert „az igazság oszlopa és erőssége.“

„Ha meg kell halnom is veled, nem tagadlak meg téged.“ (Máté 26, 35.)

Spes „Jó vagy te“ (118. Zsolt. 68.) és „a te irgalmasságoddal, Uram, teljes a föld.“ (U. o. 64.)

„Tebenned biztam, Uram, s mondtam: Te vagy az én Istenem! Uram, ne szégyenüljek meg, mert segítségül hittalak Téged.“ (30. Zsolt. 15. 17.)

„Hozzád, kiáltok, Uram, mondván: Te vagy reménységem, osztályrészem az élők földén.“ (141. Zsolt. 6.)

„Ha a halál árnyéka közepett járok is, nem félek roszszaktól: mivel te velem vagy.“ (22. Zsolt. 4.)

„Segítőm és ótalmazóm vagy te: és igédben fölötte bizom.“ (118. Zsolt. 114.)

„Szabadítsd meg benned bizó szolgádat, én Istenem.“ (85. Zsolt. 2.)

„Tebenned bizom Uram, ne szégyenüljek meg mindörökké.“ (30. Zsolt. 2.)

Caritas „Az én lelkem neki él.“ (21. Zsolt. 31.)

„Az Ur az én örökségem és kelyhem része.“ (15. Zsolt. 5.)

„A mint kivánkozik a szarvas a vizforrásokhoz, úgy kivánkozik lelkem tehozzád, Isten.“ (41. Zsolt. 2.)

„Uram, te tudod, hogy szeretlek téged.“ (János 21. 15.)

„Bizonyos vagyok, hogy sem halál, sem élet . . . . el nem szakaszthat minket az Isten szeretetétől.“ (Róm. 8. 38. 39.)

„O Isten! későn szerettelek, régi és mégis oly új szépség, későn szerettelek. Jaj az időnek, mikor nem szerettelek.“ (Sz. Ágoston.)

„Istenem, ime szeretlek; s ha kevéssé szeretlek, add, hogy jobban szeresselek. (Sz. Ágoston.)

Contritio „Könyörülj rajtam, Isten! a te nagy irgalmasságod szerint; és könyörületed sokasága szerint töröld el gonoszságomat.“ (50. Zsolt. 3.)

„Moss meg engem és a hónál fehérebb leszek.“ (U. o. 9.)

„Ne vess el engem szined elől és szent lelkedet ne vedd el tőlem.“ (U. o. 13.)

„Égesd veséimet és szivemet.“ (25. Zsolt. 2.)

„Ne fordítsd el tőlem orczádat . . . légy segítőm, ne hagyj el engem . . . . én Üdvözitő Istenem!“ (26. Zsolt. 9.)

Voluntas Dei „Az Ur adta, az Ur elvette; a mint az Urnak tetszett, úgy lőn: legyen áldott az Ur neve.“ (Jób. 1, 21.)

„Kész az én szivem, Isten! kész az én szivem!“ (56. Zsolt. 8.)

„Kezeidben az én sorsom.“ (30. Zsolt. 16.)

„Atyám! ha lehetséges, múljék el a pohár tőlem; mindazonáltal nem a mint én akarom, hanem a mint te.“ (Máté 26. 39.)

„Ha mindama bűnöket elgondolom, melyeket elkövettem, sokkal csekélyebb, a mit most szenvedek, és sokkal nagyobb, a mit már régóta megérdemeltem." (Sacrament. s. Gregorii M.)

Jézusom, irgalom! (100 n. búcsú.)

Édes Jézus! ne légy biróm, de megváltóm. (50 n. búcsú.)

Jézusom, Istenem, mindenek fölött szeretlek. (50 n. búcsú.)

Jézus, Mária és József, Nektek ajándékozom szivemet, lelkemet.

Jézus, Mária és József, legyetek segítségemre a halál tusájában.

Jézus, Mária és József, veletek békében múljak ki a világból. (300 n. búcsú.)

„Atyám, a te kezeidbe ajánlom az én lelkemet!" (Luk. 23. 46.)

CAPUT 5

RITUS BENEDICTIONIS APOSTOLICÆ CUM INDULGENTIA PLENARIA IN ARTICULO MORTIS

1 Benedictio Apostolica cum indulgentia plenaria in articulo mortis cum soleat impertiri post Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ et Extremæ Unctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis; impertienda iisdem est, etiam si postea linguæ, ceterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel amentiam inciderint. Excommunicatis vero, impœnitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.

2 Parochus aliusve Sacerdos, qui infirmo assistat, superpelliceo et stola violacea indutus, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic dómui, etc., ac deinde ægrotum, cubiculum, et circumstantes aspergat aqua benedicta, dicendo Antiphonam: Aspérges me, etc.

3 Quod si ægrotus velit confiteri, audiat illum, et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus Benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat, atque hortetur, ut sanctissimum nomen Jesu, corde saltem, invocet, morbi incommoda ac dolores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum, quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit. Actum hunc his verbis dicere poterit:

Slavice:

Otče, buď vôľa Tvoja! Pokrm môj je, plniť vôľu Otca mojho, jako ju plnil Ježiš Boh a Spasiteľ môj. O Ježišu môj, Ježišu môj! Amen.

Germanice:

Vater, Dein Wille geschehe! Ich will das tun, was Christus, der Herr, getan hat; ich will vollbringen den Willen des himmlischen Vaters! Jesus, mein Jesus! Amen.

Hungarice:

Atyám, legyen meg a te akaratod! Ugy teszek én is mint Jézus, Édes Üdvözítőm; teljesítem mindenben mennyei Atyám akaratát. Jézus, Jézus, Jézus!

4 Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore, ut ex divinæ munificentiæ largitate jam pœnarum remissionem, et vitam sit consecuturus æternam.

5 Postea dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Ant. Ne reminiscáris, Dómine, delicta fámuli tui (ancillæ tuæ), neque vindictam sumas de peccátis ejus.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster secreto usque ad
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvum (-am) fac servum tuum (ancillam tuam).
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Clementíssime Deus, Pater misericordiárum et Deus totíus consolatiónis, qui néminem vis perire in te credéntem atque sperántem: secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum réspice propítius fámulum tuum N., quem (fámulam tuam N., quam) tibi vera fides et spes christiána comméndant. Vísita eum (eam) in salutári

tuo, et, per Unigéniti tui passiónem et mortem, ómnium ei delictórum suórum remissiónem et véniam cleménter indúlge; ut ejus ánima in hora éxitus sui te júdicem propitiátum invéniat, et, in sánguine ejúsdem Fílii tui ab omni mácula ablúta, transíre ad vitam mereátur perpétuam. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

6 Tunc, dicto ab uno e Clericis astantibus Confíteor, Sacerdos dicat: Misereátur et Indulgéntiam, ac deinde:

Dóminus noster Jesus Christus, Fílius Dei vivi, qui beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, per suam piíssimam misericórdiam recípiat confessiónem tuam, et restítuat tibi stolam primam, quam in baptísmate recepísti. Et ego, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissiónem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. ℟. Amen.

Per sacrosáncta humánæ reparatiónis mystéria remíttat tibi omnípotens Deus omnes præséntis et futúræ vitæ pœnas, paradísi portas apériat, et ad gáudia sempitérna perdúcat. ℟. Amen.

Benedícat te omnípotens Deus, Pater, et Fílius, ✠ et Spíritus Sanctus. ℟. Amen.

7 Si vero infírmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum suppetat tempus, statim Sacerdos benedictionem ei impertiatur, dicendo:

Ego, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissiónem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. ℟. Amen.

Per sacrosáncta, etc., ut supra.

Benedícat te, etc., ut supra.

In casu vero necessitates sufficit dicere:

Ego, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissiónem ómnium peccatórum tibi concédo, et benedíco te. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. ℟. Amen.

8 Quando hujusmodi Benedictio Apostolica pluribus simul infirmis impertitur, omnia dicuntur semel ut supra, singulari tantum numero in pluralem immutato.

9 Deinde Sacerdos preces ad commendationem, quanta poterit majori devotione, dicat, admoneatque domesticos et circumstantes, ut simul orent pro moriente animæ.

10 Si ægroto in mortis articulo constituto ad semel administrentur Sacramentum Pœnitentiæ, Altaris, et Extremæ Unctionis, necnon eidem simul impertiatur Benedictio Apostolica, tunc sequentes permittuntur abbreviationes:

a) Sacerdos has functiones obiens ad aspersionem ægroti et ejus cubiculi cum aqua benedicta dicat: **Aspérges me, Dómine, hyssópo et mundábor: lavábis me et super nivem dealbábor. Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam. Glória Patri . . . Sicut erat. Aspérges me, etc.** Reliquos vero sequentes Versiculos cum Responsoriis et Orationes omittere potest.

b) Ad Sacramenta Altaris et Extremæ Unctionis, necnon ad Benedictionem Apostolicam **Confíteor, Misereátur, Indulgéntiam** dicatur semel, et quidem ad S. Communionem.

c) Administrato sueto ritu Sacramento Extremæ Unctionis sufficit dicere: **Kýrie, eléison, Christe, eléison, Kýrie, eléison. Pater noster, etc. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo . . .** et reliquos Versiculos cum suis Responsoriis, necnon cum unica Oratione **Réspice, quæsumus, Dómine, fámulum (-am) tuum (-am) in infirmitáte sui córporis fatiscéntem etc.,** omissa prima et tertia Oratione.

d) Ad Benedictionem Apostolicam Sacerdos post præscriptam admonitionem infirmi, omissis præviis precibus statim potest incipere: **Dóminus noster Jesus Christus, fílius Dei vivi, qui beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, etc.,** dein prosequatur **Per sacrosáncta humánæ reparatiónis mystéria, etc.;** tandem finiat: **Benedícat te omnípotens Deus, Pater, et Fílius, ✠ et Spíritus Sanctus. Amen.**

CAPUT 6

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ

1 Parochus, ad decedentis animæ commendationem accedens, Clericum saltem unum, si possit, secum habeat, qui deferat vasculum aquæ benedictæ, superpelliceum et stolam violaceam, quibus ipse Sacerdos ante infirmi cubiculum indutus, locum ingrediens, dicit:

℣. **Pax huic dómui.**
℟. **Et ómnibus habitántibus in ea.**

Deinde aspergit ægrotum, lectum, et circumstantes aqua benedicta, dicens:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

2 Postea Salvatoris nostri crucifixi imaginem ægroto osculandam præbet, verbis efficacibus eum ad spem æternæ salutis erigens, ipsamque imaginem coram eo ponit, ut illam aspiciens, salutis suæ spem sumat.

3 Deinde, accensa candela, genibus flexis, cum omnibus circumstantibus breves Litanias devote recitat, in hunc modum:

Kýrie, eléison.
Christe, eléison.
Kýrie, eléison.
Sancta María, ora pro eo (ea).
Omnes sancti Angeli et Archángeli, oráte pro eo (ea).
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus Justórum, ora.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Joánnes Baptísta, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Laurénti, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Francísce, ora.
Sancte Camílle, ora.
Sancte Joánnes de Deo, ora.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Lúcia, ora.

Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro eo (ea).
Propítius esto, parce ei, Dómine.
Propítius esto, líbera eum (eam), Dómine.
Propítius esto, líbera eum (eam), Dómine.
Ab ira tua, líbera.
A perículo mortis, líbera.
A mala morte, líbera.
A pœnis inférni, líbera.
Ab omni malo, líbera.
A potestáte diáboli, líbera.
Per nativitátem tuam, líbera.
Per crucem et passiónem tuam, líbera.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera.
Per gloriósam resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem ascensiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritus Sancti Paráclíti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, te rogámus, audi nos.
Ut ei parcas, te rogámus, audi nos.
Kýrie, eléison. Christe, eléison.
Kýrie, eléison.

℣ Deinde, cum in agone sui exitus anima anxiatur, dicuntur sequentes Orationes.

Oratio

Proficíscere, ánima christiána, de hoc mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit: in nómine Jesu Christi, Fílii Dei vivi, qui pro te passus est: in nómine Spíritus Sancti, qui in te effúsus est; in nómine gloriósæ et sanctæ Dei Genitrícis Vírginis Maríæ; in nómine beáti Joseph, ínclyti ejúsdem Vírginis Sponsi; in nómine Angelórum et Archangelórum; in nómine Thronórum et Dominatiónum; in nómine Principátuum et Potestátum; in nómine Virtútum, Chérubim et Séraphim; in nómine Patriarchárum et Prophetárum; in nómine sanctórum Apostolórum et Evangelistárum; in nómine sanctórum Mártyrum et Confessórum; in nómine sanctórum Monachórum et Eremitárum; in nómine sanctárum Vírginum, et ómnium Sanctórum et Sanctárum Dei; hódie sit in pace locus tuus, et habitátio tua in sancta Sion. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

Oratio

Deus miséricors, Deus clemens, Deus, qui secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, et præteritórum críminum culpas vénia remissiónis evácuas: réspice propítius super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.), et remissiónem ómnium peccatórum suórum tota cordis confessióne poscéntem deprecátus exáudi. Rénova in eo (ea), piissime Pater, quidquid terréna fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabólica fraude violátum est: et unitáti córporis Ecclésiæ membrum redemptiónis annécte. Miserére, Dómine, gemítuum, miserére lacrimárum ejus; et non habéntem fidúciam, nisi in tua misericórdia, ad tuæ Sacraméntum reconciliatiónis admítte. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Comméndo te omnipoténti Deo, carissime frater (carissima soror), et ei, cujus es creatúra, committo; ut, cum humanitátis débitum morte interveniénte persólveris, ad Auctórem tuum, qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egrediénti itaque ánimæ tuæ de córpore spléndidus Angelórum cœtus occúrrat: judex Apostolórum tibi senátus advéniat: candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet: liliáta rutilántium te Confessórum turma circúmdet: jubiléntium te Vírginum chorus excípiat, et beátæ quiétis in sinu Patriarchárum te compléxus astríngat: sanctus Joseph, moriéntium Patrónus dulcissimus, in magnam spem te érigat: sancta Dei Génitrix Virgo María suos benígna óculos ad te convértat: mitis, atque festívus Christi Jesu tibi aspéctus appáreat, qui te inter assisténtes sibi júgiter interésse decérnat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod stridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus sátanas cum satellítibus suis: in advéntu tuo, te comitántibus Angelis, contremíscat, atque in ætérnæ noctis chaos immáne diffúgiat. Ex-

súrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus, et fúgiant, qui odérunt eum, a fácie ejus. Sicut déficit fumus, defíciant: sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei. Et justi epuléntur, et exsúltent in conspéctu Dei. Confundántur ígitur et erubéscant omnes tartáreæ legiónes, et ministri sátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te a cruciátu Christus, qui pro te crucifíxus est. Líberet te ab ætérna morte Christus, qui pro te mori dignátus est. Constítuat te Christus, Filius Dei vivi, intra paradísi sui semper amœna viréntia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnóscat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te absólvat, atque ad déxteram suam in electórum suórum te sorte constítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas, et præsens semper assístens, manifestíssimam beátis óculis aspícias veritátem. Constitútus (-a) ígitur inter ágmina Beatórum, contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Oratio

Súscipe, Dómine, servum tuum (ancíllam tuam) in locum sperándæ sibi salvatiónis a misericórdia tua.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ) ex ómnibus periculis inférni, et de láqueis pœnárum, et ex ómnibus tribulatiónibus.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Henoch et Elíam de commúni morte mundi.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Noe de dilúvio.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Abraham de Ur Chaldæórum.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Job de passiónibus suis.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Isaac de hóstia, et de manu patris sui Abrahæ.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Lot de Sódomis, et de flamma ignis.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Móysen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Daniélem de lacu leónum.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti tres púeros de camino ignis ardéntis, et de manu regis iniqui.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Susánnam de falso crimine.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti David de manu regis Saul, et de manu Golíæ.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Petrum et Paulum de carcéribus.

℟. Amen.

Et sicut beatíssimam Theclam Vírginem et Mártyrem tuam de tribus atrocíssimis torméntis liberásti, sic liberáre dignéris ánimam hujus servi tui (ancíllæ tuæ), et tecum fácias in bonis congaudére cæléstibus.

℟. Amen.

Oratio

Commendámus tibi, Dómine, ánimam fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), precamúrque te, Dómine Jesu

Christe, Salvátor mundi: ut, propter quam ad terram misericórditer descendísti, Patriarchárum tuórum sínibus insinuáre non rénuas. Agnósce, Dómine, creatúram tuam, non a diis aliénis creátam, sed a te, solo Deo vivo et vero; quia non est álius Deus præter te, et non est secúndum ópera tua. Lætífica, Dómine, ánimam ejus in conspéctu tuo; et ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum et ebrietátum, quas suscitávit furor sive fervor mali desidérii. Licet enim peccáverit, tamen Patrem, et Fílium, et Spíritum Sanctum non negávit, sed crédidit; et zelum Dei in se hábuit, et Deum, qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

Oratio

Delícta juventútis et ignorántias ejus, quæsumus, ne memíneris, Dómine; sed secúndum magnam misericórdiam tuam memor esto illíus in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cæli, collæténtur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, servum tuum (ancillam tuam) súscipe. Suscípiat eum (eam) sanctus Michael Archángelus Dei, qui milítiæ cæléstis méruit principátum. Véniant illi óbviam sancti Angeli Dei, et perdúcant eum (eam) in civitátem cæléstem Jerúsalem. Suscípiat eum (eam) beátus Petrus Apóstolus, cui a Deo claves regni cæléstis tráditæ sunt. Adjuvet eum (eam) sanctus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electiónis. Intercédat pro eo (ea) sanctus Joánnes eléctus Dei Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cæléstia. Orent pro eo (ea) omnes sancti Apóstoli, quibus a Dómino data est potéstas ligándi atque solvéndi. Intercédant pro eo (ea) omnes Sancti et Elécti Dei, qui pro Christi nómine torménta in hoc sæculo sustinuérunt: ut, vínculis carnis exútus (-a), pervenire mereátur ad glóriam regni cæléstis, præstánte Dómino nostro Jesu Christo: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Oratio

Clementíssima Virgo Dei Génitrix María, mæréntium piissima consolátrix, fámuli N. (fámulæ N.) spíritum Fílio suo comméndet, ut, hoc matérno intervéntu, terróres mortis non tímeat; sed desiderátam cæléstis pátriæ mansiónem, ea cómite, lætus (-a) ádeat.

℟. Amen.

Oratio

Ad te confúgio, sancte Joseph, Patróne moriéntium, tibique, in cujus beáto tránsitu vígiles astitérunt Jesus et María, per hoc utrúmque caríssimum pignus, ánimam hujus fámuli N. (fámulæ N.), in extrémo agóne laborántem, enixe comméndo, ut ab insídiis diáboli, et a morte perpétua, te protegénte, liberétur, et ad gáudia ætérna pervenire mereátur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

5 Si vero diutius laboret anima, poterit legi super ægrotum hoc Evangelium S. Joannis.

Joann. 17, 1-26

Sublevátis óculis in cælum, Jesus dixit: Pater, venit hora, clarífica Fílium tuum, ut Fílius tuus clarificet te: sicut dedísti ei potestátem omnis carnis, ut omne, quod dedísti ei, det eis vitam ætérnam. Hæc est autem vita ætérna: ut cognóscant te, solum Deum verum, et quem misísti Jesum Christum. Ego te clarificávi super terram: opus consummávi, quod dedísti mihi, ut fáciam, et nunc clarífica me tu, Pater, apud temetípsum, claritáte, quam hábui, priúsquam mundus esset, apud te. Manifestávi nomen tuum homínibus, quos dedísti mihi de mundo: tui erant, et mihi eos dedísti: et sermónem tuum servavérunt. Nunc cognovérunt, quia ómnia, quæ dedísti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedísti mihi, dedi eis: et ipsi accepérunt, et cognovérunt vere quia a te exívi, et credidérunt quia tu me misísti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed

pro his, quos dedísti mihi: quia tui sunt: et mea ómnia tua sunt, et tua mea sunt: et clarificátus sum in eis. Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te vénio. Pater sancte, serva eos in nómine tuo, quos dedísti mihi: ut sint unum, sicut et nos. Cum essem cum eis, ego servábam eos in nómine tuo. Quos dedísti mihi, custodívi: et nemo ex eis périit, nisi fílius perditiónis, ut Scriptúra impleátur. Nunc autem ad te vénio: et hæc loquor in mundo, ut hábeant gáudium meum implétum in semetípsis. Ego dedi eis sermónem tuum, et mundus eos ódio hábuit, quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo. Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo. Sanctífica eos in veritáte. Sermo tuus véritas est. Sicut tu me misísti in mundum, et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctífico meípsum: ut sint et ipsi sanctificáti in veritáte. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis, qui creditúri sunt per verbum eórum in me: ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misísti. Et ego claritátem, quam dedísti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me: ut sint consummáti in unum: et cognóscat mundus, quia tu me misísti, et dilexísti eos, sicut et me dilexísti. Pater, quos dedísti mihi, volo, ut ubi sum ego, et illi sint mecum: ut vídeant claritátem meam, quam dedísti mihi: quia dilexísti me ante constitutiónem mundi. Pater juste, mundus te non cognóvit: ego autem te cognóvi, et hi cognovérunt, quia tu me misísti. Et notum feci eis nomen tuum, et notum fáciam: ut diléctio, qua dilexísti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi secúndum Joánnem

Joann. 18, 1-40; 19, 1-42

In illo témpore: Egréssus est Jesus cum discípulis suis trans torréntem Cedron, ubi erat hortus, in quem introívit ipse et discípuli ejus. Sciébat autem et Judas, qui

tradébat eum, locum: quia frequénter Jesus convénerat illuc cum discípulis suis. Judas ergo cum accepísset cohórtem, et a pontifícibus et pharisæis ministros, venit illuc cum latérnis, et fácibus, et armis. Jesus ítaque sciens ómnia, quæ ventúra erant super eum, procéssit, et dixit eis: Quem quæritis? Respondérunt ei: Jesum Nazarénum. Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem et Judas, qui tradébat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum: abiérunt retrórsum, et cecidérunt in terram. Iterum ergo interrogávit eos: Quem quæritis? Illi autem dixérunt: Jesum Nazarénum. Respóndit Jesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sínite hos abíre. Ut implerétur sermo, quem dixit: Quia quos dedísti mihi, non pérdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gládium edúxit eum: et percússit pontificis servum: et abscídit aurículam ejus déxteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gládium tuum in vaginam. Cálicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? Cohors ergo et tribúnus et ministri Judæórum comprehendérunt Jesum, et ligavérunt eum: et adduxérunt eum ad Annam primum; erat enim socer Cáiphæ, qui erat póntifex anni illíus. Erat autem Cáiphas, qui consílium déderat Judæis: Quia éxpedit, unum hóminem mori pro pópulo. Sequebátur autem Jesum Simon Petrus et álius discípulus. Discípulus autem ille erat notus pontífici, et introívit cum Jesu in átrium pontificis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exívit ergo discípulus álius, qui erat notus pontífici, et dixit ostiáriæ: et introdúxit Petrum. Dicit ergo Petro ancílla ostiária: Numquid et tu ex discípulis es hóminis istíus? Dicit ille: Non sum. Stabant autem servi et ministri ad prunas, quia frigus erat, et calefaciébant se: erat autem cum eis et Petrus stans, et calefáciens se. Póntifex ergo interrogávit Jesum de discípulis suis et de doctrína ejus. Respóndit ei Jesus: Ego palam locútus sum mundo: ego semper dócui in synagóga et in templo, quo omnes Judæi convéniunt: et in occúlto locútus sum nihil. Quid

me intérrogas? intérroga eos, qui audiérunt, quid locútus sim ipsis: ecce, hi sciunt, quæ díxerim ego. Hæc autem cum dixísset, unus assístens ministrórum dedit álapam Jesu, dicens: Sic respóndes pontífici? Respóndit ei Jesus: Si male locútus sum, testimónium pérhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligátum ad Cáipham pontíficem. Erat autem Simon Petrus stans et calefáciens se. Dixérunt ergo ei: Numquid et tu ex discípulis ejus es? Negávit ille et dixit: Non sum. Dicit ei unus ex servis pontíficis, cognátus ejus, cujus abscídit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negávit Petrus: et statim gallus cantávit. Addúcunt ergo Jesum a Cáipha in prætórium. Erat autem mane: et ipsi non introiérunt in prætórium, ut non contaminaréntur, sed ut manducárent pascha. Exívit ergo Pilátus ad eos foras et dixit: Quam accusatiónem affértis advérsus hóminem hunc? Respondérunt et dixérunt ei: Si non esset hic malefáctor, non tibi tradidissémus eum. Dixit ergo eis Pilátus: Accípite eum vos, et secúndum legem vestram judicáte eum. Dixérunt ergo ei Judæi: Nobis non licet interfícere quemquam. Ut sermo Jesu implerétur, quem dixit, significans, qua morte esset moritúrus. Introívit ergo íterum in prætórium Pilátus, et vocávit Jesum, et dixit ei: Tu es Rex Judæórum? Respóndit Jesus: A temetípso hoc dicis, an álii dixérunt tibi de me? Respóndit Pilátus: Numquid ego Judæus sum? Gens tua et pontífices tradidérunt te mihi: quid fecísti? Respóndit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei útique decertárent, ut non tráderer Judæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit ítaque ei Pilátus: Ergo Rex es tu? Respóndit Jesus: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritáti: omnis, qui est ex veritáte, audit vocem meam. Dicit ei Pilátus: Quid est véritas? Et cum hoc dixísset, íterum exívit ad Judæos, et dicit eis: Ego nullam invénio in eo

causam. Est autem consuetúdo vobis, ut unum dimíttam vobis in Pascha: vultis ergo dimíttam vobis Regem Judæórum? Clamavérunt ergo rursum omnes, dicéntes: Non hunc, sed Barábbam. Erat autem Barábbas latro. Tunc ergo apprehéndit Pilátus Jesum et flagellávit. Et mílites plecténtes corónam de spinis, imposuérunt cápiti ejus: et veste purpúrea circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, et dicébant: Ave, Rex Judæórum. Et dabant ei álapas. Exívit ergo íterum Pilátus foras et dicit eis: Ecce, addúco vobis eum foras, ut cognoscátis, quia nullam invénio in eo causam. (Exívit ergo Jesus portans corónam spíneam et purpúreum vestiméntum.) Et dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum pontífices et ministri, clamábant, dicéntes: Crucifíge, crucifíge eum. Dicit eis Pilátus: Accípite eum vos et crucifígite: ego enim non invénio in eo causam. Respondérunt ei Judæi: Nos legem habémus, et secúndum legem debet mori, quia Fílium Dei se fecit. Cum ergo audísset Pilátus hunc sermónem, magis tímuit. Et ingréssus est prætórium íterum: et dixit ad Jesum: Unde es tu? Jesus autem respónsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus: Mihi non lóqueris? nescis, quia potestátem hábeo crucifígere te, et potestátem hábeo dimíttere te? Respóndit Jesus: Non habéres potestátem advérsum me ullam, nisi tibi datum esset désuper. Proptérea, qui me trádidit tibi, majus peccátum habet. Et exínde quærébat Pilátus dimíttere eum. Judæi autem clamábant dicéntes: Si hunc dimíttis, non es amícus Cæsaris. Omnis enim, qui se regem facit, contradícit Cæsari. Pilátus autem cum audísset hos sermónes, addúxit foras Jesum, et sedit pro tribunáli, in loco, qui dícitur Lithóstrotos, hebráice autem Gábbatha. Erat autem Parascéve Paschæ, hora quasi sexta, et dicit Judæis: Ecce Rex vester. Illi autem clamábant: Tolle, tolle, crucifíge eum. Dicit eis Pilátus: Regem vestrum crucifígam? Respondérunt pontífices: Non habémus regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo trádidit eis illum, ut crucifigerétur. Suscepérunt autem Jesum et

eduxérunt. Et bájulans sibi Crucem, exívit in eum, qui dícitur Calváriæ, locum, hebráice autem Gólgotha: ubi crucifixérunt eum, et cum eo álios duos, hinc et hinc, médium autem Jesum. Scripsit autem et títulum Pilátus: et pósuit super crucem. Erat autem scriptum: Jesus Nazarénus, Rex Judæórum. Hunc ergo títulum multi Judæórum legérunt: quia prope civitátem erat locus, ubi crucifíxus est Jesus. Et erat scriptum hebráice, græce et latíne. Dicébant ergo Piláto pontífices Judæórum: Noli scríbere Rex Judæórum, sed quia ipse dixit: Rex sum Judæórum. Respóndit Pilátus: Quod scripsi, scripsi. Mílites ergo cum crucifixíssent eum, accepérunt vestiménta ejus (et fecérunt quátuor partes: unicuique míliti partem), et túnicam. Erat autem túnica inconsútilis, désuper contéxta per totum. Dixérunt ergo ad ínvicem: Non scindámus eam, sed sortiámur de illa, cujus sit. Ut Scriptúra implerétur, dicens: Partíti sunt vestiménta mea sibi: et in vestem meam misérunt sortem. Et mílites quidem hæc fecérunt. Stabant autem juxta Crucem Jesu Mater ejus et soror Matris ejus, Maria Cléophæ, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus Matrem et discípulum stantem, quem diligébat, dicit Matri suæ: Múlier, ecce fílius tuus. Deínde dicit discípulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua. Póstea sciens Jesus, quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit: Sítio. Vas ergo erat pósitum acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori ejus. Cum ergo accepísset Jesus acétum, dixit: Consummátum est. Et inclináto cápite trádidit spíritum. Judæi ergo (quóniam Parascéve erat), ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura et tolleréntur. Venérunt ergo mílites: et primi quidem fregérunt crura et alterius, qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum

láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit: et verum est testimónium ejus. Et ille scit, quia vera dicit: ut et vos credátis. Facta sunt enim hæc, ut Scriptúra implerétur: Os non comminuétis ex eo. Et íterum ália Scriptúra dicit: Vidébunt in quem transfixérunt. Post hæc autem rogávit Pilátum Joseph ab Arimathæa (eo quod esset discípulus Jesu, occúltus autem propter metum Judæórum), ut tólleret corpus Jesu. Et permísit Pilátus. Venit ergo et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodémus, qui vénerat ad Jesum nocte primum, ferens mixtúram myrrhæ et áloes, quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Jesu, et ligavérunt illud línteis cum aromátibus, sicut mos est Judæis sepelíre. Erat autem in loco, ubi crucifíxus est, hortus: et in horto monuméntum novum, in quo nondum quisquam pósitus erat. Ibi ergo propter Parascéven Judæórum, quia juxta erat monuméntum, posuérunt Jesum.

6 Oratio ad Dominum Jesum Christum de singulis articulis passionis ejus, dicenda a moriente vel ab alio pro eo.

℣. Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi.
℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemísti mundum.

Deus, qui pro redemptióne mundi voluísti nasci, circumcídi, a Judæis reprobári, a Juda traditóre ósculo tradi, vínculis alligári, sicut agnus innocens ad víctimam duci, atque conspéctibus Annæ, Cáiphæ, Piláti, et Heródis indecénter offérri, a falsis téstibus accusári, flagéllis et oppróbriis vexári, sputis cónspui, spinis coronári, cólaphis cædi, arúndine pércuti, fácie velári, véstibus éxui, Cruci clavis affígi, in Cruce levári, inter latrónes deputári, felle et acéto potári, et láncea vulnerári: tu, Dómine, per has sanctíssimas pœnas tuas, quas ego indígnus récolo, et per sanctam crucem et mortem tuam, líbera me (vel, si alius dicit pro eo vel ea, libera fámulum tuum N. vel fámulam tuam N.) a pœnis inférni, et perdúcere dig-

néris, quo perduxísti latrónem tecum crucifíxum: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. **Amen.**

Dici præterea possunt sequentes Psalmi:

Psalmus 117

Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum: * et exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor: * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor: * et ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino, * quam confídere in hómine:

Bonum est speráre in Dómino, * quam speráre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, et exarsérunt sicut ignis in spinis: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem: * et Dóminus suscépit me.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus: * et factus est mihi in salútem.

Vox exsultatiónis, et salútis * in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam: * et narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus: * et morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas justítiæ, ingréssus in eas confitébor Dómino: * hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me: * et factus es mihi in salútem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes: * hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud: * et est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: * exsultémus, et lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac, o Dómine, bene prosperáre: *

benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, et illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis, * usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et confitébor tibi: * Deus meus es tu, et exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me: * et factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Glória Patri.

Psalmus 118, i

Beáti immaculáti in via: * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti, qui scrutántur testimónia ejus: * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiéndas justificatiónes tuas!

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis: * in eo quod dídici judícia justítiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam: * non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te: * ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua: * ut non peccem tibi.

Benedíctus es, Dómine: * doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis, * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor: * et considerábo vias tuas.

In justificatiónibus tuis meditábor: * non oblivíscar sermónes tuos.

Glória Patri.

Psalmus 118, ii

Retríbue servo tuo, vivífica me: * et custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos: * et considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non abscóndas a me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas, * in omni témpore.

Increpásti supérbos: * maledícti qui declínant a mandátis tuis.

Aufer a me oppróbrium, et contémptum: * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, et advérsum me loquebántur: * servus autem tuus exercebátur in justificatiónibus tuis.

Nam et testimónia tua meditátio mea est: * et consílium meum justificatiónes tuæ.

Adhæsit paviménto ánima mea: * vivífica me secúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudísti me: * doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum ínstrue me: * et exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio: * confírma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove a me: * et de lege tua miserére mei.

Viam veritátis elégi: * judícia tua non sum oblítus.

Adhæsi testimóniis tuis, Dómine: * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cum dilatásti cor meum. — Glória Patri.

7 Tres piæ et utiles morientibus Orationes, cum tribus Pater noster, et tribus Ave María, in agone mortis recitandæ.

Primo dicitur:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster. Ave María.

Oratio

Dómine Jesu Christe, per tuam sanctíssimam agóniam, et oratiónem, qua orásti pro nobis in monte Olivéti, quando factus est sudor tuus sicut guttæ sánguinis decurréntis in terram: óbsecro te, ut multitúdinem sudóris tui sanguínei, quem præ timóris angústia copiosíssime pro nobis effudísti, offérre et osténdere dignéris Deo Patri omnipoténti contra multitúdinem ómnium peccatórum hujus fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), et libera eum (eam) in hac hora mortis suæ ab ómnibus pœnis et angústiis, quas pro peccátis suis se timet meruísse: Qui cum eódem Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Secundo dicitur:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster. Ave María.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui pro nobis mori dignátus es in Cruce, óbsecro te, ut omnes amaritúdines passiónum, et pœnárum tuárum, quas pro nobis míseris peccatóribus sustinuísti in Cruce, máxime in illa hora, quando sanctíssima ánima tua egréssa est de sanctíssimo córpore tuo, offérre et osténdere dignéris Deo Patri omnipoténti pro ánima hujus fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), et líbera eum (eam) in hac hora mortis ab ómnibus pœnis et passiónibus, quas pro peccátis suis se timet meruísse: Qui cum eódem Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Tertio dicitur:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster. Ave María.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui per os Prophétæ dixísti: In caritáte perpétua diléxi te, ídeo attráxi te miserans; óbsecro te, ut eándem caritátem tuam, quæ te de cælis in terram ad tolerándas ómnium passiónum tuárum amaritúdines attráxit, offérre et osténdere dignéris Deo Patri omnipoténti pro ánima hujus fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), et líbera eum (eam) ab ómnibus passiónibus et pœnis, quas pro peccátis suis timet se meruísse. Et salva ánimam ejus in hac hora éxitus sui. Aperi ei jánuam vitæ, et fac eum (eam) gaudére cum Sanctis tuis in glória ætérna. Et tu, piíssime Dómine Jesu Christe, qui redemísti nos pretiosíssimo sánguine tuo, miserére ánimæ hujus fámuli tui (fámulæ tuæ), et eam introdúcere dignéris ad semper viréntia et amœna loca paradísi, ut vivat tibi amóre indivisíbili, qui a te, et ab eléctis tuis numquam separári potest: Qui cum eódem Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

CAPUT 7

DE EXSPIRATIONE

1 Cum tempus exspirandi institerit, tunc maxime ab omnibus circumstantibus, flexis genibus, vehementer orationi instandum est. Ipse vero moriens, si potest, dicat; vel, si non potest, assistens sive Sacerdos pro eo clara voce pronuntiet: Jesu, Jesu, Jesu. Quod et ea quæ sequuntur, ad illius aures, si videbitur, etiam sæpius repetat.

In manus tuas, Dómine, comméndo spíritum meum.

Dómine Jesu Christe, súscipe spíritum meum.

Sancta María, ora pro me.

María, mater grátiæ, mater misericórdiæ, tu me ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.

Sancte Joseph, ora pro me.

Sancte Joseph, cum beáta Vírgine Sponsa tua, áperi mihi divínæ misericórdiæ sinum.

Jesu, María, Joseph, vobis cor et ánimam meam dono.

Jesu, María, Joseph, astáte mihi in extrémo agóne.

Jesu, María, Joseph, in pace vobíscum dórmiam et requiéscam.

2 Tunc, ubi viget pia consuetudo, pulsetur campana parœcialis ecclesiæ aliquibus ictibus, ad significandum fidelibus instantem mortem exspirantis ægroti, ut pro eo Deum rogare possint.

3 Egressa anima de corpore, statim dicatur:

℟. Subvenite, Sancti Dei, occúrrite, Angeli Dómini, * Suscipiéntes ánimam ejus, * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

℣. Suscípiat te Christus, qui vocávit te, et in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te.

℟. Suscipiéntes ánimam ejus, * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine, et lux perpétua lúceat ei. * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat ei.
℣. A porta inferi.
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Tibi, Dómine, commendámus ánimam fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), ut defúnctus (-a) sæculo tibi vivat: et quæ per fragilitátem humánæ conversatiónis peccáta commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, post nomen proprium addatur vox Sacerdótis.

℣ Interim detur campana signum transitus defuncti, pro loci consuetudine, ut audientes pro ejus anima Deum precentur. Deinde corpus, de more honeste compositum, loco decenti cum lumine collocetur: ac parva crux super pectus inter manus defuncti ponatur, aut, ubi crux desit, manus in modum crucis componantur, interdumque aspergatur aqua benedicta, et interim, donec efferatur, qui adsunt, sive Sacerdotes, sive alii, orabunt pro defuncto.

CAPUT 8

BENEDICTIO PUERORUM ÆGROTANTIUM

Pueri infirmi, qui ad hunc usum rationis pervenerunt, ut ipsis præberi possit Sacramentum Extremæ Unctionis, iis adjuventur exhortationibus et precibus, quæ describuntur in hoc Rituali (pag. 169), ubi agitur de visitatione et cura infirmorum, prout feret temporis opportunitas, et eorundem ægrotantium status.

Verum pro ceteris junioribus pueris infirmis adhiberi possunt sequentes preces.

Sacerdos infirmi cubiculum ingressus, primum dicit:

℣. **Pax huic dómui.**
℟. **Et ómnibus habitántibus in ea.**

Mox infirmum et lectum ejus et cubiculum aspergit, nihil dicens.

Deinde dicere poterit supra infirmum

Psalmum 112

Laudáte, púeri, Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri.

Postea dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster secreto usque ad
℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**
℟. **Sed líbera nos a malo.**
℣. **Deus noster miserétur.**
℟. **Custódiens párvulos Dóminus.**
℣. **Sínite párvulos veníre ad me.**
℟. **Tálium est enim regnum cælórum.**

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, cui cuncta adoléscunt, et per quem adúlta firmántur: exténde déxteram tuam super hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam), in ténera ætáte languéntem: quátenus vigóre sanitátis recépto, ad annórum pervéniat plenitúdinem, et tibi fidéle, gratúmque obséquium indesinénter præstet ómnibus diébus vitæ suæ. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, qui creatúræ tuæ multíplici pietáte cónsulens, non solum ánimæ, sed ipsi córpori curatiónis grátiam benignus infúndis: hunc párvulum infírmum (hanc párvulam infírmam) a lecto ægritúdinis erígere, et Ecclésiæ tuæ sanctæ, suisque paréntibus incólumem restitúere dignéris; ut cunctis prolongátæ sibi vitæ diébus, grátia et sapiéntia coram te et homínibus proficiens, in justítia et sanctitáte tibi sérviat, et débitas misericórdiæ tuæ réferat gratiárum actiónes. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria, hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut, a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita hujus púeri (puéllæ) muniátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Completa Oratione ultima, Sacerdos imponit dexteram manum super caput infirmi, et dicit:

Super ægros manus impónent, et bene habébunt. Jesus, Maríæ Fílius, mundi salus et Dóminus, méritis et intercessióne sanctórum Apostolórum suórum Petri et Pauli, et ómnium Sanctórum, sit tibi clemens et propítius. Amen.

Quod sequitur Evangelium, pro temporis opportunitate et pro ægrotantis pueri parentum desiderio, Sacerdotis arbitrio dici poterit.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem.

℟. Glória tibi, Dómine.

Dum Sacerdos dicit Inítium, etc. facit signum crucis de more super se in fronte, ore et pectore; similiter super puerum infirmum, si non possit se signare.

Joann. 1, 1-14

In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent, per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. (Hic genuflectitur) Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiæ et veritátis.

℟. Deo grátias.

Postea benedicens puerum infirmum, subjungit, dicens:

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper.

℟. Amen.

Deinde aspergit eum aqua benedicta.

℣ Si sint plures infirmi in eodem cubiculo vel loco, Preces et Orationes prædictæ dicuntur super eos in numero plurali.

CAPUT 9

DE CURA PUERORUM GRAVITER DECUMBENTIUM,

QUI NONDUM AD SACRAMENTA ADMISSI SUNT

1 Quoad parvulos graviter decumbentes, qui ad ætatem discretionis pervenerunt, in qua scilicet incipiunt ratiocinari, hoc est circa septimum annum — sive supra sive etiam infra, — Sacerdos curabit, ut eis Sacramenta moribundorum ministret. Itaque omni suavitate rem agat circa confessionem instituendam. Excitet in illis amorem et desiderium Dei, examinet prudenter de peccatis eorum ætati propriis, præveniat eos in eliciendis actibus fidei, spei et caritatis atque præsertim contritionis et propositi.

2 In periculo mortis, ut sanctissima Eucharistia pueris ministrari possit ac debeat, satis est, ut sciant Corpus Christi a communi cibo distinguere illudque reverenter adorare (can. 854, § 2). Proinde Viaticum ipsis est dandum.

3 Tales parvuli, qui sacramentaliter absoluti sunt, etiam Extrema Unctione muniantur.

4 In dubio detur tantum Absolutio et Extrema Unctio sub condicione „si capax es".

5 Quando dubitatur, num infirmus usum rationis attigerit, num in periculo mortis reipsa versetur vel num mortuus sit, hoc sacramentum (Extremæ Unctionis) ministretur sub condicione (can. 941).

6 Benedictio Apostolica in articulo mortis parvulis, qui Absolutionem et Extremam Unctionem acceperunt, impertienda est.

7 Detestabilis omnino est abusus non ministrandi Viaticum et Extremam Unctionem pueris post usum rationis eosque sepeliendi ritu parvulorum (Decretum „Quam singulari" de 8 Aug. 1910, n. VIII).

Ingressus est Eliseus domum
et ecce puer mort. . . IV. R. 4.
Tulitque puerum de sinu ejus
et portavit in cœnac. III. R. 17.

TITULUS VII

CAPUT 1

DE EXSEQUIIS

Sacras cæremonias ac ritus, quibus ex antiquissima traditione et Summorum Pontificum institutis sancta mater Ecclesia catholica in filiorum suorum exsequiis uti solet, tamquam vera religionis mysteria christianæque pietatis signa, et fidelium mortuorum saluberrima suffragia, Parochi summo studio servare debent, atque usu retinere.

2 His itaque præstandis, qua par est modestia ac devotione ita se habebunt, ut ad defunctorum salutem, simulque ad vivorum pietatem, quemadmodum vere sunt, non ad quæstum ejusmodi ritus sancti instituti esse videantur.

3 Nullum corpus sepeliatur, præsertim si mors repentina fuerit, nisi post congruum temporis intervallum, quod satis sit ad omnem prorsus de vero obitu dubitationem tollendam.

4 Nisi gravis causa obstet, cadavera fidelium, antequam tumulentur, transferenda sunt e loco in quo reperiuntur, in ecclesiam, ubi funus, idest totus ordo exsequiarum quæ in probatis liturgicis libris describuntur, persolvatur.

5 Ecclesia in quam cadaver pro funere transferri debet, ex jure ordinario est ecclesia propriæ defuncti parœciæ, nisi defunctus aliam funeris ecclesiam legitime elegerit, vel jure particulari aliter statuatur.

Si defunctus plures habuerit parœcias proprias, ecclesia funeris est ecclesia parœciæ in cujus territorio decessit.

6 In dubio de jure alius ecclesiæ, jus propriæ ecclesiæ parœcialis semper prævalere debet.

7 Quod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut Missa, præsente corpore defuncti, pro eo celebretur, antequam sepulturæ tradatur.

8 Missa exsequialis pro defunctis celebrari poterit, etiamsi Festum duplex vel dies Dominica occurrerit; dummodo Missa conventualis vel parœcialis, et Officia divina non impediantur, magnaque diei celebritas non obstet, juxta rubricas Missalis, quæ debent observari.

9 Districte prohibetur ne quis, sepulturæ vel exsequiarum seu anniversarii mortuorum causa, quidquam exigat ultra id quod in diœcesano taxarum indice statuitur.

10 Cum autem antiquissimi ritus ecclesiastici sit, cereos accensos in exsequiis et funeribus deferre, caveant Parochi aliique Sacerdotes ne ejusmodi ritus omittatur, ac ne quid avare aut indigne in eo committatur.

11 Pauperes vero, quibus mortuis nihil, aut tam parum superest, ut consuetis impensis humari non possint, gratis omnino ac decenter funerentur et sepeliantur, cum exsequiis, secundum liturgicas leges et diœcesana statuta, præscriptis; ac debita lumina suis impensis, si opus sit, adhibeant Sacerdotes, ad quos defuncti cura pertinet, vel aliqua pia confraternitas, si sit, juxta loci consuetudinem.

12 Sacerdos, aut cujusvis ordinis Clericus defunctus, vestibus suis communibus, usque ad talarem vestem inclusive, tum desuper sacro vestitu sacerdotali, vel clericali, quem ordinis sui ratio deposcit, quantum fieri potest, induatur; unusquisque autem cum tonsura et bireto.

13 Sacerdos quidem super talarem vestem, amictu, alba, cingulo, manipulo, stola et casula seu planeta coloris violacei sit indutus.

14 Diaconus vero induatur amictu, alba, cingulo, manipulo, stola super humerum sinistrum, quæ sub axilla dextera annectatur, et dalmatica violacei coloris.

15 Subdiaconus autem amictu, alba, cingulo, manipulo, et tunicella coloris violacei.

16 Alii præterea inferioris ordinis Clerici superpelliceo supra vestem talarem ornari debent.

17 Laici cadaver, generis aut dignitatis cujusvis ille fuerit, Clerici ne deferant.

18 Corpora defunctorum in ecclesia ponenda sunt pedibus versus Altare majus; vel si funerentur in oratoriis, aut capellis, ponantur cum pedibus versis ad illarum Altaria: quod etiam pro situ et loco fiat in sepulcro. Presbyteri vero habeant caput versus Altare.

19 Pallia, aut alia Altaris ornamenta, ad ornatum feretri vel tumbæ ne adhibeantur.

20 Cadavera fidelium sepelienda sunt in cœmeterio rite benedicto. Parœciæ autem suum quæque cœmeterium habeant, nisi unum pluribus commune ab Ordinario loci sit legitime constitutum.

21 Sepulcra Sacerdotum et Clericorum cujuscumque ordinis, ubi fieri potest, a sepulcris laicorum separata sint, ac decentiore loco sita; præterea, ubi id commodum fuerit, alia pro Sacerdotibus, alia pro inferioris ordinis Ecclesiæ ministris parentur.

22 In ecclesiis cadavera ne sepeliantur, nisi agatur de cadaveribus Episcoporum residentialium, Abbatum vel Prælatorum nullius in propria ecclesia sepeliendis, vel Romani Pontificis, regalium personarum aut S. R. E. Cardinalium.

23 Subtus altare nullum sit reconditum cadaver; cadavera autem quæ prope altare sepulta forte sunt, distent ab eo saltem spatio unius metri; secus Missam in altari celebrare non licet, donec cadaver removeatur.

24 Ceterum nemo christianus in communione fidelium defunctus, extra ecclesiam, aut cœmeterium rite benedictum sepeliri debet; sed si necessitas cogat ex aliquo eventu aliquando ad tempus aliter fieri, curetur, ut, quatenus fieri possit, corpus in locum sacrum quamprimum transferatur; et interim semper Crux capiti illius apponi debet, ad significandum illum in Christo quievisse.

25 Nullum porro cadaver perpetuæ sepulturæ ecclesiasticæ ubivis traditum exhumare licet, nisi de licentia Ordinarii.

CAPUT 2

DE IIS QUIBUS NEGANDA EST ECCLESIASTICA SEPULTURA

1 Ignorare non debet Parochus, qui ab ecclesiastica sepultura ipso jure sunt excludendi, ne quemquam ad illam contra sacrorum Canonum decreta umquam admittat.

2 Ad sepulturam ecclesiasticam non sunt admittendi qui sine Baptismo decesserint.

Catechumeni, qui nulla sua culpa sine Baptismo moriantur, baptizatis accensendi sunt.

3 Ecclesiastica sepultura privantur, nisi ante mortem aliqua dederint pœnitentiæ signa:

1° Notorii apostatæ a christiana fide, aut sectæ hæreticæ vel schismaticæ aut sectæ massonicæ aliisve ejusdem generis societatibus notorie addicti;

2° Excommunicati vel interdicti post sententiam condemnatoriam vel declaratoriam;

3° Qui se ipsi occiderint deliberato consilio;

4° Mortui in duello aut ex vulnere inde relato;

5° Qui mandaverint suum corpus cremationi tradi;

6° Alii peccatores publici et manifesti.

Occurrente prædictis in casibus aliquo dubio, consulatur, si tempus sinat, Ordinarius; permanente dubio, cadaver sepulturæ ecclesiasticæ tradatur, ita tamen ut removeatur scandalum.

4 Excluso ab ecclesiastica sepultura deneganda quoque sunt tum quælibet Missa exsequialis, etiam anniversaria, tum alia publica officia funebria.

CAPUT 3

EXSEQUIARUM ORDO PRO ADULTIS

1 RITUS IMPOSITIONIS AD TUMBAM

quando non dicitur Officium Defunctorum

1 Parochus vel alius Sacerdos, indutus superpelliceo et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, cum vel sine assistentibus Diacono et Subdiacono, pro ratione locorum, Clerico vel aliquo ministro præferente Crucem, et alio aquam benedictam portante, una cum aliis procedit ad locum, ubi jacet defunctus; ad cujus pedes consistens dicit:

Orémus pro fidélibus defúnctis.

Chorus prosequitur:

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; et lux perpétua lúceat eis.

2 Postea inchoatur absolute Invitatorium:

Circumdedérunt me gémitus mortis: dolóres inférni circumdedérunt me.

Cum Psalmo 94 Vénite, exsultémus Dómino, etc., ut infra in Exsequiarum Ordine pro Adultis.

3 Quo finito, Sacerdos incipit Antiphonam:

E-go sum re-sur-réc-ti-o.

Canticum Benedíctus Dóminus, Deus Israel, etc., ut infra in Ordine Exsequiarum pro Adultis.

4 Quo decantato, repetitur Antiphona:

Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet: et omnis qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum.

5 Postea Sacerdos dicit: Kýrie, eléison etc., ut in Ordine Exsequiarum pro Adultis, cum una tantum Oratione, pro ratione personæ et condicione ejus.

6 Dicta Oratione, Sacerdos intonat:

℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. Requiéscat in pace.
℟. Amen.

7 Tum canitur Hymnus lingua vernacula, cujus tertio aut quarto versu Officium finitur.

2 RITUS IMPOSITIONIS AD TUMBAM
quando dicitur Officium Defunctorum

1 Recitatur autem Officium Defunctorum sequenti modo:

Officians intonat:

Orémus pro fidélibus defúnctis.

Et Chorus prosequitur:

Réquiem ætérnam dona eis, (in plurali per totum Officium) **Dómine, et lux perpétua lúceat eis.**

Circumdedérunt me gémitus etc.

Vénite, exsultémus etc., ut in Exsequiis Adultorum. In fine: Réquiem ætérnam. Et repetitur Invitatorium Circumdedérunt; quo terminato, recitantur pro ratione dignitatis defuncti, vigentis consuetudinis, et aliarum circumstantiarum tria Nocturna Officii Defunctorum, aut saltem unum, et tum quidem primum Nocturnum (ut in Breviario) et Antiphonæ duplicantur.

2 Post hæc dicuntur Laudes, usque ad Antiphonam ad Benedictus Ego sum, quam iterum Officians intonat, et Chorus concinit Canticum Benedictus, cum iteratione Antiphonæ Ego sum, in fine; quod Kýrie, eléison, aspersio et incensatio sequitur, cum Oratione, ut in Exsequiis Adultorum, prætermissa Antiphona Míchael præpósitus, terminatur Officium Versiculo Réquiem ætérnam dona ei, etc., Requiéscat, etc., Anima ejus, et ánimæ, etc.

3 Tum canitur Hymnus lingua vernacula, cujus tertio aut quarto versu Officium finitur.

CAPUT 4
RITUS SEPELIENDI ADULTOS

1 IN DOMO DEFUNCTI

1 Constituto tempore, quo corpus ad cœmeterium vel ecclesiam deferendum est, ex ecclesia parœciali, vel alia, juxta loci consuetudinem Parochus, vel alius Sacerdos indutus superpelliceo, et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, Clerico, vel alio aliquo præferente Crucem, et alio aquam benedictam cum aspersorio portante, ad domum defuncti una cum aliis procedit.

Postquam illuc pervenerit, intortitia vel cerei distribuuntur, et accenduntur.

2 Interim Parochus vel alius Sacerdos incipit:



O-ré-mus pro fi-dé-li-bus de-fúnc-tis.

Chorus prosequitur:



Réqui-em æ-térnam do-na e-is, Dó-mi-ne, et lux



per-pé-tu-a lú-ce-at e-is.

3 Postea inchoatur absolute Invitatorium:

Circumdedé-runt me gé-mi-tus mor-tis: Do-ló-res



in-fér-ni cir-cumde-dé-runt me.

Cum Psalmo 94



Ve-ni-te, ex-sul-té-mus Dó-mi-no, jubilémus Deo,



sa-lu-tá-ri nostro: præ-occupémus fáciem ejus in



con-fes-si-ó-ne, et in psal-mis ju-bi-lé-mus e-i.


Quón-i-am De-us magnus Dó-mi-nus, et Rex magnus
su-per omnes de-os: quón-iam non repéllet Dómi-
nus ple-bem su-am, quia in manu ejus sunt om-nes
fi-nes terræ, et altitúdines móntium ipse cónspi-cit.
Quón-iam ipsíus est mare, et ip-se fe-cit il-lud,
et áridam funda-vé-runt ma-nus e-jus: ve-ní-te,
ad-o-ré-mus, et procidámus an-te De-um: plo-ré-
mus coram Dómino, qui fe-cit nos: qui-a ipse est
Dómi-nus, De-us noster; nos autem pópulus ejus,
et o-ves pá-scu-æ e-jus.



Hódi-e, si vo-cem e-jus audi-é-ri-tis, no-lí-te obdu-

rá-re corda vestra, sic-ut in exacerbatióne se-cún-



dum diem tentatiónis in de-sér-to: u-bi ten-ta-vé-



runt me pa-tres ve-stri, probavérunt et vidérunt

ó-pe-ra me-a.

Qua-dragínta annis próximus fui generatióni huic,



et di-xi: semper hi er-rant cor-de; ip-si ve-ro



non cognovérunt vi-as me-as: qui-bus ju-rá-vi in

i-ra me-a: Si introíbunt in réqui-em me-am.



Ré-qui-em æ-tér-nam do-na e-i, Dó-mi-ne: et lux



per-pé-tu-a lú-ce-at e-i. Dolóres. Circumdedérunt.

4 Quo finito, Sacerdos incipit Antiphonam:

IV

Ab-sól-ve, Dó-mi-ne.

Canticum Zachariæ Luc. 1, 68-79

IV

Be-ne-dic-tus Dó-mi-nus, De-us Is-ra-el, * qui-a

vi-si-tá-vit, et fe-cit red-empti-ó-nem ple-bis su-æ.

Et eréxit cornu salútis nobis: * in domo David, púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, Prophetárum ejus:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham, patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte, et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus: * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Ant. IV



Ab-sól-ve, Dó-mi-ne, á - ni-mas fa-mu-ló-rum



tu-ó-rum ab om-ni vín-cu-lo de-lic-tó-rum ut in



re-sur-rec-ti-ó-nis gló-ri-a in-ter sanc-tos tu-os



re-sus-ci-tá - ti re-spi-rent.

5 Dum cantatur Antiphona, Sacerdos accipit incensum de navicula, et imponit in thuribulum; deinde dicit:

Chorus



Ký-ri-e, e-lé-i-son. Chri-ste, e-lé - i-son. Ký-ri-e,

e - lé - i - son.

6 Mox subjungit alta voce: Pater noster; et secreto dicitur ab omnibus; et ipse interim circumiens feretrum aspergit ac respective incensat corpus defuncti. Postea alta voce dicit:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣. Credo vidére bona Dómini.
℟. In terra vivéntium.
℣. Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi.
℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

℣. Dómine Jesu Christe, miserére ei.
℟. Christe, parce ei.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Pro defuncto Episcopo vel Sacerdote

Oratio

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum N. pontificáli (sacerdotáli) fecísti dignitáte vigére: præsta, quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Alia pro defuncto Sacerdote

Oratio

Deus, tuórum glória sacerdótum, præsta, quæsumus: ut ánima fámuli tui N. sacerdótis in tuórum fúlgeat luce Sanctórum. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Vel Oratio

Præsta, quæsumus, Dómine: ut ánima fámuli tui N. sacerdótis, quem, in hoc sæculo commorántem, sacris munéribus decorásti, in cælésti sede gloriósa semper exsúltet. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Pro uno Defuncto Oratio

Inclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui N., quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Pro una Defuncta

Oratio

Quæsumus, Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ N.: et a contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Oratio pro Defuncto

e Missali Romano super tumulum defuncti

Adésto, quæsumus, Dómine, supplicatiónibus nostris, et pias aures tuas ad preces nostras inclináre dignéris: ut nos de throno majestátis tuæ cleménter exáudias, et oratiónes famulátus nostri dignánter admíttas. Te invocámus, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, pro ánima fámuli tui N., quem hodiérna die de hac luce vocáre dignátus es: ut júbeas ei præparári paradísi tui loca viréntia: non exúrat eum flamma ignis crudélis gehénnæ: quia proptérea Dóminus noster Jesus Christus, Fílius tuus, in ligno crucis sub Póntio Piláto pati dignátus est, ut ánimas, quæ per Adæ transgressiónem perierant, sua sancta resurrectióne, ab inférni claustris liberáret. Confundántur ergo gehénnæ janitóres, et minístri nequítiæ erubéscant. Dedúcant eam angélicæ potestátes in sinum Patriarchárum, Abrahæ Isaac et Jacob patrum nostrórum: consequátur a tua poténtia parátam eléctis jucunditátem et a dextris hereditáte adépta lætétur: ut cum dies ille treméndæ agnitiónis tuæ advénerit, una cum Sanctis et Eléctis tuis, qui tibi placuérunt, resúrgere mereátur ad indulgéntiam, non ad pœnam. Et ánimam illam, quam fontis unda perfúdit, et chrisma salútis inúnxit, non sinas flammárum ardóribus cruciári, nec peccatórum vinculis alligári, sed líberam redde paradíso tuo: per indulgéntiam pietátis tuæ, quia tuam cleméntiam, dum in hoc sæculo cónstitit, non negávit. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Slavice:

MODLITBA ZA MŔTVEHO

(z rímskeho Misála nad hrobom mŕtveho)

Pane, pomôž prosbám naším, nakloň na ne láskave ucho svoje. Vyslyš nás dobrotive s trónu Tvojej velebnosti a ráč prijat pokorné modlitby sluhov Tvojich. Teba vzývame, Pane svätý, Otče všemohúci, Bože večný, by si ráčil dušu svojho služobníka (-ce) N., ktorého (-ú) si vyvolal z tohoto života, uchovať od pekelného ohňa a presadiť do raja. Veď i Tvoj Syn, náš Pán Ježiš Kristus preto ráčil trpieť na dreve kríža pod Pontským Pilátom a ukrižovaný byť, aby duše, ktoré pre hriech Adama nemohly ešte svoje spasenie vidieť, pre svoje zmŕtvych vstanie z väzenia predpekla vyslobodil. Zahanb vrátnikov pekla a zmäť služobníkov zla. Anjelské mocnosti nech vovedú jeho (jej) dušu do lona arciotcov Abraháma, Izáka a Jakuba naších otcov. Nech okúsi blaženosť, ktorú si Ty všemohúci vyvoleným svojim pripravil, a nech sa raduje z obsiahnutého dedictva po pravici Tvojej. Učiň, aby, keď nastane ten veľký deň odplaty, vstal (-a) z mŕtvych spolu s Tvojimi svätými a vyvolenými nie k večným trestom, ale k večným odmenám. Nedaj, žeby sa tá duša, ktorú sv. krst obmyl a sv. olej krizmy posilnil, sväzkami hriechu sputnaná v ohni mučila, ale bola zasa do raja uvedená pre to veľké Tvoje milosrdenstvo, ktoré dokiaľ žila vždy zvelebovala. Skrze Krista Pána nášho. Amen.

Germanice:

Gebet für Verstorbene

aus dem römischen Missale, am Grabe eines Verstorbenen

Herr, komme zu Hilfe unseren Bitten, und neige Dein Ohr ihnen gnädigst; erhöre uns vom Throne Deiner Herrlichkeit und nimm die Gebete Deiner Diener gnädig auf. Zu Dir flehen wir, Herr, allmächtiger Vater, ewiger Gott: Bewahre die Seele Deines Dieners (Deiner Dienerin), die Du von dieser Welt abberufen, vor den Peinen der Hölle und führe sie in das Paradies. Dein Sohn Jesus Christus litt und wurde unter Pontius Pilatus gekreuzigt, damit die Seelen, die infolge der Sünde Adams ihr Heil nicht finden konnten, durch seine Auferstehung aus der Vorhölle befreit werden. Beschäme die Herrscher der Hölle und die Diener des Bösen. Seine (Ihre) Seele sollen die Engel in den Schoß unserer Väter Abraham, Isaak und Jakob führen. Laß sie kosten die Glückseligkeit, die Du, Allmächtiger, den Auserwählten bereitet hast und lasse sie zu Deiner Rech-

ten sich ihrer erlangten Erbschaft erfreuen. Gib, daß er (sie), wenn der große Tag der Vergeltung anbricht, auferstehe von den Toten zusammen mit Deinen Heiligen und Auserwählten, nicht zur ewigen Pein, sondern zur ewigen Glückseligkeit. Gib nicht zu, daß diese Seele, reingewaschen in der heiligen Taufe und gestärkt durch den heiligen Chrisam, für ihre Sünden im Feuer leide, sondern führe sie durch Deine große Barmherzigkeit, die sie im Leben stets pries, in das Paradies. Durch unseren Herrn Jesus Christus. Amen.

Hungarice:

IMA A MEGHOLTÉRT

(a római misekönyvből a halott sírjánál)

Uram, segítsd könyörgéseinket, hallgasd meg kegyesen azokat. Dicsőséged trónjáról jóságosan hallgass meg minket és fogadd el szolgáidnak alázatos imáit. Hozzád fohászkodunk szent Urunk, mindenható Atyánk, örök Istenünk, hogy N. szolgádnak (szolgálódnak) lelkét, kit ez életből kiszólíttottál, a pokol tüzétől megmenteni és paradicsomba helyezni kegyeskedjél. Hiszen Fiad, a mi Urunk Jézus Krisztus is azért szenvedett a keresztfán Poncius Pilátus alatt, hogy ama lelkeket, melyek Ádám vétke miatt még nem üdvözülhettek, feltámadása árán a pokolból kiszabadítsa. Szégyenítsd meg a pokol kapusait és téveszszed meg a roszsznak szolgáit. Angyalok erősségei vezessék be az ő lelkét Ábrahám, Izsák és Jákob ősatyáink kebelébe. Hadd izleljék meg a boldogságot, melyet Te, mindenható választottaidnak készítettél és hadd legyen örömük eme örökségből a Te jobbodon. Engedd, hogy a mikor eljön a jutalom nagy napja a Te szenteid — és választottaiddal feltámadhasson, nem az örök büntetés, — hanem az örök jutalom elnyeréséért. Ne engedd, hogy ama lélek, melyet a szt. keresztség megmosott a krizsma szt. olaja megerősített, bűnnek kötelékeivel megkötözve a tűzben kínlódjék, hanem a paradicsomba vezettessék azon nagy irgalmasságodnál fogva, melyet ő, mig élt, mindig dicsőített. A mi Urunk Jézus Krisztus által. Amen.

Slavice:

MODLITBA ZA MŔTVEHO DOSPELÉHO

Vrát sa ku Bohu dušo kresťanská po dokončenej púti sĺzavým údolím, v ktorom si trápne hľadala blaženosť. Pravou blaženosťou je Boh a preto naša duša nemá pokoja, dokiaľ nespočinie v Tebe, Pane. Život na zemi je len skúškou,

ktorá netrvá na veky. My kresťania veríme i vieme, že celí nezomreme. Smrť nás len preprovádza z tejto časnosti do večného života. Z pominutelnosti do nesmrtelnosti: do kráľovstva Ježiša Krista, večného svetla a pokoja. Ten pokoj nám zaslúžil Ježiš Kristus svojou smrťou na kríži, prinesúc večné spasenie tým, ktorý úfaju v Ňom. On milosrdne a čiste z lásky volá dietky, ktoré na ten svet stvoril: Poďte požehnaní Otca mojeho! Pozoroval som, ako ste na zemi bojovali, koľko plakali, koľko trpeli. Poďte, pritúlim vás na Srdce moje, aby ste si na ňom na veky odpočinuli. Ó, Pane, akí, sme blažení, že Ťa z tvári do tvári vidíme.

V tej nádeji sa modlíme ku Tebe, za dušu toho, koho práve pochovávame, aby si ju milostive prijal. Nehľaď na jej nedokonalosti, ale pre zásluhy Syna Tvojho, Ježiša Krista, smiluj sa nad ňou. O, Pane, smiluj sa nad naším (-ou) bratom (sestrou), otvor mu (jej) bránu Tvojho kráľovstva nebeského, aby Ťa tam s Tvojimi svätými na veky oslavoval(-a), čo Stvoriteľa, Vykupiteľa a Posvätiteľa, ktorý žiješ a kráľuješ na veky vekov. Amen.

Modlitba iná za mŕtveho

Milosrdný Otče, všemožúci Pane Bože, ktorému všetko žije, a ktorému sa netratia ani tí čo umierajú, lebo jednúc zasa z mŕtvych vstanú: prosíme Tvoju láskavú dobrotu, ráč udeliť ľahké odpočinutie tu pred nami ležiacemu mŕtvemu. Buď mu milosrdným sudcom a pre vyliatu drahú krv Tvojho jediného Syna odpusť mu previnenia, ktorých sa dopustil pre pokušenia tela, sveta a diabla: zbav ho trápení a daj mu večné odpočinutie: skrze Pána nášho Ježiša Krista. Amen.

Modlitba iná za mŕtveho

Pane Bože, ktorý si milosrdný a odpúšťaš, v dôvere v Tvoju dobrotivosť ponížene prosíme za Tvojeho slúžobníka (-cu) N., ktorého (-ú) si vyvolal z časného telesného väzenia, ráč mu (jej) odpustiť pokuty, ktoré by zaslúžil za hriechy spáchané z ľudskej krehkosti a daj, žeby všetkých múk zbavený mohol Ťa chváliť s Tvojimi svätými.

Milosrdný Bože, ktorý sa zatrateniu človeka neraduješ ale jeho spasenie si žiadaš, pokorne prosíme, ráč naších príbuzných, priateľov a dobrodincov, ktorí sa čo pravoveriaci z tohoto sveta pominuli, oslobodiť od všetkých svázkov hriechu a skrze Tvojich svätých anjelov ráč ích voviesť do blaženého večného pokoja. Amen.

Germanice:

Grabgebet für Erwachsene

Kehre zu Gott zurück, christliche Seele, nach dem Wandern durch dieses Tal der Tränen, in welchem du Glückseligkeit gesucht hast. Die rechte Glückseligkeit ist Gott, und deshalb findet unsere Seele keine Ruhe, bis sie in Dir nicht ruhet, o Herr. Eine Prüfung ist das Leben auf Erden, die nicht ewig dauern kann. Wir Christen glauben und wissen, daß wir nicht ganz sterben. Der Tod führt uns nur aus diesem zeitlichen in das ewige Leben, aus dem, was vergänglich, in die Unsterblichkeit, in das Reich Jesu Christi des ewigen Lichtes und Friedens. Durch seinen Kreuzestod verdiente uns diesen Frieden Jesus Christus, in dem Er denen, die auf Ihn hoffen, ewige Glückseligkeit brachte. Barmherzig und aus reiner Liebe ruft er seinen Kindern zu: Kommet, Gesegnete meines Vaters, ich sah, wie ihr auf Erden gekämpft, geweint und gelitten. Kommet an mein Herz, wo ihr in Ewigkeit die ersehnte Ruhe finden sollt. Wie selig sind wir, o Herr, Dich von Angesicht zu Angesicht zu sehen. In dieser Hoffnung beten wir zu Dir für die Seele dieses (dieser) Verstorbenen, den (die) wir soeben begraben, damit Du sie gnädigst aufnehmest. Schaue nicht auf ihre Unvollkommenheit, sondern erbarme Dich ihrer wegen der Verdienste Deines Sohnes Jesus Christus. Herr, erbarme Dich über unseren Mitbruder (unsere Mitschwester), öffne ihm (ihr) die Tore Deines himmlischen Reiches, damit er (sie) Dich dort vereint mit Deinen Heiligen in Ewigkeit als den Schöpfer, Erlöser und Heiland preisen kann, der Du lebst und regierst in Ewigkeit. Amen.

Ein anderes Gebet für Verstorbene

Barmherziger Vater, allmächtiger Gott, dem alles lebt, und dem auch die Sterbenden nicht verloren gehen, denn sie werden einst vom Tode auferstehen: wir bitten Dich, gib gütigst diesem vor uns liegenden Toten die ewige Ruhe. Sei ihm ein barmherziger Richter und verzeihe ihm um des vergossenen Blutes Deines eingeborenen Sohnes willen, die durch Versuchungen des Leibes, der Welt, und des Bösen begangene Sünden, befreie ihn von den Leiden und gib ihm die ewige Ruhe durch unseren Herrn, Jesus Christus. Amen.

Ein anderes Gebet für Verstorbene

Herr und Gott, der Du barmherzig bist und verzeihst, voller Vertrauen auf Deine Güte bitten wir für diesen Deinen Diener, (diese Deine Dienerin), den (die) Du zu Dir gerufen

aus dem irdischen Gefängnisse; vergib ihm (ihr) die Strafen, die er (sie) verdiente für die aus menschlicher Schwäche begangenen Sünden, und gib, daß er (sie) Dich mit allen Deinen Heiligen lobe und preise. Barmherziger Gott, der Du ja an der Verurteilung der Seele keine Freude findest, sondern stets nur ihr Heil wünschest, wir bitten Dich, befreie von den Fesseln der Sünde alle unsere Verwandten, Freunde und Wohltäter, die diese Welt als Rechtgläubige verlassen haben und führe sie durch Deine heiligen Engel in die Glückseligkeit des ewigen Lebens und Friedens. Amen.

Hungarice.

IMA SERDÜLT MEGHOLTÉRT

Szállj vissza Istenedhez keresztény lélek, mert végére értél a te golgotádnak, ahol könyek közt keressük mindannyian a holdogságot. Ez a boldogság az Isten s azért nyugtalan a mi szivünk, mig benned meg nem nyugszik Urunk. Az élet a földön csak nehéz megpróbáltatás s épen azért nem örök. Mi keresztények tudjuk, hogy nem halunk meg egészen, mert a halál csak átmenet egy nyomorteljes létből a boldog örökkévaló életbe. A mulandóságból a halhatatlanságba: Jézus Krisztus országába, ahol a fényt nem követi árny s ahol a szivekben az a béke lakozik, amelyet a világ nem adhat. A mi Urunk Jézus Krisztus békéje, aki halálának szeplötelen áldozatával örökké megszentelte a benne bizókat. Aki halálával meggyőzte a halált, s irgalmas szivével hivja magához isteni szeretetből alkotott és megváltott gyermekeit. Jöjjetek Atyám választottai! Láttam küzdelmeiteket, könyeiteket és fájdalmaitokat. Jöjjetek szivemre s nyugodjatok meg. Oh Uram, minő boldogságot nyujtasz nekünk, midön szinről szinre láthatjuk isteni arcodnak dicsöségét!

E reményben könyörgünk elhunyt testvérünknek lelkéért, hogy fogadd őt irgalmasságodba; Ne tekintsd gyarlóságát, hanem szent Fiadnak, Jézus Krisztusnak érdemét és könyörülj rajta, az ö érdemeiért. Oh Uram, könyörülj elköltözött testvérünkön, nyisd meg neki országodat, hogy a szentek és boldogan elhunytak mennyei karával együtt dicsérhessen tégedet: Teremtö, Megváltó, Megszentelö három személyü egy Istent, ki élsz s uralkodol most és mindörökké. Amen.

Más ima

Irgalmasságnak Atyja, Mindenható Ur Isten, kinek mindenek élnek és akinek a megholt testek el nem vesznek, hanem egykor feltámadnak: Kegyességedet alázatosan kér-

jük, hogy az itt fekvő meghalt hivednek adj csendes nyugalmat. Ne szállj Uram itéletre szolgáddal, hanem Sz. Fiadnak drága vérehullásáért bocsásd meg neki, amit a test, világ és ördög kisértéseitöl elcsábitva vétett: szüntesd meg kinjait és adj neki örök nyugodalmat. A mi Urunk Jézus Krisztus által. Amen.

Más ima

Ur Isten, kinek tulajdona az irgalmasság és bocsánat, bizván kegyelmességedben, alázatosan könyörgünk a te szolgádért N-ért, aki e gyarló testnek tömlöcéből akaratod szerint kihivatott, bocsásd meg az emberi gyarlóságból eredt vétkeiért megérdemelt büntetéseit, hogy minden kintól megszabadulván, a Te szenteiddel egyetemben az örök boldogságban dicsérhessen téged.

Irgalmas Isten, ki az ember vesztén nem örülsz, hanem üdvösségét kivánod, alázatosan köyörgünk neked, hogy atyánkfiait, barátainkat s a velünk jóltevőket, kik az igaz vallásban multak ki e világból, oldozd fel minden büneik kötelékétöl s a Te szent angyalaid által az örök boldogságnak nyugodalmába vidd öket. Amen.

℣ Post Orationem cantatur Antiphona:



℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Orémus. Oratio

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

II PROCESSIO AD ECCLESIAM

8 Mox ordinatur processio: et pueris ac scholaribus præcedentibus, sequuntur tribus, deinde confraternitates, tandem regulares, si adsint; quos sequitur postea clerus sæcularis per ordinem: binique procedunt prælata cruce, Parocho præcedente feretrum cum luminibus, quod comitantur personæ e cognatione defuncti ac tandem mulieres claudunt conductum.

In Processione devote cantatur Ps. 50 Miserére, usque ad ecclesiam, vel cœmeterium.

Psalmus 50

Miserére mei, Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim, in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim, veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes, et holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: * et lux perpétua lúceat eis.

III IN ECCLESIA

9 Cum perventum fuerit ad ecclesiam, feretrum, pro locorum consuetudine, collocatur vel ante ecclesiam, vel in ecclesia, ita, ut defuncti pedes, si fuerit, laicus, sint versus Altare majus, si vero fuerit Sacerdos, caput sit versus ipsum Altare. Nunc dicitur Matutinum cum Laudibus ex Officio Defunctorum, ut habetur in Breviario. Si vero Officium Defunctorum non debeat persolvi, Sacerdos statim paratur ad celebrandam Missam de Requiem.

10 Finita Missa, Sacerdos deposita casula, seu planeta, et manipulo, accipit pluviale nigri coloris, et Subdiaconus accipit Crucem, et accedit ad feretrum, et se sistit ad caput defuncti cum Cruce, medius inter duos Acolythos, vel Ceroferarios, cum candelis accensis; Celebrans sistit se contra crucem ad pedes defuncti, cum Diacono et aliis ministris illi assistentibus cum thuribulo, et navicula incensi; item cum vase aquæ benedictæ, et aspersorio, et Acolytho seu Clerico, tenente librum Ritualem. Absolute dicit sequentem Orationem (nulla numeri aut generis facta mutatione etiamsi pro pluribus aut pro femina dicatur):

11 **Non intres in judicium cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio. Non ergo eum, quæsumus, tua judiciális sententia premat, quem tibi vera supplicátio fídei christiánæ comméndat: sed, grátia tua illi succurrénte, mereátur evádere judícium ultiónis, qui dum víveret, insignítus est signáculo sanctæ Trinitátis: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.**

℟. Amen.

Hæc Oratio omittitur, si non sit præsens defuncti cadaver.

12 Deinde cantatur sequens Responsorium:





Repet. Líbera me, Dómine, usque ad ℣. Tremens.

13 Dum repetitur prædictum Responsorium, Sacerdos, Diacono ministrante, accipit incensum de navicula et ponit in thuribulum, benedicens illud more solito. Finito Responsorio, Sacerdos dicit:

Chorus:



14 Mox Sacerdos subjungit alta voce Pater noster; et secreto dicitur ab omnibus; et ipse interim accipit a Diacono vel Acolytho aspersorium aquæ benedictæ; et ministris utrinque fimbrias pluvialis levantibus, circumiens feretrum (si transit ante Ss. Sacramentum, genuflectit), aspergit corpus defuncti ter a parte dextera et ter a sinistra; deinde reversus ad locum suum, accipit thuribulum: et eodem modo circumit feretrum, et corpus incensat, ut asperserat. Postea reddito thuribulo ei, a quo acceperat, stans in loco suo, Acolytho, vel alio ministro, tenente librum apertum ante se, dicit:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere: et súpplices exorámus pro ánima fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), quam hódie de hoc sæculo migráre jussísti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis sús-

cipi, et ad pátriam paradísi perdúci; ut, quia in te sperávit, et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérna possídeat. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur: pro ánima fámuli tui N. Sacerdótis, quam hódie, etc.

IV PROCESSIO AD SEPULCRUM

15 Finita Oratione, corpus defertur ad sepulcrum. Et dum portatur, in processione devote cantatur Miserére, ut supra 233. Quando autem perventum fuerit ad cœmeterium, in ingressu ad illud Chorus cantat Antiphonam:



Dein Psalmum De profúndis, post quemlibet versum repetendo Antiphonam In paradísum, etc.

Psalmus 129



Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine: * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: * et lux perpétua lúceat eis.

V APUD SEPULCRUM

16 Postquam ad sepulcrum perventum fuerit, si cœmeterium non sit benedictum. Sacerdos ante Kýrie, eléison, sepulcrum benedicat dicens:

Orémus. Oratio

Deus, cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt, hunc túmulum bene ✠ dícere dignáre, eique Angelum tuum sanctum députa custódem: et quorum quarúmque córpora hic sepeliúntur, ánimas eórum (cujus corpus hic sepelítur, ánimam ejus) ab ómnibus absólve vínculis delictórum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine læténtur. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

17 Deinde dicitur:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto.

Interim Sacerdos aspergit tumulum et corpus defuncti et, si adfuerit thuribulum, thurificat.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Fac, quǽsumus, Dómine, hanc cum servo tuo defúncto (ancílla tua defúncta) misericórdiam, ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui (quæ) tuam in votis ténuit voluntátem: ut, sicut hic eum (eam) vera fides junxit fidélium turmis; ita illic eum (eam) tua miserátio sóciet angélicis choris. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Oratione finita, dicatur:

℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat ei.
℣. Requiéscat in pace.
℟. Amen.

℣. Anima ejus et ánimæ ómnium fidélium defunctórum per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
℟. Amen.

CAPUT 5

DE EXSEQUIIS ABSENTE DEFUNCTI CORPORE, SIVE IN DIE TERTIO, SEPTIMO, TRIGESIMO ET ANNIVERSARIO, SIVE IN ALIO DIE

1 Si faciendæ sint Exsequiæ absente corpore defuncti, in ecclesia dicitur pro temporis opportunitate Officium Defunctorum, cum uno vel tribus Nocturnis et Laudibus, aut etiam sine Laudibus. Deinde celebratur Missa solemnis de Requie, si juxta rubricas Missalis permittatur.

Post Missam, Celebrans deponit planetam et manipulum in plano ad cornu Epistolæ, accipit pluviale nigri coloris, et, præcedentibus duobus acolythis, uno cum navicula incensi et thuribulo, altero cum vasculo aquæ benedictæ et aspersorio, post eos Subdiacono cum Cruce, et duobus ceroferariis cum luminaribus accensis, et Clero, accedit cum Diacono a sinistris ad locum tumuli. Subdiaconus cum Cruce sistit se ad pedes tumuli seu lecticæ mortuorum contra Altare, medius inter dictos acolythos tenentes luminaria; Celebrans vero ex alia parte in capite loci inter Altare et tumulum, aliquantulum versus cornu Epistolæ, ita ut Crucem Subdiaconi respi-

ciat; a sinistris ejus Diaconus, et prope eum alii duo acolythi deferentes thuribulum et vas aquæ benedictæ. Tunc, omissa Oratione Non intres, etc., a Clero circumstante cantatur ℟. Líbera me, Dómine, etc., ut supra, pag. 234. Interim ministratur incensum, benedicitur, et imponitur in thuribulum.

2 Postea dicitur:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Mox Sacerdos dicit: Pater noster, quod dum secreto continuatur, accipit aspersorium, et circuit tumulum aspergens, atque incensans eodem modo, ut supra dictum est.

Postea dicit:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus (ánimas eórum).
℣. Requiéscat (-ant) in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Absólve, quæsumus, Dómine, ánimam fámuli tui N. (fámulæ tuæ N., vel ánimas famulórum tuórum N. et N., vel ánimas famulárum tuárum N. et N., vel ánimas famulórum famularúmque tuárum) ab omni vínculo delictórum: ut, in resurrectiónis glória, inter Sanctos et eléctos tuos resuscitátus (-a) respíret (resuscitáti vel resuscitátæ respírent). Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos vel Episcopus, in Oratione exprimitur nomen dignitatis.

Loco præcedentis Orationis, Celebrans dicere potest Orationem, quæ dicta est in Missa, vel aliam convenientem, ut in Missali, vel ut supra, pag. 225, adhibita tamen conclusione brevi.

Deinde Celebrans, faciens crucem manu dextera super tumulum, dicit:

℣. Réquiem ætérnam dona ei (eis), Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat ei (eis).
℣. Requiéscat (-ant) in pace.
℟. Amen.

℣. Anima ejus (Animæ eórum) et ánimæ ómnium fidélium defunctórum per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

3 Deinde cum in sacristiam, præcedente Cruce, revertuntur, Celebrans inchoat sine cantu Antiphonam Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit? et cum Clero recitat Psalmum De profúndis, postea ab omnibus repetitur Antiphona Si iniquitátes, et in sacristia dicuntur Preces.

Quod si Absolutio facta fuerit pro omnibus fidelibus defunctis, Versus Animæ eórum, Antiphona Si iniquitátes et Psalmus cum Precibus non dicuntur.

4 Prædictus autem ritus servatur pro defunctis adultis, tam Clericis quam laicis, quando Exsequiæ fiunt absente defuncti corpore, sive in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario ab obitu vel depositione defuncti, sive in alio die.

CAPUT 6
DE EXSEQUIIS PARVULORUM

1 In primis curent Parochi, ut, juxta vetustam et laudabilem ecclesiarum consuetudinem, parvulorum corpuscula non sepeliantur in communibus et promiscuis cœmeteriorum sepulturis; sed ut pro illis in parœcialibus cœmeteriis, quatenus commode fieri potest, speciales et separatos ab aliis loculos et sepulturas habeant, in quibus non sepeliantur nisi infantes vel pueri, qui ante usum rationis obierint et baptizati fuerint.

2 In funere parvulorum campanæ, si pulsentur, non sono lugubri sed potius festivo pulsari debent.

ORDO SEPELIENDI PARVULOS

1 Cum infans vel puer baptizatus defunctus fuerit ante usum rationis, induitur juxta ætatem, et imponitur ei corona de floribus, seu de herbis aromaticis et odoriferis, in signum integritatis carnis et virginitatis; Parochus autem, superpelliceo et stola alba indutus, et alii de Clero, si adsint, præcedente Cruce, quæ sine hasta defertur, accedunt ad domum defuncti, cum clerico aspersorium deferente.

2 Sacerdos dicit:

Antiphona



Psalmus 112

Laudáte, púeri, Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem. — Glória Patri.

Antiphona



3 Postea dicitur:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto.

Interim corpus aspergit.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Me autem propter innocéntiam suscepísti.
℟. Et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens et mitíssime Deus, qui ómnibus párvulis renátis fonte baptísmatis, dum migrant a sæculo, sine ullis eórum méritis vitam íllico largíris ætérnam, sicut ánimæ hujus párvuli (-læ) hódie crédimus te fecísse; fac nos, quæsumus, Dómine, per intercessiónem beátæ Maríæ semper Vírginis et ómnium Sanctórum tuórum, hic purificátis tibi méntibus famulári, et in paradíso cum beátis párvulis perénniter sociári. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Slavice:

Modlitba pri pohrebe dieťaťa

Všemožúci, večný Bože, ktorý si zo svojej nevyzkúmateľnej múdrosti toto dieťa z počtu živých vytrhnúť ráčil, lebo len Ty vieš opravdive, čo komu poslúži k dobrému: zarmútení rodičia vďaky Ti vzdávaju i za to málo radosti, ktorú si ím skrze to dieťa udeliť ráčil a do Tvojej sv. vôle oddaní uznávaju, že, keď si to dieťa ku sebe vzal, ochránil si ho pred všetkým pokušením a hriechom, vytrhnul si ho z mnohých bied a trápení a obdaroval večným pokojom v nebi.

Bože, daj, by rodičia v tomto dieťati mali svojho prímluvníka u Teba a my tiež, aby sme svoje srdcia od všetkého toho odtrhli, čo by nás prekážalo v dosiahnutí večnej blaženosti, žeby sme len v Tebe a v plnení Tvojich prikázaní naše telesné i duševné uspokojenie a blaženosť hľadali; skrze Pána nášho Ježiša Krista. Amen.

Germanice:

Gebet beim Begräbnisse eines Kindes

Allmächtiger, ewiger Gott, Du hast nach Deinem unerforschlichen Ratschlusse dieses Kind aus der Zahl der Lebenden genommen; denn nur Du weißt in Wirklichkeit, was einem jeden zum Nutzen ist: die tiefgebeugten Eltern danken Dir auch für die kurze Freude, welche Du ihnen durch dieses Kind

gabst. Nachdem Du es ihnen nahmst, erkennen sie, ergeben in Deinen heiligen Willen, zugleich an, daß Du es von allen Versuchungen und Sünden, von vielen Sorgen und Leiden bewahrt und ihm den ewigen Frieden im Himmel verliehen hast. Gib, o Gott, daß die Eltern in ihrem verstorbenen Kinde einen Fürsprecher bei Dir haben und daß auch wir unsere Herzen von allem abwenden, was uns im Erlangen der ewigen Seligkeit hindern könnte, damit wir nur in Dir und in der Erfüllung Deiner Gebote unser Leibes- und Seelenheil suchen, durch unseren Herrn Jesus Christus. Amen.

Hungarice:

Ima kisded temetésénél

Mindenható örök Isten, aki megfoghatatlan rendelésed szerint e gyermeket az élök sorából kiszólitád, Te tudod egyedül, mi válik mindenkinek javára. A megszomorodott szülők hálát adnak neked azért a kevés örömért, amelyet e gyermek által nekik engedtél és szt. akaratodban megnyugodva elismerik, hogy midőn e gyermeket magadhoz felvetted, őt a bün és kisértés minden veszélyétől, sokféle bajtól, nyomortól megszabaditottad és már most a mennyország örök békéjével megjutalmaztad.

Engedd oh Isten, hogy e gyermek szüleinek szószólója legyen és mi szivünket mindattól elvonjuk, ami örök boldogságunk elnyerésében akadályozhatna és egyedül Tebenned és parancsaid teljesitésében keressük testi és lelki nyugodalmunkat, boldogságunkat, a mi Urunk Jézus Krisztus által. Amen.

4 Dum portatur ad tumulum, et etiamsi tunc non portetur, cantatur Ps. Laudáte, púeri, Dóminum, ut supra pag. 242.

5 Cum perventum fuerit ad tumulum. Sacerdos dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster secreto usque ad

Interim corpus et tumulum aspergit; deinde dicit:

℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**
℟. **Sed líbera nos a malo.**
℣. **Sínite párvulos veníre ad me.**
℟. **Tálium est enim regnum cælórum.**
℣. **Dóminus vobíscum.**
℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, sanctæ puritátis amátor, qui ánimam hujus párvuli (-læ) ad cælórum regnum hódie misericórditer vocáre dignátus es: dignéris étiam, Dómine, ita nobíscum misericórditer ágere; ut méritis tuæ sanctíssimæ passiónis, et intercessióne beátæ Maríæ semper Vírginis et ómnium Sanctórum tuórum, in eódem regno nos cum ómnibus Sanctis et eléctis tuis semper fácias congaudére: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

His finitis corpus sepeliatur.


Cumque levaret Moyses manus
vincebat Israel . . Exod. 17, 11.
I.N.R.I.
Et colligo duo ligna, ut ingre-
diar et faciam . . III. Reg. 17, 12.

TITULUS VIII

DE SACRAMENTO ORDINIS

CAPUT UNICUM

PROCLAMATIO ORDINANDORUM

Parochi sæpius fideles commoneant, præsertim cum Quatuor Temporum anni jejunia denuntiaverint, ideo imprimis dicta jejunia ex præcepto Ecclesiæ indici, ut sacri ministri et pastores quam optimi a Deo impetrentur; simulque ad preces suas cum Ecclesiæ supplicationibus eum in finem conjungendas adhortentur.

Promulgatio ordinandorum et relatio de eventu secundum sequens formulare fiat:

Slavice:

Vzorec pre ohlášku čakateľa na vyššie kňazské svätenia.

Náš najdôstojnejší veľpastier diecezánsky ustanovil, že bude udeľovať kňazské vyššie svätenia v tieto dni:

podjáhenstvo . . . . . .
jáhenstvo . . . . . .
a kňazstvo . . . . . .

Toto dávajúc na vedomie láskam Vaším, spolu oznamujem, že o prijatie týchto svätení žiada i N. N. bohoslovec nášho bisk. (arcib.) diecezánskeho seminára v (Trnave) — (Nitre) — (Banskej Bystrici) — (Košiciach) — (Rožňave) — (Spišskej Kapituli) syn N. N. — N. N. . . . . (označiť treba meno a stav rodičov) narodený v . . . . . dňa . . . . . roku . . . . . .

Žiadam Vás, aby ste pamätali vo vašich vrúcnych modlitbách na všetkých, ktorí budú svätení v tie dni, zvlášte ale pamätajte si na ohláseného N. N. rodáka našej farnosti.

Majúc však pred očami predpisy našej sv. Cirkvi, vyzývam: aby každý podľa najlepšieho svojho svedomia a vedomia ohlásil farskému úradu, akby mal, alebo vedel nejakú prekážku, pre ktorú by ohlásený ku sväteniam pripustený byť nemohol. Nech to však urobí jedine z lásky proti Bohu a tak, žeby za to mohol jednúc obstáť aj pred spravedlivým Sudcom a majúc i to na mysli, že sám je krehkým človekom.

Vzorec pre oznámenie výsledku ohlášok vyšších svätení. (Quod, cui placet, idiomate populari potest facere.) (Vide paradigma latinum sub textu hungarico.)

Germanice:

Formular
zur Verkündigung der Kandidaten der höheren Weihen

Unser Hochwürdigster Oberhirt hat bestimmt, daß die höheren Weihen an folgenden Tagen erteilt werden:

das Subdiakonat am . . . . . .
das Diakonat am . . . . . .
und das Presbyterat am . . . . . .

Indem ich euch dies zur Kenntnis bringe, vermelde ich zugleich, daß um den Empfang dieser heiligen Weihen auch N. N. Zögling des bisch. (erzbisch.) Seminars in (Trnava) — (Nitra) — (Banská Bystrica) — (Košice) — (Rožňava) — (Spišska Kapitula), Sohn N. N. — N. N. . . . . (Name und Stand der Eltern), geboren in . . . . . den . . . . . bittlich geworden ist.

Ich bitte euch, aller jener, welche an den genannten Tagen geweiht werden, besonders aber dieses Ordinanden N. N. in eueren frommen Gebeten eingedenk zu sein. Sollte jemand gegen die Zulassung des Kandidaten zu den höheren Weihen vielleicht eine Einwendung zu machen oder ein Hindernis bekannt zu geben haben, so wird er aufgefordert, dasselbe nach bestem Wissen und Gewissen aufrichtig und wahrheitsgemäß beim hiesigen Pfarramt anzuzeigen. Es möge dies aber um der Liebe Gottes willen so geschehen, daß er es vor dem Gerichte Gottes verantworten könne, seiner eigenen Fehler und Mängel eingedenk.

Formular zur Berichterstattung über die geschehene Verkündigung der Kandidaten der höheren Weihen und ihren Erfolg. (Quod, cui placet, idiomate populari potest facere.) (Vide paradigma latinum sub textu hungarico.)

Hungarice:

A magasabb egyházi rendek felvétele előtti hirdetésnek példája

Egyházmegyénk nagymélt. Főpásztora elhatározta, hogy a magasabb egyházi rendeket a következő napokon föl fogja adni:

az alszerpapságot (Subdiakonátust) . . . . . .
a szerpapságot (Diakonátust) . . . . . .
a papságot (Presbyterátust) . . . . . .

Midőn ezt becses tudomástokra hozom, egyuttal jelentem, hogy eme egyházi szent rendek felvételeért N. N. teologus (Trnavai) — (Nitrai) — (Banská Bystricai) — (Košicei) — (Rožňavai) — (Spišská Kapitula) püspöki (érseki) szeminárium növendéke, N. N. — N. N. (Szülők neve és állása) fia, ki . . . . . én . . . . . ben született is esedezik.

Ezek után felkérlek benneteket, hogy ama napokon emlékezzetek meg ajtatos imáitokban mindazokról, kiknek ezen egyházi szent rendek fel fognak adatni, de különösen N. N. növendék szülöttünkről. A szentegyház előírásait szem előtt tartva, egyben felhívlak benneteket, hogy mindegyiktek legjobb tudomása és lelkiismerete szerint köteles a helybeli plébániai hivatalnak bejelenteni minden netaláni olyan akadályt, mely miatt a hirdetett növendék a magasabb egyházi szent rendeket fel nem vehetné. Az Isten szerelmeért azonban történjen meg a feljelentés és úgy; hogy arról mindegyiktek Isten előtt számot tudjon adni, saját gyarlóságainak teljes tudatában.

A történt hirdetésről szólló jelentés példája. (Quod, cui placet, idiomate populari potest facere.)

Reverendissimo episcopali (archiepiscopali) Ordinariatui

Ego infrascriptus Parochus N. N. præsentibus litteris fidem facio, me N. N., episcopalis (archiepiscopalis) seminarii alumnum, sacris ordinibus in proxima ordinatione initiari cupientem denuntiasse, ejus nomen et desiderium in parochiali ecclesia mea die . . . . . inter Missarum solemnia publice proponendo omnesque monendo, ut si quod scirent canonicum impedimentum, idem in Officii parochialis cancellaria manifestarent. — (Juxta eventum scribatur aut: „Sed nullum fuit oppositum impedimentum“ aut: „Oppositum est sequens impedimentum“, quod proponatur).

Datum . . . . . Subscriptio


Isaac . . . Introduxit eam in
tabernaculum . . . Gen. 24, 67.
AVE
MARIA
Et apprehendens dexteram
filiæ suæ . . . Tob. 7, 15.

TITULUS IX

CAPUT I

DE SACRAMENTO MATRIMONII

Parochus, admonitus de aliquo Matrimonio in sua parœcia contrahendo, primum cognoscat ex iis ad quos spectat, qui et quales sint, qui Matrimonium contrahere volunt: an inter eos sit aliquod canonicum impedimentum: utrum sponte, libere et secundum honestatem Sacramenti velint contrahere: utrum sint in ætate legitima, et vir saltem sexdecim, mulier quatuordecim annos expleverit; et an in doctrina christiana sufficienter instructi sint.

2 Noverit, ex Codice Juris Canonici, quæ sint impedimenta Matrimonii, sive impedientia sive dirimentia; et qui sint gradus consanguinitatis et affinitatis.

3 Habeat in primis ipse bene cognita præcepta illa omnia, quæ in Matrimoniis rite conficiendis servari oportet juxta sacros Canones: dabitque operam, ut illa in parœcia sua accurate exacteque serventur.

4 Præsertim vero meminerit, Matrimonia inter virum raptorem et mulierem, intuitu Matrimonii raptam, quamdiu ipsa in raptoris potestate manserit, inita, et generatim Matrimonia, quæ aliter quam coram Parocho, vel loci Ordinario, vel Sacerdote ab alterutro delegato, et duobus saltem testibus contrahuntur, ex ipsis sacris Canonibus irrita omnino ac nulla esse.

5 Quamvis autem Parochus et loci Ordinarius, intra fines sui territorii, Matrimoniis nedum suorum subditorum, sed etiam non subditorum valide assistant, pro regula tamen habeatur, ut, ad normam juris, Matrimonium coram sponsæ Parocho celebretur, nisi justa causa excuset, quo in casu coram sponsi Parocho celebrabitur. Matrimonia autem catholicorum mixti ritus, nisi aliud particulari jure cautum sit, in ritu viri et coram ejusdem Parocho sunt celebranda.

6 Antequam Matrimonium contrahatur, a proprio contrahentium Parocho publice denuntietur, inter quosnam Matrimonium sit contrahendum. Quæ publicationes fiant tribus continuis diebus dominicis aliisque festis de præcepto, in ecclesia inter Missarum solemnia, aut inter alia divina Officia, ad quæ populus frequens accedat. Potest autem loci Ordinarius pro suo territorio publicationibus substituere publicam, ad valvas ecclesiæ parœcialis, aliusve ecclesiæ, affixionem nominum contrahentium per spatium saltem octo dierum, ita tamen ut, hoc spatio, duo dies festi de præcepto comprehendantur.

7 Si vero vir et mulier parœciæ sint diversæ, in utraque parœcia fiant publicationes.

8 Publicationes autem fiant hoc modo. Inter Missarum solemnia, aut inter alia divina Officia, ut supra, Parochus populum admoneat in hanc sententiam vulgari sermone:

Notum sit omnibus hic præsentibus, quod N., filius N., familiæ N., parœciæ S. N., et N., filia N., familiæ N., parœciæ S. N., intendunt inter se contrahere Matrimonium. Proinde admonemus omnes et singulos, ut si quis noverit aliquod consanguinitatis, vel affinitatis, vel cognationis spiritualis, vel quodvis aliud impedimentum inter eos esse, quod Matrimonium contrahendum invicem impediat, illud quamprimum Parocho aut loci Ordinario revelare debeat; et hoc admonemus primo (si sit prima), vel secundo (si sit secunda), vel tertio (si sit tertia publicatio.)

9 Loci Ordinarius proprius pro suo prudenti judicio potest ex legitima causa a publicationibus etiam in aliena diœcesi faciendis dispensare.

Si plures sint Ordinarii proprii, ille jus habet dispensandi, in cujus diœcesi Matrimonium celebratur; quod si Matrimonium extra proprias ineatur diœceses, quilibet Ordinarius proprius dispensare potest.

10 Si alius Parochus investigationem aut publicationes peregerit, de harum exitu statim per authenticum documentum certiorem reddat Parochum, qui Matrimonio assistere debet.

11 Peractis investigationibus et publicationibus, Parochus Matrimonio ne assistat, antequam omnia documenta necessaria receperit, et præterea, nisi rationabilis causa aliud postulet, tres dies decurrerint ab ultima publicatione.

Si intra sex menses Matrimonium contractum non fuerit, publicationes repetantur, nisi aliud loci Ordinario videatur.

12 Si nullum detectum fuerit impedimentum, nec dubium nec certum, Parochus, expletis publicationibus, ad Matrimonii celebrationem partes admittat.

13 Matrimonio vagorum, eorum videlicet qui nullibi domicilium habeant vel quasi-domicilium, Parochus, excepto casu necessitatis, numquam assistat, nisi, re ad loci Ordinarium vel ad Sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam assistendi obtinuerit.

14 Ne omittat Parochus, secundum diversam personarum condicionem, sponsos docere sanctitatem Sacramenti Matrimonii, mutuas conjugum obligationes et obligationes parentum erga prolem; eosdemque vehementer adhortetur, ut ante Matrimonii celebrationem sua peccata diligenter confiteantur et Sanctissimam Eucharistiam pie recipiant.

Catholici vero qui Sacramentum Confirmationis nondum receperunt, illud, antequam ad Matrimonium admittantur, recipiant, si id possint sine gravi incommodo.

15 Parochus graviter filiosfamilias minores hortetur ne nuptias ineant, insciis aut rationabiliter invitis parentibus; quod si abnuerint, eorum Matrimonio ne assistat, nisi consulto prius loci Ordinario.

16 Parochus curet ut sponsi, celebrato Matrimonio, benedictionem solemnem accipiant, quæ dari eis potest etiam postquam diu vixerint in Matrimonio, sed solum in Missa, servata speciali rubrica et excepto tempore feriato.

Solemnem benedictionem ille tantum Sacerdos per se ipse vel per alium dare potest, qui valide et licite Matrimonio potest assistere.

17 Nihilominus Parochus conjuges admoneat, maxime si neophyti sint, vel ante conversionem ab hæresi valide Matrimonium contraxerint, benedictionem ipsam ad ritum et solemnitatem, non vero ad substantiam et validitatem pertinere conjugii.

18 Mulier vidua, cui semel benedictio solemnis data sit, nequit in subsequentibus nuptiis eam iterum accipere, etiamsi ejus vir numquam uxorem duxerit.

19 Matrimonium quolibet anni tempore contrahi potest.

Solemnis tantum nuptiarum benedictio vetatur a prima Dominica Adventus usque ad diem Nativitatis Domini inclusive, et a Feria IV Cinerum usque ad Dominicam Paschatis inclusive.

Ordinarii tamen locorum possunt, salvis legibus liturgicis, etiam prædictis temporibus eam permittere ex justa causa, monitis sponsis ut a nimia pompa abstineant.

20 Matrimonium inter catholicos celebretur in ecclesia parœciali; in alia autem ecclesia vel oratorio sive publico sive semi-publico, nonnisi de licentia Ordinarii loci vel Parochi celebrari poterit.

Matrimonium in ædibus privatis celebrari Ordinarii locorum in extraordinario tantum aliquo casu et accedente semper justa ac rationabili causa permittere possunt: sed in ecclesiis vel oratoriis sive Seminarii sive religiosarum, Ordinarii id ne permittant, nisi urgente necessitate, ac opportunis adhibitis cautelis.

Matrimonia vero inter partem catholicam et partem acatholicam extra ecclesiam celebrentur; quod si Ordinarius prudenter judicet id servari non posse quin graviora oriantur mala, prudenti ejus arbitrio committitur hac super re dispensare.

CAPUT 2

RITUS CELEBRANDI MATRIMONII SACRAMENTUM

1 Parochus Matrimonio adfuturus, publicationibus factis ut dictum est, si nullum obstet legitimum impedimentum in ecclesia, superpelliceo et stola alba indutus, adhibito uno saltem Clerico superpelliceo pariter induto, qui librum et vas aquæ benedictæ cum aspersorio deferat, coram duobus saltem testibus, virum et mulierem ante altare genuflexos, quos parentum vel propinquorum suorum præsentia cohonestari decet, de consensu in Matrimonium interroget, utrumque singillatim. Et primum quidem Sponsum, deinde Sponsam.

2 Advertat autem Parochus, ut ad interrogationes verum et formale accipiat responsum, ne pro consuetudine dumtaxat vel ex suggestione astantium respondeat Sponsus vel Sponsa: ita, vel non.

3 Tum Parochus stans versa facie ad illos, ita ut virum habeat ad sinistram, mulierem vero ad dexteram, signum Crucis super se exprimendo, dicit:

In nómine Patris, et Filii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

Tunc interroget sponsos, ut sequitur, et primo quidem sponsum.

Slavice:

Ad Sponsum:

Sac. Ako ti meno?

Sponsus N. N.

Sac. N. Pýtam sa ťa na tvoju kresťanskú vieru, aby si mi povedal, či si okrem tuná prítomnej nevesty svojej, nezaviazal sa manželským sľúbom žiadnej inej osobe?

Sp. Nie.

Sac. Či ťa skutkom alebo slovom nikto nenútil k tomuto manželstvu?

Sp. Nie.

Sac. Pýtam sa ťa poznove na tvoju kresťanskú vieru, či niet medzi vami nejakého krvného priateľstva, švagorstva, kmotorstva alebo nejakej inej prekážky, pre ktorú by ste platné manželstvo spolu uzavrieť nemohli?

Sp. Nie.

Sac. Pýtam sa ťa teda pred Cirkvou svätou, či chceš tuná pritomnú svoju nevestu prijať za zákonitú manželku svoju?

Sp. Chcem.

Ad Sponsam:

Sac. Ako ti meno?

Sponsa N. N.

Sac. N. Pýtam sa ťa na tvoju krestanskú vieru, aby si mi povedala, či si okrem tuná prítomného ženicha svojho nezaviazala sa manželským sľubom žiadnej inej osobe?

Sponsa Nie.

Sac. Či ťa skutkom alebo slovom nikto nenútil k tomuto manželstvu?

Sponsa Nie.

Sac. Pýtam sa ťa poznove na tvoju krestanskú vieru, či niet medzi vami nejakého krvného priateľstva, švagorstva, kmotorstva alebo nejakej inej prekážky, pre ktorú by ste platné manželstvo spolu uzavrieť nemohli?

Sponsa Nie.

Sac. Pýtam sa ťa teda pred Cirkvou svätou, či chceš tuná pritomného svojho ženicha prijať za zákonitého manžela svojho?

Sponsa Chcem.

Germanice:

Ad Sponsum:

Sac. Wie heißest du?

Sponsus N. N.

Sac. N. Ich frage dich bei deiner christlichen Treue und Glauben, hast du außer deiner hier gegenwärtigen Verlobten niemand anderem ein verbindendes Versprechen gegeben, daß du sie zur Ehe nehmen wollest?

Sp. Nein.

Sac. Hat dich zu dieser Heirat mit Tat oder Wort niemand gezwungen?

Sp. Nein.

Sac. Ich frage dich nochmals bei deiner christlichen Treue und Glauben, besteht zwischen euch wissentlich keine Blutsverwandtschaft, Schwägerschaft, Gevatterschaft oder sonst ein Hindernis, weshalb ihr miteinander keine gültige Ehe schließen könntet?

Sp. Nein.

Sac. Ich frage dich daher im Angesichte der Kirche: willst du diese deine gegenwärtige Verlobte zu deiner rechtmäßigen Ehegattin nehmen?

Sp. Ich will.

Ad Sponsam:

Sac. Wie heißest du?

Sponsa N. N.

Sac. N. Ich frage dich bei deiner christlichen Treue und Glauben, hast du außer deinem hier gegenwärtigen Verlobten niemand anderem ein verbindendes Versprechen gegeben, daß du ihm zum Manne haben wollest?

Sponsa Nein.

Sac. Hat dich zu dieser Heirat mit Tat oder Wort niemand gezwungen?

Sponsa Nein.

Sac. Ich frage dich nochmals bei deiner christlichen Treue und Glauben, besteht zwischen euch wissentlich keine Blutsverwandtschaft, Schwägerschaft, Gevatterschaft oder sonst ein Hindernis, weshalb ihr miteinander keine gültige Ehe schließen könntet?

Sponsa Nein.

Sac. Ich frage dich daher im Angesichte der Kirche: Willst du diesem deinem gegenwärtigen Verlobten zu deinem rechtmäßigen Ehegatten haben?

Sponsa Ich will.

Hungarice:

Ad Sponsum:

Sac. Mi a neved?

Sponsus N. N.

Sac. N. Kérdlek téged a te keresztény hitedre, nem tettél-e itt jelenlevő jegyeseden kivül más valakinek kötelező házassági igéretet?

Sponsus Nem tettem.

Sac. Nem kényszerített-e téged valaki, akár szóval, akár cselekedettel e házasságra?

Sponsus Nem.

Sac. Mégis hitedre kérdlek, nincsen-e ti közöttetek, tudomástokra, valami vérrokonság, sógorság, komaság, avagy egyéb oly akadály, mely miatt egymással érvényes házasságot nem köthetnétek?

Sponsus Nincsen.

Sac. Kérdlek tehát az anyaszentegyház szine előtt, akarod-e ez itt jelenlevő jegyesedet törvényes házastársul elvenni?

Sponsus Akarom.

Ad Sponsam:

Sac. Mi a neved?

Sponsa N. N.

Sac. N. Kérdlek téged a te keresztény hitedre, nem tettél-e itt jelenlevő jegyeseden kivül más valakinek kötelező házassági igéretet?

Sponsa Nem tettem.

Sac. Nem kényszerített-e téged valaki, akár szóval, akár cselekedettel e házasságra?

Sponsa Nem.

Sac. Mégis hitedre kérdlek, nincsen-e ti közöttetek, tudomástokra, valami vérrokonság, sógorság, komaság, avagy egyéb oly akadály, mely miatt egymással érvényes házasságot nem köthetnétek?

Sponsa Nincsen.

Sac. Kérdlek tehát az anyaszentegyház színe előtt, akarsz-e ez itt jelenlevő jegyesedhez törvényes házastársul elmenni?

Sponsa Akarok.

5 His actis jubeat Sacerdos Sponso et Sponsæ, ut anulos suos ad altare ponant, et benedicat eos hoc modo:

Benedictio Anulorum

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine hos ánulos, quos in tuo nómine bene ✠ dícimus, ut, qui eos gestáverint, in tua pace consístant, et in tua voluntáte permáneant, et in tuo amóre vivant, et senéscant, et multiplicéntur in longitúdine diérum. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Creátor et conservátor humáni géneris, dator grátiæ spirituális: tu, Dómine, mitte Spíritum Sanctum tuum Paráclitum de cælis super hos ánulos: ut armáti virtúte cæléstis defensiónis, illis, qui eos portáverint, proficiant ad salútem. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tunc Sacerdos aspergat anulos aqua benedicta, in modum Crucis; et anulum Sponsæ, in digitum dexteræ manus Sponsi, minimo vicinum, qui anularis vocatur, ponat: similiter anulum Sponsi, in digitum Sponsæ, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

I

6 Si ex parte utriusque Conjugis hæ sunt secundæ Nuptiæ, hoc est si utrique vidui sint, Sacerdos hanc solam Orationem dicat:

Orémus. Oratio

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris: et institútis tuis, quibus propagatiónem humáni géneris ordinásti, benígnus assíste; ut, quod te auctóre júngitur, te auxiliánte servétur. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

Oratione finita, jungat dextras utriusque, et stola circumvolvat dicens:

Jungo vos in matrimónium: in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

Et ultimo faciat ipsos jurare, ut infra pag. 261.

II

Benedictio nubentium

7 Quodsi ex parte utriusque, tam scilicet Sponsi, quam Sponsæ nuptiæ hæ primæ sint, hoc est, si nec Sponsus aliam uxorem, nec Sponsa alium virum habuerit; aut vero si Sponsa sola innupta fuerit, etiamsi Sponsus viduus fuerit, benedicat eos ante altare genuflexos hoc ordine:

℣. **Adjutórium nostrum in nómine Dómini.**
℟. **Qui fecit cælum et terram.**
℣. **Confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.**
℟. **A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.**
℣. **Benedícti sitis a Dómino.**
℟. **Qui fecit mundum ex níhilo.**

Orémus. Oratio

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, bénedic ✠ hos fámulos tuos, et sémina semen vitæ in méntibus eórum: ut, quidquid pro sua utilitáte didicerint, hoc fácere cúpiant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum,

Recuperatórem hóminum, Fílium tuum unigénitum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

8 Psalmus 127

Beáti omnes, qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: * beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce, sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion: * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israel.

Glória Patri.

9 Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus, sperántes in te.
℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Réspice, quæsumus, Dómine, super hanc conventiónem de cælo sancto tuo: et sicut Tobiam et Saram, Angelo pacis comitánte, protegébas, ita et istos a mortífera dæmonum infestatióne prótegas et ab eis mentis et córporis adversitátes repéllas; ut, munímine tuo protécti, laudent nomen tuum sanctum, quod est benedíctum, in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris: et institútis tuis, quibus propagatiónem humáni géneris ordinásti, benignus assíste; ut, quod te auctóre júngitur, te auxiliánte servétur. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine Jesu Christe, hunc fámulum et hanc fámulam tuam: sicut benedixísti famílias filiórum Israel per oratiónem Móysi, ut veniéntes per mare rubrum in conspéctu Pharaónis salvi fíerent, ita et hi in conspéctu tuo salvi fiant in die judícii. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio

Bene ✠ dícat vos Deus Pater, custódiat vos Jesus Christus, illúminet vos Spíritus Sanctus: osténdat Dóminus fáciem suam vobis, et misereátur vestri; et convértat Dóminus vultum suum super vos, et det vobis pacem ómnibus diébus vitæ vestræ, impleátque vos omni benedictióne cæli in remissiónem ómnium peccatórum vestrórum, ut habeátis vitam ætérnam in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

10 Deinde Sacerdos dextras utriusque jungat, et junctas stola circumvolvat dicens:

Jungo vos in matrimónium: In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

III

11 Quodsi ex parte tantum Sponsæ sunt secundæ Nuptiæ, hoc est, si Sponsa vidua est, sed Sponsus nondum aliam habuit uxorem: Benedictio Nubentium super solum Sponsum numero singulari et genere masculino dicatur hoc modo:

Orémus. Oratio

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, béne ✠ dic hunc fámulum tuum, et sémina semen vitæ in mente ejus: ut, quidquid pro sua utilitáte didícerit, hoc fácere

cúpiat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Recuperatórem hóminum, Fílium tuum Unigénitum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

12 Cum Psalmo Beáti omnes, qui timent Dóminum, ut supra, pag. 259, et in fine Glória Patri, etc. Quo finito, subjungitur:

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine Jesu Christe, hunc fámulum tuum: sicut benedixísti famílias filiórum Israel per oratiónem Móysi, ut veniéntes per mare rubrum in conspéctu Pharaónis salvi fíerent, ita et hic in conspéctu tuo salvus fiat in die judícii. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio

Benedícat ✠ te Deus Pater, custódiat te Jesus Christus, illúminet te Spíritus Sanctus: osténdat Dóminus fáciem suam tibi, et misereátur tui; et convértat Dóminus vultum suum super te, et det tibi pacem ómnibus diébus vitæ tuæ; impleátque te omni benedictióne cæléstí, in remissiónem ómnium peccatórum tuórum, ut hábeas vitam ætérnam in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

13 Deinde Sacerdos dextras utriusque jungat, et junctas stola circumvolvat dicens:

Jungo vos in matrimónium: In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

14 Postremo pro more in Slovacchia usitato, dextris ipsorum super Crucifixum collocatis, faciat Sacerdos eos singillatim jurare, ipso verba juramenti proferente, illis vero subsequentibus. Et prius quidem Sponsum, deinde Sponsam, hoc modo:

Slavice:

Tak mi Pán Boh pomáhaj,
Blahoslavená Panna Maria,
I všetci Boží Svätí,
Že ja túto tu prítomnú (Mariu) [tohoto tu prítomného (Jána)] milujem,
A za pravú manželku (za pravého manžela) sebe beriem,
Podľa ustanovenia Božieho,

A podľa obyčaje Cirkve svätej všeobecnej,
A že ju (ho) nikdy neopustím,
Až do jej (jeho) a mojej smrti,
V žiadnom protivenstve,
Tak mi Pán Boh pomáhaj.

Germanice:

So soll mir Gott helfen,
Die Unbefleckte Jungfrau Maria,
Und alle Heiligen Gottes,
Daß ich die gegenwärtige N. (den gegenwärtigen N.) liebe
Und sie zu meiner Ehegattin (ihn als Ehegatten) nehme
Nach der Ordnung Gottes
Und nach dem Gebrauche der christlichen Kirche,
Und daß ich sie (ihn) nicht verlasse,
Solange ich und sie (er) lebt,
In keinerlei Not und Widerwärtigkeit,
So soll mir Gott helfen.

Hungarice:

Isten engem ugy segéljen,
A szeplőtelen szűz Mária,
És Istennek minden szentjei,
Hogy a jelen levő (Máriát, Jánost) szeretem,
Szeretvén magamhoz veszem feleségül, (Szeretvén hozzá megyek feleségül),
Istennek rendelése szerint,
A keresztény anyaszentegyháznak szokása szerint,
És hogy őt el nem hagyom,
Holtomiglan holtáiglan,
Semminemü viszontagságában,
Isten engem ugy segéljen.

15 Finito, utriusque juramento, Sacerdos sic eos poterit alloqui:

Slavice:

Kresťanskí novomanželia! Na počiatku sveta sám Boh ustanovil stav manželský, aby doplnil počet vyvolených. Syn Boží vezmúc na seba telo, svojou vlastnou prítomnosťou a prvým zázrakom ho posvätil v Káne Galilejskej. Ježiš Kristus povýšil stav manželský na hodnosť sviatosti, aby to, čo sväté bolo, ešte viac posvätil. Preto menuje sv. Pavel apoštol stav manželský veľkým tajomstvom. (Efez. 5, 32.)

Kresťanské manželstvo je odznak toho tajomstva a láskyplného sväzku, ktorý Krista Pána s Cirkvou svojou spojuje. Pán Ježiš skutočne pre Cirkev svoju žil a zomrel; Cirkev opäť vyznáva so sv. Pavlom: „Kristus je môj život a smrť môj zisk.“ (Filip. 1, 21.)

Na tento príklad patrite dnes a po celý život. A preto manželu miluj svoju manželku, jako Kristus miloval Cirkev svoju; miluj ju ako polovičku svojej duše, lebo však preto si opustil otca a matku, aby si sa pridŕžal manželky. (Mat. 19, 5.) Obsiahnutú moc nad ňou v útlom priateľstve užívaj, lebo nedostal si otrokyňu, hovorí sv. Ambroz, ale manželku. Usiluj sa, aby pri tvojom starostlivom, počestnom zachádzaní zabudla na svoju odvislosť, ba čo viac ešte si ju aj zaľúbila.

A ty manželko, buď poddaná svojmu manželovi, tak jako Cirkev je poddaná Kristovi. Ži preňho a v ňom, tak jako Cirkev žije v Kristu. „Žijem ja, avšak už nie ja, ale žije vo mne Kristus.“ (Gal. 2, 20.) Usiluj sa vyhybať ševtkemu, čo by pokoj domáci kaziť mohlo. Skromnosť a svätá stydlivosť nech je zárukou tvojej lásky a vernosti. Miesto „klamlivej ľúbežnosti a márnej krásy“ (Prikl. 31, 30) hľadaj okrasu srdca, čnosti kresťanské, bo bázeň Božia je chľúba ženy.

Ak takéto snahy budú riadiť váš manželský život, sviatosť táto vašu lásku sošľachtí a váš sväzok bude prameňom tak časnej ako i večnej blaženosti. Nech vás Boh žehná a svojou milosťou sprevádza. Amen.

Germanice:

In Christo neuvermähltes Ehepaar! Gott hat am Anfange der Welt die Ehe eingesetzt, damit die Zahl der Auserwählten voll werde; im Fleische erschienen, hat er die Ehe mit seiner Gegenwart und seinem ersten Wunder geheiligt. Er hat die Ehe zum Sakrament erhoben, damit er das, was schon heilig war, noch mehr heilige. Darum nennt der heilige Apostel Paulus die Ehe ein großes Geheimnis. (Eph 5, 32.)

Die christliche Ehe ist ein Nachbild jenes geheimnisvollen und liebevollen Bündnisses, welches Christus, den Herrn, an seine Kirche bindet. Christus, der Herr, lebte und starb für seine Kirche; die Kirche hinwieder spricht mit dem heiligen Paulus: „Christus ist mein Leben und Sterben mein Gewinn.“ (Phlp 1, 21.)

Blicket auf dieses Vorbild alle Tage eures Lebens. Mann, liebe deine Gattin, wie Jesus seine Kirche geliebt hat, liebe sie wie die Hälfte deiner Seele; darum hast du ja Vater und Mutter

verlassen, damit du ihr anhangest. Wenn du Gewalt über sie erlangt hast, übe diese Gewalt in zarter Freundschaft aus; denn nicht eine Sklavin hast du bekommen, sagt der heilige Ambrosius, sondern eine Gattin. Bemühe dich, daß sie durch dein sorgsames, ehrbares Betragen ihre Abhängigkeit vergesse, ja vielmehr dieselbe liebgewinne!

Und du, Gattin, sei deinem Manne untertan, gleichwie die Kirche Jesu Christo untertan ist. Lebe für ihn und in ihm, wie die Kirche in Christus lebt: „Ich lebe, aber nicht mehr ich, sondern Christus lebt in mir." (Gal. 2, 20.) Bemühe dich, alles zu verhüten, was den Frieden stören könnte. Bescheidenheit und heilige Zucht sei die Bürgschaft deiner Liebe, deiner Treue. Statt „der trügerischen Anmut und der eitlen Schönheit" (Spr 31, 30) suche den Schmuck des Herzens, die Tugend; denn auch des Weibes Ehre ist die Gottesfurcht.

Wenn euch in der Ehe diese Gedanken beseelen, wird dies Sakrament eure Liebe veredeln und euren Bund in eine Quelle eures irdischen und ewigen Glückes verwandeln. Es begleite euch Gottes Segen und Gnade. Amen.

Hungarice:

Keresztény ujdon házaspár! Isten már a világ kezdetén rendelé és később emberi testbe öltözvén jelenlétével és első csodájával megszentelé a házasságot, hogy a választottak száma beteljék. Szentséggé tette azt, a mi már természete szerint is szent volt; azért sz. Pál nagy titoknak nevezi. (Efez. 5, 32.)

A keresztény hitvesek házassága kép-mása annak a titokzatos és szeretetben túláradó viszonynak, mely Jézust anyaszentegyházával egybefüzi. Jézus a szónak szoros értelmében egyházáért élt és meg is halt az egyház pedig sz. Pállal mondja mindörökké: „Nekem életem a Krisztus, és meghalnom nyereség." (Filipp. 1, 21.)

Erre a példára tekintsetek ma és mindenkor! Azért a férj szeresse hitvesét mint Jézus szerette anyaszentegyházát; szeresse mint lelkének felét, hiszen azért hagyta el atyját és anyjat, hogy feleségéhez ragaszkodjék. (Máté 19, 5.) Ha van is hatalma fölötte, gyöngéd barátsággal kell gyakorolnia, mert sz. Ambrus szerint nem rabszolgát kapott, hanem hitvest. Feledtesse és szerettesse meg a függést figyelmes és tiszteletet adó viseletével.

A nő pedig legyen engedelmes férjének, mint az anyaszentegyház is engedelmeskedik jegyesének, Jézusnak. Legyen

engedelmes neki, mint magának az Urnak. (Efez. 5, 22.) Éljen férjének és férjében, mint az Egyház is Krisztusban él: „Élek én, de már nem én, hanem Krisztus él énbennem." (Galat. 2, 20.) Kerüljön mindent, a mi a békét megzavarná. Szerénysége és szemérmetessége mutassa szeretetét és hűségét. Keresse a „csalárd kedvesség és a hiú szépség" (Példab. 31, 30) helyett a szív ékességeit, a keresztény erényeket, mert az Ur félelme az asszony dicsősége.

Ha ezek a törekvések fogják vezetni házas élteteket, Jézus e szentséggel meg fogja nemesíteni a természetes szeretetet, melyet egymás iránt éreztek, és frigyetek földi és örökkétartó boldogságtoknak gazdag forrásává válik. Krisztus bőséges sz. malasztja szálljon frigyetekre. Amen.

16 Tum aspergat eos aqua benedicta, et dimittit in pace. Quando plures simul copulantur, benedictio anulorum et reliquæ benedictiones plurali numero semel fiunt.

17 His expletis, si benedicendæ sint Nuptiæ, Parochus Missam pro Sponso et Sponsa, ut in Missali Romano, celebret, servatis omnibus, quæ ibi præscribuntur.

18 Peractis omnibus, Parochus manu sua describat in librum Matrimoniorum nomina conjugum, et testium, et alia juxta formam præscriptam: idque, licet alius Sacerdos, vel ab Ordinario delegatus, Matrimonium celebraverit. Et si qua dispensatio seu in denuntiationibus, seu in aliquo impedimento intervenerit, pariter adnotabit.

Præterea Parochus in libro quoque Baptizatorum adnotet conjugem tali die in sua parœcia Matrimonium contraxisse. Quod si conjux alibi baptizatus fuerit, Matrimonii Parochus notitiam initi contractus ad Parochum Baptismi sive per se sive per Curiam episcopalem transmittat, ut Matrimonium in Baptizatorum librum referatur.

CAPUT 3

SOLEMNIS BENEDICTIO NUPTIALIS

INFRA MISSAM PRO SPONSO ET SPONSA

1 Cum ab antiquissimis temporibus christiani nuptias suas cum oblatione sacrificii celebrare consueverint (Tertull. Ad uxor. 1. 2. c. 19.), neoconjugati monendi sunt, ut finita copulatione Missæ sacrificium pro se offerri procurent, intra quam eorum nuptiæ solemniter benedicantur. In matrimoniis mixtis celebratio Missæ semper interdicitur.

2 Solemnis benedictio nuptialis non est facienda, si conjuges jam in primis nuptiis illam acceperint, sive mulier, sive etiam vir ad secundas nuptias transierit. Licet matrimonium quovis anni tempore contrahi possit, solemnis nuptiarum benedictio vetatur tempore clauso et in die Commemorationis Omnium fidelium defunctorum, sed exceptis temporibus et ser-

vatis servandis Sponsis benedictione nuptiali adhuc carentibus, etiam postquam diu vixerint in matrimonio, dari potest, sed solum in Missa.

3 Benedictio nuptialis intra Missam fiat sequenti modo:

a) Dicto in Missa Pater noster, et responso a ministro Sed líbera nos a malo, et a Sacerdote Amen, ante extersionem patenæ, Sacerdos genuflectit, et se retrahit ad cornu Epistolæ, ubi conversus ad Sponsos, ante altare genuflexos dicit manibus junctis ac digitis clausis super eos sequentes Orationes, ministro librum tenente:

Orémus. Oratio

Propitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris, et institútis tuis, quibus propagatiónem humáni géneris ordinásti, benígnus assíste: ut, quod te auctóre júngitur, te auxiliánte servétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui potestáte virtútis tuæ de níhilo cuncta fecísti: qui dispósitis universitátis exórdiis, hómini, ad imáginem Dei facto, ídeo inseparábile mulíeris adjutórium condidísti, ut femíneo córpori de viríli dares carne princípium, docens, quod ex uno placuísset institui, numquam licére disjúngi: Deus, qui tam excellénti mystério conjugálem cópulam consecrásti, ut Christi et Ecclésiæ sacraméntum præsignáres in fœdere nuptiárum: Deus, per quem múlier júngitur viro et societas principáliter ordináta ea benedictióne donátur, quæ sola nec per originális peccáti pœnam nec per dilúvii est ablàta sententiam: réspice propítius super hanc fámulam tuam, quæ, maritáli jungénda consórtio, tua se éxpetit protectióne muníri: sit in ea jugum dilectiónis et pacis: fidélis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctárum permáneat feminárum: sit amábilis viro suo, ut Rachel: sápiens, ut Rebécca: longæva et fidélis, ut Sara: nihil in ea ex áctibus suis ille auctor prævaricatiónis usúrpet: nexa fídei mandatísque permáneat: uni thoro juncta, contáctus illícitos fúgiat: múniat infirmitátem suam róbore disciplínæ: sit verecúndia gravis, pudóre venerábilis, doc-

trinis cæléstibus erudíta: sit fœcúnda in sóbole, sit probáta et innocens: et ad Beatórum réquiem atque ad cæléstia regna pervéniat: et vídeant ambo fílios filiórum suórum, usque in tértiam et quartam generatiónem, et ad optátam pervéniant senectútem. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus: per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Dictis his duabus Orationibus, Sacerdos revertitur ad medium Altaris, genuflectit, extergit patenam et prosequitur Missam, dicendo: Líbera nos, etc., et reliqua more solito.

b) Postquam sumpserit Sanguinem, communicet Sponsos; quæ communio Sponsorum, etsi non sit de præcepto et essentia benedictionis nuptiarum, valde tamen commendanda est.

c) Dicto autem Benedicámus Dómino, vel, si Missæ illius diei conveniat, Ite, missa est, ante Orationem Pláceat tibi, etc., Sacerdos, conversus ad Sponsos, ante Altare genuflexos, in cornu Epistolæ, manibus junctis, dicit sine Orémus sequentem Orationem, ministro librum tenente:

Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob sit vobíscum: et ipse adímpleat benedictiónem suam in vobis: ut videátis fílios filiórum vestrórum usque ad tértiam et quartam generatiónem, et póstea vitam ætérnam habeátis sine fine: adjuvánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Dicta hac Oratione, Sacerdos in modum crucis aspergit Sponsos, primo virum, dein mulierem, aqua benedicta, nihil dicens. Deinde revertitur in medium Altaris, dicit more solito Pláceat tibi, etc., dat benedictionem, et legit ultimum Evangelium.

CAPUT 4

RITUS INTRODUCENDI NOVAM NUPTAM

IN TEMPLUM POST NUPTIAS

1 Nova Nupta, dum gratias Deo actura ad templum venerit, consistat ante fores; ubi Sacerdos superpelliceo et stola indutus dicat super eam hæc, quæ sequuntur:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

2 Psalmus 66

Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes: * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * et métuant eum omnes fines terræ. — Glória Patri.

3 Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster.
℣. Salvam fac ancillam tuam.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui mórtuam Saræ vulvam per Abrahæ servi tui semen fœcundáre dignátus es, ut étiam contra spem sóboles ei nascerétur: fámulam hanc tuam propítius réspice, eique partum et fœcunditátem benígnus tribue, et prolem, quam donáveris, benedícito: Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

4 Postea stolam det in manus Novæ Nuptæ, et introducat eam in templum, dicens:

Ingrédere in templum Dei, adóra Fílium beátæ Maríæ Vírginis, ut tibi fœcunditátem tribuat prolis.

5 Deinde aspergat ipsam aqua benedicta in modum Crucis, dicens:

Pax et benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper.

PARS SECUNDA

DE BENEDICTIONIBUS

Hydria farinæ non deficiet, nec
lecythus olei . . . III. Reg. 17, 14.
Illi offerebant vasa, et illa in-
fundebat. Cumque . . IV. Reg. 4.

TITULUS I

CAPUT UNICUM

DE BENEDICTIONIBUS REGULÆ GENERALES

Benedictiones impertire potest quilibet Presbyter, exceptis iis quæ Romano Pontifici aut Episcopis aliisve reserventur.

Benedictio reservata quæ a Presbytero detur sine necessaria licentia, illicita est, sed valida, nisi in reservatione Sedes Apostolica aliud expresserit.

Diaconi et Lectores illas tantum valide et licite benedictiones dare possunt, quæ ipsis expresse a jure permittuntur.

2 Benedictiones sive constitutivæ sive invocativæ invalidæ sunt, si adhibita non fuerit formula ab Ecclesia præscripta.

3 Benedictiones, imprimis impertiendæ catholicis, dari quoque possunt catechumenis, immo, nisi obstet Ecclesiæ prohibitio, etiam acatholicis ad obtinendum fidei lumen vel, una cum illo, corporis sanitatem.

4 Res benedictæ constitutiva benedictione, reverenter tractentur neque ad usum profanum vel non proprium adhibeantur, etiamsi in dominio privatorum sint.

5 Benedictionem illius sacræ supellectilis quæ ad normam legum liturgicarum benedici debet antequam ad usum sibi proprium adhibeatur, impertire possunt:

1° S. R. E. Cardinales et Episcopi omnes;

2° Locorum Ordinarii, charactere episcopali carentes, pro ecclesiis et oratoriis proprii territorii;

3° Parochus pro ecclesiis et oratoriis in territorio suæ parœciæ positis, et rectores ecclesiarum pro suis ecclesiis;

4° Sacerdotes a loci Ordinario delegati, intra fines delegationis et jurisdictionis delegantis;

5° Superiores religiosi, et Sacerdotes ejusdem religionis ab ipsis delegati, pro propriis ecclesiis et oratoriis ac pro ecclesiis monialium sibi subjectarum.

6 In omni benedictione extra Missam, Sacerdos saltem superpelliceo et stola coloris tempori convenientis utatur, nisi aliter notetur.

7 Stando semper benedicat, et aperto capite.

In principio cujusque benedictionis, nisi aliter notetur, dicat:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Deinde dicat Orationem propriam, unam vel plures, prout suo loco notatum fuerit.

Postea rem aspergat aqua benedicta, et, ubi notatum fuerit, pariter incenset, nihil dicendo.

8 Cum Sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministrum cum vase aquæ benedictæ et aspersorio, et cum hoc Rituali libro, seu Missali.

9 Caveat, ne benedictionis causa ponat aliquid indecens super Altare, veluti esculenta; sed quod ejusmodi est, ponatur super mensam, commodo loco paratam.

TITULUS II

BENEDICTIONES NON RESERVATÆ

CAPUT 1

BENEDICTIONES PERSONARUM

1

BENEDICTIO MATRIMONII JUBILÆI

Si qui Conjuges, post transactos in Matrimonio quinquaginta (vel vigintiquinque) annos, juxta laudabilem consuetudinem, Jubilæas celebrare voluerint Nuptias, seu Benedictionem Matrimonii sui Jubilæi postulaverint, Parochus, pio ipsorum voto satisfacturus, ante omnia doceat eos: talem Benedictionem non esse Ritum sacramentalem, neque nova officia per illam suscipi, sed esse potius solemnem gratiarum actionem conjunctam cum invocatione divini adjutorii pro obtinenda in famulatu Dei perseverantia usque in finem. — Edoctis prævie de hac rara solemnitate Parochianis, conjuges jubilares constituto die accedunt ad Sacramentum Pœnitentiæ et dein celebratur Missa de die, aut, permittentibus Rubricis, Missa votiva privata pro gratiarum actione, uti in Missali inter Missas votivas ultimo loco habetur, sub qua ministratur illis S. Communio. (Hac occasione non licet dicere Missam pro sponso et sponsa). Finita Missa, Celebrans, prouti est in sacris sacerdotalibus paramentis, conjuges jubilares stantes ante altare opportuno alloquatur lingua vulgari sermone, in quo sequentia poterit efferre rationum momenta: In vetere Testamento Deus recolendum mandavit annum jubilarem. (Lev. 25, 8 et sequ.) In novo Testamento ecclesia solemnibus ritibus celebrat unumquemque elapsum quadrantem sæculi. Simili ratione salutare est celebrare jubilæum matrimonii, in quo conjuges refferre debent Deo grates pro acceptis spatio tot annorum beneficiis. Paucis conjugibus datur hæc gratia, cui si fideliter cooperentur, præclarum exhibent exemplum servati vinculi matrimonialis, quod, uti indissolubile, ecclesia numquam desinit inculcare conjugibus. Merita conjugum cumulantur, si varias necessitates, tentationes, adversitates, quibus vita matrimonialis repleta est, forti animo toleraverunt, præprimis si proles non solum quoad corpus curaverunt, sed, quod principale est, in spiritu religioso educaverunt. Tali jubilæo matrimoniali ecclesia promptissime largitur benedictionem, ceu pignus ulteriorum gratiarum Dei, ut conjuges in mutua caritate, pace, adjutorio et patientia fruantur suorum laborum fructu, ac tandem pie transacta vita in terris, perfectissimæ caritatis vinculo et lætitiæ uniantur in cælis.

Slavice:

Drahi kresťania! Päťdesiat (dvadsaťpäť) rokov minulo od tej doby, že ste pred tvárou Pána Boha a Cirkvi svätosť stavu manželského prijali. Neobyčajná milosť päťdesiat (dvadsaťpäť) rokov je to zriedkavé šťastie, ktoré vás dnes do chrámu doviedlo a rozpálilo srdce vaše, aby ste (uprostred dietok a vnukov) vrelé vďaky vzdali Pánu Bohu, a obnovili tie sľuby, ktoré ste pred päťdesiat (dvadsaťpäť) rokmi učinili.

A vskutku premnoho príčin máte Boha chváliť a jemu ďakovať. Lebo z jeho dobrodenia ste sa dožili tak krásneho vysokého veku, z jeho milosti ste okusili radosti päťdesiat (dvadsaťpäť) rokov; navštívil vás síce i trpkostiami, ale vlial do srdc vaších zároveň aj silu, aby ste pod ích ťarchou neklesali, lež oči svoje vždy s dôverou k nebesiam pozdvihovali. Slovom všetko je dielo Božie. (Láska jeho obdarila vás dietkami, aby vám boly ku potešeniu a v starobe ku pomoci.)

Vernosť dlhých rokov preto nech potvrdí deň dnešný. Život váš sa pomaly ku koncu chýli, bremeno a sparnosť dňa ste už okusili. Včul bedlite o to, aby sa duša vaša pridržala Boha, lebo nespokojné je srdce naše, dokiaľ neodpočinie v ňom.

Milujte sa vospolok i naďalej, a to v Srdci Ježišovom. Slabosti staroby vašej znášajte so spoločnou trpezlivosťou, a jestli vás Boh navštíví nemocou, nereptajte proti nemu, lež spojujte trpkosti s prehorkým umučením milého Spasiteľa. Život váš nech je príkladom pravého pokoja a svornosti. Shromažďujte sebe poklady, ktoré hrdza nepokazí a moľ nestrávi, aby ste jednúc na zásluhy bohatí predstúpiť mohli pred trón Boží.

Použite skúsenosti vášho dlhého života nielen k vlastnému prospechu, ale i ku dobru vašich príbuzných. Povedzte tým, ktorí trápnú cestu života včul nastupujú, čo majú robiť a čomu vyhybať, aby šťastie stavu manželského, domáce dobro a obzvlášte večné spasenie sebe uistiť mohli.

(Vy ale, dietky [vnukovia a vnučky] týchto počestných manželov usilujte sa ťarchu staroby ích obľahčiť uctivosťou, láskou a čnostlivým životom. Nestrpčujte zbývajúce ešte dni ích života, plňte ochotne ích vôľu, vyslyšte ích prosby a žiadosti, a odplaťte sa ím za tú láskavú starosť, ktorou vás vychovávali, bo len tak sa vyplní na vás Božie zaslúbenie, že totižto dobré deti obdari životom dlhým.)

Duch lásky a pokoja nech so všetkými zostáva, obzvlášte ale s vami starí manželia, ktorí dnes sľub manželský slávnostne obnovujete. Nech vás žehná, dni vaše obľahčuje a do života večného vovedie Boh Otec, Syn a Duch svätý. Amen.

Germanice:

Liebe Christen! Fünfzig (Fünfundzwanzig) Jahre sind verflossen, seitdem ihr euch vor Gott und der Kirche zur Ehe verbunden habt. Es ist die Krone langer Jahre und vieler Gnaden dies seltene Glück, das euch heute zur Kirche führte. Ihr seid dankerfüllten Herzens heute hier erschienen, um Gott dafür (in der Mitte eurer Kinder und Enkel) zu preisen und die heiligen Vorsätze, die ihr vor fünfzig (fünfundzwanzig) Jahren gelobt, vor ihm zu erneuern.

Wahrlich ihr habt alle Ursache, Gott zu loben und ihm zu danken; denn dies schöne Alter ist sein Geschenk, die Freuden und Leiden langer Jahre sind seine Gnade, das Kreuz ist seine gütige Heimsuchung, die Ausdauer ist sein Werk, (eure Kinder und Enkel sind sein Trost).

Möge der heutige Tag die Treue langer Jahre besiegeln. Euer Lebenspfad geht zur Neige, des Tages Last und Hitze habt ihr getragen. Trachtet nun, daß eure Seele Gott anhänge; denn unruhig ist unser Herz, bis es ruht in Gott.

Liebet einander auch ferner im Herzen Jesu. Traget die Schwächen eures Alters gegenseitig in Geduld und in Liebe; sucht euch der liebe Gott mit Krankheit heim, so murret nicht gegen seine weise Anordnung. Gebet allen das Beispiel eines heiligen Friedens und einer glücklichen Eintracht. Sammelt euch in diesen friedlichen Tagen Schätze, die weder von Rost noch von Motten vertilgt werden, damit ihr einst, reich an Verdiensten, vor Gott erscheinen könnet.

Benützet die Erfahrungen eures hohen Alters zu eurem und der Eurigen Besten; saget denen, die ihren Lebensweg erst antreten, was sie zu tun, was sie zu vermeiden haben, wenn sie das Glück ihrer Ehe, das Wohl ihrer Familien und ihre ewige Seligkeit begründen wollen.

(Ihr aber, die ihr Kinder und Kindes-Kinder dieses ehrwürdigen Ehepaares seid, erleichtert durch einen tugendhaften Wandel die Last des Alters. Schonet sie vor aller Kränkung; erfüllt bereitwillig ihre Wünsche und lohnet ihnen all die Mühe und Sorgfalt, die sie auf euch verwendeten. Werdet ihr die

schönste Zierde ihrer Krone; denn auf diese Weise wird an euch wahr werden die Verheißung Gottes, die den guten Kindern ein langes Leben verbürgt.)

Der Gott der Liebe und des Friedens sei mit euch allen und besonders mit euch, geliebtes Jubelpaar. Er segne und erleuchte euch; mache euch eure übrigen Tage leicht und führe euch ein in das ewige Leben. Amen.

Hungarice:

Kedves Keresztény Hivek! Ötven (huszonöt) esztendeje, hogy Isten és az anyszentegyház szine előtt a házasság sz. frigyére léptetek. Ötven (huszonöt) év bőséges kegyelmeinek koronája az a ritka szerencse, mely ma Isten templomába hozott. Csordultig telt szivet hoztok ma ide, hogy (gyermekeitek s unokáitok körében) forró hálát rebegjetek Istennek s megújítsátok az ötven (huszonöt) éve tett igéretet.

Van is rá ezer okotok, hogy Istent dicsérjétek és neki hálát mondjatok, mert ez a szép kor az ő ajándéka, ötven (huzsonöt év) fájdalommal tarkázott sok öröme az ő kegyelme, búbánatotok az ő szerető látogatása, kitartástok az ő műve, (gyermekeitek és unokáitok az ő vigasztalása).

Pecsételje meg a mai nap hosszú évek hűségét. Kenyeretek javát megettétek, a nap terhét és hevét elviseltétek. Immár azon kell lennetek, hogy lelketek Isten keblén megpihenjen, mert nyugtalan a mi szivünk, mig meg nem pihen benne.

Szeressétek egymást továbbra is Jézus szivében. Öreg korotok gyöngeségeit kölcsönös béketűréssel viseljétek. Ha a jó Isten betegséggel látogat, zúgolódás nélkül ragaszkodjatok a Megváltó keresztjéhez. Békességet és egyetértést leheljen egész éltetek. Gyüjtsetek magatoknak ezekben a csöndes napokban kincset, melyet a rozsda s a moly meg nem emészt, hogy jó cselekedetekkel gazdagon megrakodva léphessetek majdan Isten trónja elé.

Hosszú pályátok tapasztalatait fordítsátok saját hasznotokra s a tieiteknek javára. Tanítsátok őket, kik most lépnek az élet rögös utaira, mit kell tenniök, mit kerülniök, hogy e föld öröme mellé az ég harmatát is megszerezzék.

(Ti pedig, ennek a tiszteletreméltó házaspárnak gyermekei, tisztelet, szeretet és istenes élet által enyhítsétek az ő aggkoruknak nehéz terhét. Kiméljétek őket minden keserűségtől, járjatok kedvükben, előzzétek meg kívánságaikat, s fizessétek vissza nekik mindazt, a mit gyöngéd szeretetben rátok pa-

zaroltak. Legyetek az ő koronájuk legszebb gyémántjai, mert igy fog teljesedni rajtatok Isten igérete, a ki hosszú életet ajándékoz a jó gyermekeknek.)

A szeretet és békesség lelke legyen mindnyájatokkal, kivált veletek, ünneplő hitvespár! Könnyítse meg napjaitokat, aranyozza be éltetek alkonyát és vezessen benneteket az örök életre. Amen.

1 Deinde Sacerdos, vertens se aliquantulum ad Altare, dicit cum signo crucis:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Ant. Coróna dignitátis.

Psalmus 132

Ecce, quam bonum, et quam jucúndum, * habitáre fratres in unum:

Sicut unguéntum in cápite, * quod descéndit in barbam, barbam Aaron,

Quod descéndit in oram vestiménti ejus: * sicut ros Hermon, qui descéndit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, * et vitam usque in sæculum.

Glória Patri.

Ant. Coróna dignitátis senéctus, quæ in viis justítiæ reperiétur.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus, sperántes in te.
℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui his fámulis tuis copiósum senectútis bonæ munus contulísti: largíre illis, quæsumus, Jubilæum Matrimónii sui cum læta gratiárum actióne celebrántibus spíritum cogitándi semper, quæ recta sunt, propítius, et agéndi; ut, in te solum confidéntes, grátiæ tuæ dona percípiant, caritátem in unitáte servent, et post hujus témporis decúrsum ad te secúri pervéniant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

2 Postea dicit ad Conjuges Jubilares:

Slavice:

Teraz pokľaknite, aby som vás požehnal v mene Pánovom v tento slavný a radostný deň vášho polstoletého manželstva.

Germanice:

Nun kniet nieder, auf daß ich an dem Ehren- und Freudentage euerer fünfzigjährigen Ehe euch im Namen des Herrn segne.

Hungarice:

Most térdeljetek le, hogy félszázados házasságtok e tiszteletés örömnapján megáldjalak benneteket az Ur nevében.

3 Mox subjungit:

Ecce, sic benedicétur homo, qui timet Dóminum.

Deinde cum signo crucis:

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Filii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper.

4 Et prosequitur:

Slavice:

Nech sostúpi na vás, ctihodní polstoroční manželia, požehnanie Pánovo, a nech zostáva s vami vždycky. Nech vám Boh obľahčí a zpríjemní všetké dni, ktoré vám ešte zbývajú. Nech vás zachováva pri živote, pri sile i dobrom zdraví až do najvyššieho veku, a potom šťastlivá smrť nech vám otvorí večné brány nebeskej vlasti. Amen.

Germanice:

So steige denn der Segen des Herrn auf euch herab, ehrwürdiges Jubelpaar, und bleibe mit euch immerdar. Er mache euch

euere noch übrigen Lebenstage leicht und angenehm. Er erhalte euer Leben bis an das späteste Alter bei Kraft und Gesundheit; wo dann ein seliger Tod euch die ewigen Pforten des himmlischen Vaterlandes öffnen möge. Amen.

Hungarice:

Szálljon le rátok, tiszteletre méltó félszázados házastársak, s maradjon veletek mindörökké az Úr áldása. Tegye az hátralevő napjaitokat könnyűkké s kellemesekké. Tartson meg benneteket életben, erőben és egészségben a legkésőbb korig; midőn majd boldog halál tárja fel előttetek a mennyei haza örök kapuit. Amen.

5 Post hæc, surgentibus Conjugibus Jubilaribus, intonatur et decantatur, vel, pro circumstantiis, saltem recitatur, in gratiarum actionem, Hymnus Te Deum laudámus, ut habetur infra in Ordine Processionis pro gratiarum actione 496.

6 Quo finito dicitur:

℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Orémus. Oratio

Deus, cujus misericórdiæ non est número, et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimæ Majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum.
℟. Amen.

7 Denique aspergit Sacerdos Conjuges Jubilares aqua benedicta, dicens:

Slavice:

Idte v pokoji; a Pán nech je s vami. Amen.

Germanice:

Gehet hin im Frieden und der Herr sei mit euch. Amen.

Hungarice:

Menjetek békében; és az Úr legyen veletek. Amen.

Si conjuges jubilares hanc solemnitatem extra Missam asservandam postulent, Sacerdos superpelliceo, stola et pluviali albi coloris indutus ac

ministro cum vase aquæ benedictæ stipatus ad altare absolvat sermonem et benedictionem, uti superius describitur.

Benedictio vero hæc nonnisi honestis Conjugibus, et Matrimoniis catholicis concedenda est.

* Deinde celebratur Missa de die, vel si juxta rubricas licet Missa votiva privata de Ssma Trinitate vel de BMV. cum Oratione pro gratiar. actione adjuncta; nonvero Missa pro Sponso et Sponsa.

2

BENEDICTIO PEREGRINORUM

ad loca sancta prodeuntium

1 Peregrini ad loca sancta profecturi, antequam discedant, juxta veteris Ecclesiæ institutum, curent accipere patentes seu commendatitias litteras a suo Ordinario, vel Parocho. Quibus obtentis, et rebus suis dispositis, facta peccatorum suorum confessione, audiunt Missam, in qua dicitur Oratio pro peregrinantibus, ad instar Collectæ pro re gravi imperatæ, et Ssmam Eucharistiam devote suscipiunt. Expleta Missa, Sacerdos super eos genuflexos dicit sequentes Preces:

Ant. **In viam pacis.**

Canticum Benedíctus Dóminus, Deus Israel, etc., ut supra pag. 223, in fine: Glória Patri.

Repetitur Ant. **In viam pacis et prosperitátis dirigat vos omnípotens et misércors Dóminus: et Angelus Ráphael comitétur vobíscum in via, ut cum pace, salúte, et gáudio revertámini ad própria.**

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus, sperántes in te.
℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil proficiat inimícus in eis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére eis.

℣. Benedíctus Dóminus die quotídie.
℟. Prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum.
℣. Vias tuas, Dómine, demónstra nobis.
℟. Et sémitas tuas édoce nos.
℣. Utinam dirigántur viæ nostræ.
℟. Ad custodiéndas justificatiónes tuas.
℣. Erunt prava in directa.
℟. Et áspera in vias planas.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui fílios Israel per maris médium sicco vestígio ire fecísti, quique tribus Magis iter ad te stella duce pandísti: tríbue eis, quæsumus, iter prósperum, tempúsque tranquíllum; ut Angelo tuo sancto cómite, ad eum, quo pergunt, locum, ac demum ad ætérnæ salútis portum felíciter váleant pervenire.

Deus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes suæ peregrinatiónis vias illæsum custodísti: quæsumus, ut hos fámulos tuos custodíre dignéris; esto eis, Dómine, in procínctu suffrágium, in via solátium, in æstu umbráculum, in plúvia et frígore teguméntum, in lassitúdine vehículum, in adversitáte præsídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus: ut te duce, quo tendunt, próspere pervéniant, et demum incólumes ad própria revertántur.

Adésto, quæsumus, Dómine, supplicatiónibus nostris: et viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitáte dispóne; ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietátes tuo semper protegántur auxílio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut familia tua per viam salútis incédat; et beáti Joánnis Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum, quem prædixit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum.

Exáudi, Dómine, preces nostras, et iter famulórum tuórum propítius comitáre, atque misericórdiam tuam, sicut ubíque es, ita ubíque largíre: quátenus a cunctis adversitátibus tua opitulatióne defénsi, gratiárum tibi réferant actiónem. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

2 Quod si unus sit peregrinaturus, Preces dicantur in numero singulari: ac si Sacerdos ipse, qui benedicit, sit socius peregrinationis, eas dicat in persona prima numeri pluralis, quatenus congruere videbitur.

3

BENEDICTIO PEREGRINORUM POST REDITUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Ant. Ecce, sic benedicétur homo, qui timet Dóminum.

Psalmus 127 Beáti omnes, ut supra pag. 259, cum Glória Patri.

Et repetitur Antiphona Ecce, ut supra.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster secreto usque ad
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Benedícti, qui véniunt in nómine Dómini.
℟. Benedícti vos a Dómino, qui fecit cælum et terram.
℣. Réspice, Dómine, in servos tuos, et in ópera tua.
℟. Et dírige eos in viam mandatórum tuórum.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Largíre, quæsumus, Dómine, fámulis tuis indulgéntiam placátus et pacem: ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérviant.

Omnipotens sempitérne Deus, nostrórum témporum, vitæque dispósitor, fámulis tuis contínuæ tranquillitátis largíre subsídium: ut, quos incólumes própriis labóribus reddidísti, tua fácias protectióne secúros.

Deus, humílium visitátor, qui nos fratérna dilectióne consoláris: præténde societáti nostræ grátiam tuam; ut per eos, in quibus hábitas, tuum in nobis sentiámus advéntum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum.

Pax et benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

4
BENEDICTIO INFANTIS

1 Si quis parvulus Sacerdoti benedicendus offeratur, benedicetur ritu sequenti:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Deus noster miserétur.
℟. Custódiens párvulos Dóminus.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ante ómnia sæcula génitus, in témpore tamen infans esse voluísti, et hujus ætátis díligis innocéntiam; qui párvulos

tibi oblátos amánter compléxus es, iísque benedixísti: infántem istum (infántes istos) præveni in benedictiónibus dulcédinis, et præsta, ne malítia mutet intelléctum ejus (eórum): eique (eísque) concéde, ut proficiens (proficiéntes) ætáte, sapiéntia et grátia, tibi semper placére váleat (váleant): Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

2 Deinde infantem (vel infantes) aspergit aqua benedicta in modum crucis, dicens:

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te (vos), et máneat semper. ℟. Amen.

5

BENEDICTIO PUERORUM
cum præsertim in ecclesia præsentantur

1 Die et hora constitutis, pueri conveniant in ecclesiam, quos ibi a parentibus vel magistris associari maxime deceret, ut in silentio et modestia facilius se componant. Quibus per ordinem dispositis, et pueris a puellis, si adsint, separatis, Sacerdos ad ipsos accedat, et brevissimo ac simplici sermone eos alloquatur, prout opportunum sibi visum fuerit.

2 Deinde stans versus eos dicat:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Ant. Laudáte, púeri, Dóminum: laudáte nomen Dómini.

Psalmus 112 incipitur a secundo Versu: Sit nomen Dómini, ut supra, pag. 242.

Et repetitur Antiphona: Laudáte púeri, ut supra.

Qui Psalmus cum sua Antiphona, si paucis tantum, aut minus solemniter conferatur Benedictio, omitti poterit.

3 Finito Psalmo et repetita Antiphona, Sacerdos dicit:

℣. Sínite párvulos veníre ad me.
℟. Tálium est enim regnum cælórum.
℣. Angeli eórum.
℟. Semper vident fáciem Patris.
℣. Nihil proficiat inimícus in eis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére eis.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, qui párvulos tibi oblátos et ad te veniéntes compléxus es, manúsque super illos impónens benedixísti eis, atque dixísti: Sínite párvulos veníre ad me, et nolíte prohibére eos, tálium est enim regnum cælórum, et Angeli eórum semper vident fáciem Patris mei; réspice, quæsumus, ad puerórum (puellárum, si solæ adsint puellæ) præséntium innocéntiam, et ad eórum (eárum) paréntum devotiónem, et cleménter eos (eas) hódie per ministérium nostrum béne ✠ dic; ut in tua grátia et misericórdia semper proficiant, te sápiant, te diligant, te tímeant, et mandáta tua custódiant, et ad finem optátum felíciter pervéniant: per te, Salvátor mundi, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Defénde, quæsumus, Dómine, beáta María semper Vírgine intercedénte, istam ab omni adversitáte famíliam: et toto corde tibi prostrátam, ab hóstium propítius tuére cleménter insídiis. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui ineffábili providéntia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiam míttere dignáris: largíre supplícibus tuis; et eórum semper protectióne deféndi, et ætérna societáte gaudére. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

4 Postea manu dextera producens signum crucis super pueros, benedicit eos, dicens:

Benedícat vos Deus, et custódiat corda vestra et intelligéntias vestras, Pater, et Fílius, ✠ et Spíritus Sanctus. ℟. Amen.

5 Deinde aspergat pueros aqua benedicta.

6

BENEDICTIO INFANTIS ÆGROTI

1 Infantem ægrotum Sacerdos, sive per se visitatum, sive ad se in Sacristia delatum, hoc ritu benedicet:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, cui cuncta adoléscunt, et per quem adúlta firmántur: exténde déxteram tuam super hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam), in ténera ætáte languéntem: quátenus vigóre sanitátis recépto, ad annórum pervéniat plenitúdinem, et tibi fidéle, gratúmque obséquium indesinénter præstet ómnibus diébus vitæ suæ. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

2 Sacerdos imponens dextram manum super caput pueri, dicit:

Super ægros manus impónent, et bene habébunt. Jesus, Maríæ Fílius, mundi salus et Dóminus, méritis et intercessióne sanctórum Apostolórum suórum Petri et Pauli, et ómnium Sanctórum, sit tibi clemens et propítius. Amen.

3 Postea benedicens puerum ægrotantem dicit:

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper.
℟. Amen.

4 Quod sequitur Evangelium, pro temporis opportunitate, et pro ægrotantis pueri parentum desiderio, Sacerdotis arbitrio dici poterit.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem.
℟. Glória tibi, Dómine.

Dum Sacerdos dicit Inítium, etc. facit signum crucis de more super se in fronte, ore et pectore; similiter super puerum infirmum, si non possit se signare.

Joann. 1, 1-14

In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. (Hic genuflectitur.) Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiæ et veritátis. ℟. Deo grátias.

5 Deinde aspergat eum aqua benedicta.

6 Quodsi Sacerdos infantem ægrotum domi suæ visitaverit et benedixerit: in ingressu domus sequetur modum, pro visitatione infirmorum præscriptum, pag. 169.

7

BENEDICTIO MULIERIS PRÆGNANTIS

in periculis partus

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Salvam fac ancillam tuam.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Esto illi, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eam.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fídei ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre unitátem: quæsumus; ut ejúsdem fídei firmitáte hæc fámula tua N. ab ómnibus semper muniátur advérsis. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Dómine Deus, ómnium Creátor, fortis et terríbilis, justus et misércors, qui solus bonus et pius es; qui de omni malo liberásti Israel, fáciens tibi patres nostros diléctos, et sanctificásti eos manu Spíritus tui; qui gloriósæ Vírginis Maríæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu Sancto cooperánte præparásti; qui Joánnem Baptístam Spíritu Sancto replésti, et in útero matris exsultáre fecísti; áccipe sacrifícium cordis contríti, ac fervens desidérium fámulæ tuæ N. humiliter supplicántis pro conservatióne prolis, quam ei dedísti concípere: custódi partem tuam, et ab omni dolo et injúria duri hostis defénde; ut obstetricánte manu misericórdiæ tuæ fœtus ejus ad lucem próspere véniat, ac sanctæ generatióni servétur, tibique in ómnibus júgiter desérviat, et vitam cónsequi mereátur ætérnam. Per eúndem Dóminum . . . in unitáte ejúsdem Spíritus. ℟. Amen.

Deinde mulier aspergatur aqua benedicta, et mox dicatur: Psalmus 66 Deus misereátur nostri, pag. 268, cum Glória Patri in fine.

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

℟. Angelis suis Deus mandávit de te.
℣. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.
℟. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℣. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Vísita, quæsumus, Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea, et a præsénti fámula tua N. longe repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui eam et ejus prolem in pace custódiant, et bene ✠ dictio tua sit super eam semper. Salva eos, omnípotens Deus, et lucem eis tuam concéde perpétuam. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et prolem tuam, et máneat semper. ℟. Amen.

8

BENEDICTIO ADULTI ÆGROTANTIS

Sacerdos cubiculum ægrotantis ingrediens dicat:

℣. Pax huic dómui. ℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Et continuo ad infirmum accedens subjungat:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Intróeat, Dómine Jesu Christe, domum hanc ad nostræ humilitátis ingréssum pax et misericórdia tua; effúgiat ex hoc loco omnis nequítia dæmonum, adsint Angeli pacis, domúmque hanc déserat omnis maligna discórdia. Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum: et bénedic nostræ conversatióni: Qui sanctus et pius es, et pérmanes cum Patre et Spíritu Sancto in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Réspice, Dómine, fámulum tuum (fámulam tuam) in infirmitáte córporis laborántem, et ánimam réfove quam creásti: ut castigatiónibus emendátus (-a), continuo se séntiat tua miseratióne salvátum (-am). Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Misércors, Dómine, fidélium consolátor, quæsumus imménsam pietátem tuam, ut ad intróitum humilitátis nostræ hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) super lectum dolóris sui jacéntem, visitáre dignéris, sicut socrum Simónis visitásti: propítius adésto ei, Dómine, quátenus prístina sanitáte recépta, gratiárum tibi in Ecclésia tua réferat actiónes: Qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde, extendens dexteram versus ægrotum, dicat:

Dóminus Jesus Christus apud te sit, ut te deféndat: intra te sit, ut te consérvet: ante te sit, ut te ducat: post te sit, ut te custódiat: super te sit, ut te benedícat: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper.
℟. Amen.

Demum aspergat infirmum aqua benedicta.

9

EADEM BENEDICTIO PRO PLURIBUS INFIRMIS

Sacerdos cubículum ægrotántium ingrediens dicat:

℣. Pax huic dómui. ℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Et continuo ad infirmos accedens subjungat:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Intróeat, Dómine Jesu Christe, domum hanc ad nostræ humilitátis ingréssum pax et misericórdia tua: effúgiat ex hoc loco omnis nequítia dæmonum, adsint Angeli pacis, domúmque hanc déserat omnis malígna discórdia. Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum: et bénedic nostræ conversatióni: Qui sanctus et pius es, et pérmanes cum Patre et Spíritu Sancto in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Réspice, Dómine, fámulos tuos (fámulas tuas) in infirmitáte córporis laborántes, et ánimas réfove, quas creásti: ut castigatiónibus emendáti (-æ), contínuo se séntiant tua miseratióne salvátos (-as). Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Miséricors, Dómine, fidélium consolátor, quæsumus imménsam pietátem tuam, ut ad intróitum humilitátis nostræ hos fámulos tuos (has fámulas tuas) super lectum dolóris sui jacéntes, visitáre dignéris, sicut socrum Simónis visitásti: propítius adésto eis, Dómine, quátenus pristina sanitáte recépta, gratiárum tibi in Eccléstia tua réferant actiónes: Qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde, extendens dexteram versus ægrotos, dicat:

Dóminus Jesus Christus apud vos sit, ut vos deféndat: intra vos sit, ut vos consérvet: ante vos sit, ut vos ducat: post vos sit, ut vos custódiat: super vos sit, ut vos benedícat: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum.
℟. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper.
℟. Amen.

Demum aspergat infirmos aqua benedicta.

10

BENEDICTIO PUERI

ad obtinendam super ipsum misericordiam Dei

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui dixísti: Sínite párvulos veníre ad me, tálium est enim regnum cælórum; super hunc púerum tuum virtútem bene ✠ dictiónis tuæ infúnde, ac ad Ecclésiæ et paréntum illíus fidem ac devotiónem réspice; ut virtúte ac sapiéntia apud Deum et hómines profíciens, ad optátam pervéniat senectútem, et salútem consequátur ætérnam: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Psalmus 112

Laudáte, púeri, Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus, Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti descéndat super te, et máneat semper.

℟. Amen.

CAPUT 2

BENEDICTIONES ÆDIFICIORUM ALIARUMQUE STRUCTURARUM

1

BENEDICTIO DOMUS NOVÆ

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Te Deum Patrem omnipoténtem suppliciter exorámus pro hac domo, et habitatóribus ejus, ac rebus: ut eam bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre, ac bonis ómnibus ampliáre dignéris: tribue eis, Dómine, de rore cæli abundántiam, et de pinguédine terræ vitæ substántiam, et desidéria voti eórum ad efféctum tuæ miseratiónis perdúcas. Ad intróitum ergo nostrum bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris hanc domum, sicut benedícere dignátus es domum Abraham, Isaac, et Jacob: et intra parietes domus istíus Angeli tuæ lucis inhábitent, eámque, et ejus habitatóres custódiant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

2

BENEDICTIO LOCI VEL DOMUS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, Deus omnípotens, locum istum (vel domum istam): ut sit in eo (ea) sánitas, cástitas, victória, virtus, humílitas, bónitas, et mansuetúdo, plenitúdo legis, et gratiárum áctio Deo Patri, et Fílio,

et Spíritui Sancto; et hæc benedíctio máneat super hunc locum (vel super hanc domum) et super habitántes in eo (ea) nunc et in ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

3

BENEDICTIO DOMORUM
in Festo Epiphaniæ

In ingressu:

℣. Pax huic dómui.

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Ant. Ab Oriénte venérunt Magi in Béthlehem, adoráre Dóminum: et apértis thesáuris suis pretiósa múnera obtulérunt, aurum Regi magno, thus Deo vero, myrrham sepultúræ ejus. Allelúja.

Canticum beatæ Mariæ Virginis
Luc. 1, 46-55

Magnificat * ánima mea Dóminum:

Et exsultávit spíritus meus * in Deo, salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Glória Patri.

Interea aspergitur, et incensatur domus, et in fine repetitur Antiphona:

Ab Oriénte venérunt, etc.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Omnes de Saba vénient.
℟. Aurum et thus deferéntes.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti: concéde propítius; ut, qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℟. Illumináre, illumináre, Jerúsalem, quia venit lux tua: et glória Dómini super te orta est, Jesus Christus ex María Vírgine.
℣. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo: et reges in splendóre ortus tui.
℟. Et glória Dómini super te orta est.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, Deus omnípotens, locum istum (vel domum istam): ut sit in eo (ea) sánitas, cástitas, victóriæ virtus, humílitas, bónitas, et mansuetúdo, plenitúdo legis, et gratiárum áctio Deo Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto; et hæc benedíctio máneat super hunc locum (vel hanc domum), et super habitántes in eo (ea). Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

4

BENEDICTIO DOMORUM

in Sabbato sancto et reliquo Tempore Paschali

1 Parochus, seu alius Sacerdos de Parochi licentia, superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro deferente vas aquæ benedictæ in Fonte baptismali, atque ante infusionem Olei et Chrismatis acceptæ, Sabbato sancto visitat domos suæ parœciæ, aspergens eas eadem aqua benedicta.

2 Ingrediens domum dicit:

℣. Pax huic dómui.
℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

3 Deinde aspergens loca præcipua domus, et habitantes in ea, dicit Antiphonam:

Vidi aquam egrediéntem de templo, a látere dextro, allelúja: et omnes, ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent: allelúja, allelúja.

Ps. 117, 1 Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia ejus.

℣. Glória Patri, etc.

Repetitur Antiphona: Vidi aquam, etc.

4 Deinde dicit:

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, allelúja.
℟. Et salutáre tuum da nobis, allelúja.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et sicut domos Hebræórum in éxitu de Ægýpto, agni sánguine linítas (quod pascha nostrum, in quo immolátus est Christus, figurábat), ab Angelo percutiénte custodísti; ita míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque defréndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

5 Ritus superius descriptus adhibetur, etiamsi benedictio domorum fia: alia die intra Tempus Paschale pro locorum consuetudine.

5

BENEDICTIO DOMORUM
extra Tempus Paschale

1 Parochus, seu alius Sacerdos, volens aliquam particularem domum, vel generaliter domos fidelium, extra Tempus Paschale aspergere aqua benedicta, ingrediens domum dicit:

℣. Pax huic dómui. ℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

2 Deinde loca præcipua domus aspergendo, dicit Antiphonam:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Ps. 50, 3 Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam. ℣. Glória Patri, etc.

Et repetitur Antiphona: Aspérges me, etc.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque defféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

6

BENEDICTIO THALAMI

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, thálamum hunc: ut omnes habitántes in eo, in tua pace consístant, et in tua voluntáte permáneant, et senéscant, et multiplicéntur in longitúdinem diérum, et ad regna cælórum pervéniant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

7

BENEDICTIO DOMUS SCHOLARIS
noviter erectæ

1 Die Dominicali vel festiva, a Parocho et Patrono constituta et rite promulgata, Officians et qui adsunt Sacerdotes et Ministri, in domo parœciali, vel, si in loco, ubi schola benedicenda sit, domus parœcialis non adsit, in aliqua alia decenti domo, paramentis coloris albi induti, omnibus bene paratis, hora statuta, præcedente scholari juventute cum vexillo suo, choro et Subdiacono cum Cruce, et sequente Patrono vel ejus commissario, cum reliquis fidelibus ad hanc solemnitatem invitatis, bono ordine in solemni processione, sub pulsu campanarum et cantu Litaniarum ad omnes Sanctos vel piorum Hymnorum, ex domo parœciali in ecclesiam se conferunt, ubi Officians ad aram majorem in infimo gradu genuflexus, tono consueto intonat sequentem Hymnum, quem chorus prosequitur. Quod si nulla ecclesia sit in loco, sequentia dicantur in domo, e qua egrediuntur: Veni, Creátor Spíritus, quem chorus prosequitur. Textum vide infra in Appendice hujus Ritualis 533.

Hoc finito, cantatur:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster secreto usque ad
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Deus, cui omne cor patet, et omnis volúntas lóquitur, et quem nullum latet secrétum: purifica per infusiónem Sancti Spíritus cogitatiónes cordis nostri; ut hanc nostram benedictiónem digne perfícere, et tuis fidélibus perínde optátam salútem procuráre valeámus.

Actiónes nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta

finiátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Sínite párvulos veníre ad me.
℟. Tálium est enim regnum cælórum.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, te suppliciter deprecámur, ut respícere dignéris super infántulos tuos: infúnde in corda eórum grátiam Spíritus Sancti; ut per eúndem illumináti et edócti sciant, quid accéptum sit coram te omni témpore, et proficiant sapiéntia, ætáte et grátia. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Procedámus in pace.
℟. In nómine Christi. Amen.

2 Nunc Officians in processione solemni, sub cantu scholaris juventutis et pulsu campanarum, vadit ad scholam benedicendam. Quo cum pervenerit, stans ante januam exteriorem, cantat solus:

℣. Pax huic dómui.
℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Tunc intonat Antiphonam: Aspérges me. Et chorus prosequitur tono Psalmi:

Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde repetitur Antiphona:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

3 Interim dum hæc cantantur, Officians aspergit parietes exteriores, saltem in anteriori parte, aqua benedicta.

His finitis, cantat:

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens et miséricors Deus, qui sacerdótibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut, quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab iis ágitur, a te fíeri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam; ut, quidquid modo visitatúri sumus, visites, et, quidquid benedictúri sumus, bene ✠ dícas, sitque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga inimíci, Angeli pacis ingréssus.

Dómine sancte, Pater omnípotens, per intercessiónem sanctórum Ignátii et Aloísii béne ✠ dic domum istam, béne ✠ dic intróitum nostrum, béne ✠ dic ingréssum pedum nostrórum: sicut dignátus es domum Patriarchárum Abraham, Isaac, et Jacob benedícere. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

4 Nunc sequitur ingressus. Officians intrando amplius scholæ cubiculum, cantat:

℣. Pax huic dómui.

Chorus respondet:

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

5 Progrediens cum Clero et choro ad mensam linteo albo tectam, in qua inter duos cereos accensos Crucifixi imago est posita, cantat:

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque defféndat omnes habitántes, docéntes et discéntes in hoc habitáculo. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, qui discípulis tuis dixísti: In quamcúmque domum intravéritis, salutáte eam, dicéntes: Pax huic dómui; véniat, quæsumus, pax illa super hanc domum, instituéndæ juventúti destinátam, et super omnes habitántes, docéntes et discéntes in ea; et eos, Dómine, ab omni infirmitáte erípere, et liberáre dignéris: reple docéntes in ea spíritu sciéntiæ, sapiéntiæ, et timóris tui; reple discéntes in ea grátia tua, ut, quæ salutáriter et utíliter edocéntur, intelléctu cápiant, corde retíneant, ópere exsequántur, et in ómnibus nomen tuum honorificétur. Ad intróitum ergo nostrum bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris hanc scholam, et intra paríetes domus istíus Angeli tuæ lucis hábitent, eámque et in ea habitántes, docéntes et discéntes custódiant: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

6 Postea Officians intonat Antiphonam: Aspérges me et chorus prosequitur, ut supra 299. Interim fit aspersio cubiculi aqua benedicta. Reversus ad mensam, Officians imponit thus in thuribulum, et benedicit illud, dicens:

Per intercessiónem sancti Michaélis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium sanctórum Angelórum, incénsum istud dignéris, Dómine, bene ✠ dícere, et in odórem suavitátis accípere. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

7 Hoc dicto, sumit Officians thuribulum, et incensat cubiculum, choro cantante tono Psalmi:

Incénsum istud, a te benedíctum, ascéndat ad te, Dómine: et descéndat super nos misericórdia tua.

Psalmus 140, 2-4

Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incénsum in conspéctu tuo: * elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum.

Pone, Dómine, custódiam ori meo: * et óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínet cor meum in verba malítiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Glória Patri.

8 Incensatione peracta, Officians stans coram imagine Crucifixi, cantat:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Visita, quæsumus, Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui omnes hic habitántes, docéntes et discéntes in pace custódiant, et benedíctio tua super illos sit semper.

Béne ✠ dic, Dómine, domum istam, et sit ibi sánitas, sánctitas, virtus et glória, humílitas, bónitas, mansuetúdo, lénitas, docílitas, et plenitúdo legis, obœdiéntia et gratiárum áctio Deo Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Et hæc benedíctio sit super hanc domum et locum istum: atque super omnes habitántes, docéntes et discéntes in eo descéndat septifórmis grátia Spíritus Sancti. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

9 Officians nunc affigit sanctam Crucem in loco apto cubiculi, dicendo:

Signum salútis impóne, Dómine, super hanc domum: et non permíttas introíre in eam ángelum percutiéntem. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti.

℟. Amen.

Versus Crucem:

Orémus. Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, qui in omni loco dominatiónis tuæ totus assístis, solus operáris: adésto supplicatiónibus nostris, ut hujus domus sis protéctor, et nulla hic nequítia contráriæ potestátis obsístat; sed in virtúte sanctæ Crucis et operatióne Spíritus Sancti fiat tibi hic purum servítium, et devóta libértas exsístat. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Adésto nobis, Dómine, Deus noster: et eos, qui in sanctæ Crucis præsídio confídunt, perpétuis defénde auxíliis. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

10 Tandem benedicit Officians cubiculo et omnibus præsentibus manu dextera, formans signum crucis, et dicens:

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super hanc domum, super omnes habitántes, docéntes et discéntes in ea, super nos omnes, et máneat semper. ℟. Amen.

11 His finitis, sub cantu juventutis et pulsu campanarum processionaliter fit reditus in ecclesiam statuto ordine, ubi celebratur Missa conveniens Officio diei.

8

ALIA BENEDICTIO DOMUS SCHOLARUM

Sacerdos ingrediens aspergat cubicula aqua benedicta, dicens:

℣. Pax huic dómui.
℟. Et ómnibus habitántibus in ea.
℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, qui Apóstolis tuis præcepísti, ut, in quamcúmque domum intrárent, pacem illi adprecaréntur, sancti ✠ fica, quæsumus, per ministérium nostrum hanc domum púeris (vel puéllis) educándis destinátam; effúnde super eam tuæ bene ✠dictiónis et pacis abundántiam, fiat eis salus, sicut dómui Zachæi, te intránte, facta est; manda Angelis tuis, ut eam custódiant, et ab ea omnem inimíci repéllant potestátem; reple docéntes in ea spíritu sciéntiæ, sapiéntiæ et timóris tui; discéntes cælésti grátia fove, ut, quæ salutáriter edocéntur, intelléctu cápiant, corde retíneant, ópere exsequántur; atque omnes habitatóres ejus virtútum ómnium opéribus tibi pláceant, ut in ætérnam domum in cælis aliquándo récipi mereántur. Per te, Jesu Christe, Salvátor mundi, qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

9

BENEDICTIO DOMUS CATHOLICÆ ASSOCIATIONIS, MONASTERII, HOSPITALIS, ORPHANOTROPHII, SEU ALTERIUS BENEFICI INSTITUTI

1 Ad benedicendum ejusmodi publicum Institutum Sacerdos, sub cantu populi fidelis et pulsu campanarum, processionaliter accedit. Ubi ad locum perventum fuerit, consistens ante fores ipsius ædificii benedicendi, absolute dicit:

Oratio

Actiónes nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Omnipotens et miséricors Deus, qui sacerdótibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut, quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab iis ágitur, a te fíeri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam; ut, quidquid modo visitatúri sumus, vísites, et, quidquid benedictúri sumus, bene ✠ dícas, sitque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingréssus. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

2 Nunc ingreditur Sacerdos ipsum ædificium, dicens:

Pax huic dómui: in intróitu nostro. Amen.

3 Et procedens ad mensam linteo albo tectam, in qua inter duos cereos ardentes Crucifixi imago est collocata, dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Te Deum, Patrem omnipoténtem, suppliciter exorámus: ad intróitum nostrum bene ✠ dícere et sancti ✠ ficáre dignéris hanc domum, sicut benedícere dig-

nátus es domum Abraham, Isaac, et Jacob; et intra parietes domus istius Angeli tuæ lucis inhábitent, eandémque et ejus habitatóres custódiant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis; qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque defféndat omnes commoratúros in hoc habitáculo. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, Deus omnípotens, domum istam: ut sit in ea sánitas, cástitas, victória, virtus, humílitas, bónitas et mansuetúdo, plenitúdo legis et gratiárum áctio Deo Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto; et hæc benedíctio máneat super hanc domum, et super habitatúros in ea nunc et semper. ℟. Amen.

4 Post hæc Sacerdos primo quidem aspergit, deinde vero thurificat loca principaliora domus. Quo facto, reversus ad mensam paratam, dicit:

Orémus. Oratio

Vísita, quæsumus, Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui eam in pace custódiant; et benedíctio tua sit super eam semper. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

℣. Pax et benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super hanc domum, et omnes commoratúros in ea, et máneat semper.

℟. Amen.

5 Sequitur, pro opportunitate, brevis allocutio ad præsentes.

6 Deinde omnes redeunt, eodem modo, quo venerunt, in Ecclesiam, hymnos concinendo. Te Deum laudámus dicitur vel omittitur, pro circumstantiis.

10

BENEDICTIO NOVÆ NAVIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Propitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris, et béne-✠dic navem istam déxtera tua sancta et omnes qui in ea vehéntur, sicut dignátus es benedícere arcam Noe ambulántem in dilúvio: pórrige eis, Dómine, déxteram tuam, sicut porrexísti beáto Petro ambulánti supra mare; et mitte sanctum Angelum tuum de cælis, qui líberet, et custódiat eam semper a periculis univérsis, cum ómnibus quæ in ea erunt: et fámulos tuos, repúlsis adversitátibus, portu semper optábili, cursúque tranquíllo tueáris, transactísque, ac recte perféctis negótiis ómnibus, iteráto témpore ad própria cum omni gáudio revocáre digné-ris: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

11

BENEDICTIO PONTIS NOVI

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris: et pontem istum, et omnes qui per eum transíbunt, bene-✠dicere dignáre; ut inter próspera hujus mundi et advérsa tuo semper protegántur auxílio. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, vísitet, et defréndat pontem istum, et omnes qui per eum transíbunt. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

12

BENEDICTIO VIÆ FERREÆ ET CURRUUM EJUS

1 Parochus invitatus ab eo, cui competit, ad benedicendam viam ferream et currus, qui vi vaporis ducuntur, sic procedere potest:

2 Stationem principalem, ubi benedictio habebitur processionaliter adeat eo modo, quo in benedictione Crucis solemni utitur.

3 Cum ibi perventum fuerit, poterit facere ad præsentes occasioni conformem brevem allocutionem; qua finita versus ad strata ferrea dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui ómnia eleménta ad tuam glóriam, utilitatémque hóminum condidísti: dignáre, quæsumus, hanc viam férream, ejúsque instrumenta bene ✠ dícere, et benígna semper tua providéntia tuéri; ut, dum fámuli tui velóciter próperant in via, in lege tua ambulántes, et viam mandatórum tuórum curréntes, ad cæléstem pátriam feliciter pervenire váleant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Propitiáre, Dómine Deus, supplicatiónibus nostris, et béne ✠ dic currus istos déxtera tua sancta: adjúnge ad ipsos sanctos Angelos tuos, ut omnes, qui in eis vehéntur, líberent et custódiant semper a periculis univérsis: et quemádmodum viro Æthiopi super currum

suum sedénti, et sacra elóquia legénti, per Levitam tuum Philippum fidem et grátiam contulisti; ita fámulis tuis viam salútis osténde, qui tua grátia adjúti bonísque opéribus júgiter inténti, post omnes viæ et vitæ hujus varietátes, ætérna gáudia cónsequi mereántur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super hanc structúram et currus istos, et máneat semper. ℟. Amen.

4 Deinde Sacerdos aspergat viam ferream et currus aqua benedicta, et omnes redeunt eo modo, quo venerunt.

℣ Solemnior benedictio viæ ferreæ et curruum habetur inferius inter benedictiones reservatas 409.

13
BENEDICTIO FODINÆ METALLI AUT LITHANTRACUM

Officians Superpelliceo et Stola alba indutus, intonat, Choro prosequente, Antiphonam:

Dóminus Deus tuus introdúcet te in terram bonam, ubi absque ulla penúria cómedes panem tuum; cujus lápides ferrum sunt, et de móntibus ejus áëris metálla (lithantráces) fodiúntur.

Deinde dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui ómnia eleménta ad tuam glóriam, utilitatémque hóminum condidísti, et cujus verbo sanctificántur ómnia: dignáre, quæsumus, hanc fodínam déxtera tua sancta bene ✠ dicere, divitésque in ea metálli (lithantrácum) venas aperíre; et præsta per invocatiónem sanctíssimi nóminis tui, ut quicúmque illud effóderint, vel in suos usus convérterint, magis thesaurizándo sibi thesáurum non deficiéntem in cælis, ubi neque ærúgo, neque tínea demolítur, et ubi fures non

effódiunt, nec furántur, sic tránseant per bona temporália, ut non amittant ætérna. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui misísti Angelum tuum, et per eum sanctum tuum Daniélem in lacu leónum incólumem conservásti: propitiáre supplicatiónibus nostris, et fac cleménter, ut étiam in ténebris hujus fodínæ Angeli tuæ lucis inhábitent, eámque et ejus operários custódiant, prótegant atque defendant a periculis univérsis. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

14

BENEDICTIO FORNACIS FUSORIÆ METALLICÆ

vel aliarum hujus generis fornacum

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens ætérne Deus, a quo ómnia creáta procédunt, et qui mirábili dispositióne bonitátis tuæ eis tríbuis ad usum hóminum inservíre; qui modo coércens vim flammárum tres púeros in camíno ignis illæsos custodísti, et modo illam adáugens viros illos, qui sanctos míserant in fornácem, consumpsísti: te súpplices exorámus, béne ✠dic hunc clíbanum, et ab eo longe repúlsa omni versútia diabólicæ fraudis, fructuósum reddas illum et aptum; ut per ignem vim virtútis suæ exercéntem aptatóres hujus óperis metálli matériam recípiant congruéntem (vel láterum vel tegulárum cópiam recípiant congruéntem); quibus étiam tríbue, ut in eis simul crescat tuæ grátiæ salutáris augméntum. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

15

BENEDICTIO FORNACIS CALCARIÆ

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens ætérne Deus, a quo ómnia creáta procédunt, et qui mirábili dispositióne bonitátis tuæ eis tribuis ad usum hóminum inservíre; qui olim altáre tuum de lapídibus constrúctum calce levigáre jussísti, ut per Deuteronómium in eo scriptum tuórum servarétur memória mandatórum: te súpplices exorámus, béne ✠ dic hanc fornácem, et ab ea longe repúlsa omni versútia diabólicæ fraudis, fructuósam reddas illam et aptam; ut per ignem vim virtútis suæ exercéntem aptatóres hujus óperis de tua benignitáte calcem recípiant congruéntem; quibus étiam tribue, ut in eis simul crescat tuæ grátiæ salutáris augméntum. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

16

BENEDICTIO FONTIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Súpplices deprecámur, Dómine, cleméntiam pietátis tuæ: ut aquam fontis hujus cælésti benedictióne sancti ✠ fices, et ad commúnem vitæ usum concédas esse salúbrem; et ita omnem diabólicæ tentatiónis incúrsum inde fugáre dignéris, ut, quicúmque ex eo háuserint vel biberint, vel in quibuscúmque necessáriis úsibus hausta

aqua usi fúerint, totíus virtútis ac sanitátis dulcédine perfruántur, tibíque sanctificatóri et salvatóri ómnium Dómino grátias ágere mereántur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

17

BENEDICTIO PUTEI

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui in hujus pútei altitúdinem per crepídinem fistulárum cópiam aquárum manáre jussísti: præsta; ut te juvánte atque bene ✠ dicénte per nostræ offícium functiónis, repúlsis hinc phantasmáticis collusiónibus, ac diabólicis insídiis, purificátus atque emundátus semper hic púteus persevéret. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

18

BENEDICTIO PRIMARII LAPIDIS ÆDIFICII

Sacerdos superpelliceo et stola coloris diei indutus dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, a quo omne bonum sumit inítium, et semper ad potióra progrédiens pércipit increméntum: concéde, quæsumus, supplicántibus nobis; ut, quod ad laudem nóminis tui inchoáre aggrédimur, ætérno tuæ patérnæ sapiéntiæ múnere perducátur ad términum. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

19

BENEDICTIO IGNIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus, Pater omnípotens, lumen indefíciens, qui es cónditor ómnium lúminum: novum hunc ignem sancti ✠ fica, et præsta; ut ad te, qui es lumen indefíciens, puris méntibus, post hujus sæculi caliginem, pervenire valeámus. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

20

BENEDICTIO OFFICINÆ LIBRARIÆ ET MACHINÆ TYPOGRAPHICÆ

(Approbata a S. R. C. die 12 Maji 1909)

Sacerdos stans ad valvas, dicit:

Actiónes nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Ingrediens dicit:

℣. Pax huic dómui.
℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Deinde, dicens Antiphonam Aspérges me, Dómine, etc., varias officinæ partes aqua benedicta aspergit, usquedum perveniat ad aulam principalem ejusdem, ubi sistit et dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, qui dixísti discípulis tuis: In quamcúmque domum intravéritis, salutáte eam, dicéntes: Pax huic dómui: véniat, quæsumus, pax illa super

hanc domum et officínam ad libros impriméndos (evulgándos) præparátam, et super omnes degéntes in ea; et cunctos, Dómine, in ea laborántes ab omni calamitáte ánimæ et córporis erípere et liberáre dignéris; reple scriptóres, rectóres et operários spíritu sciéntiæ, consílii et fortitúdinis, et adímple eos spíritu timóris tui, ut mandáta Ecclésiæ fidéliter custodiéntes, tibi digne et próximo suo salutáriter váleant inservíre. Béne ✠ dic ergo, bone Jesu, qui es via, véritas et vita, hunc locum, et præsta, ut omnes illum inhabitántes, intercedénte gloriósa et immaculáta Vírgine matre tua María, ad immarcescíbilem glóriæ corónam felíciter pervéniant: Qui vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Deinde benedicit instrumenta et machinas, dicens:

Orémus. Oratio

Dómine Deus, únice fons scientiárum, qui hóminum ingénium ita illumináre dignátus es, ut nova artificiósa instruménta invenírent ad páginas typis scribéndas; béne ✠ dic, quæsumus, has máchinas (hanc máchinam), ut per libros ad utilitátem nostram prodeúntes nihil áliud te opitulánte discámus, præter sciéntiam tuam, quæ vere ducit ad vitam. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta. Finita aspersione, Sacerdos dicit:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus; et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque defféndat omnes in hac domo habitántes. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Si benedicenda sit tantum officina libraria, omittitur secunda Oratio cum aspersione pro instrumentis et machinis. Quando autem benedicenda sint solummodo instrumenta vel machinæ, præmissis versiculis: Adjutórium nostrum, etc., et Dóminus vobíscum, etc., adhibetur tantum secunda Oratio cum aspersione.

21

BENEDICTIO VEHICULI SEU CURRUS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Propitiáre, Dómine Deus, supplicatiónibus nostris, et béne ✠ dic currum istum déxtera tua sancta: adjúnge ad ipsum sanctos Angelos tuos, ut omnes, qui in eo vehéntur, liberent et custódiant semper a periculis univérsis: et quemádmodum viro Æthiopi super currum suum sedénti et sacra elóquia legénti, per Levítam tuum Philíppum fidem et grátiam contulísti; ita fámulis tuis viam salútis osténde, qui tua grátia adjúti bonísque opéribus júgiter inténti, post omnes viæ et vitæ hujus varietátes, ætérna gáudia cónsequi mereántur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

22

BENEDICTIO MACHINÆ ITINERI AEREO DESTINATÆ

(Approbata a S. R. C. die 24 Martii 1920)

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Bénedic, ánima mea, Dómino.
℟. Dómine, Deus meus, magnificátus es veheménter.
℣. Qui ponis nubem ascénsum tuum.
℟. Qui ámbulas super pennas ventórum.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui ómnia propter temetipsum operátus es, et cuncta mundi hujus eleménta in usum humáni géneris destinásti: béne ✠ dic, quæsumus, hanc máchinam

(has máchinas) itíneri aéreo deputátam (-as); ut ad laudem et glóriam nóminis tui látius propagándam, et ad res humánas prómptius expediéndas, damno quovis et perículo remóto, desérviat (-ant), et in ómnium fidélium, eándem máchinam (eásdem máchinas) adhibéntium, ánimis cæléstia fóveat (-ant) desidéria. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui beátæ Maríæ Vírginis domum per Incarnáti Verbi mystérium misericórditer consecrásti, eámque in sinu Ecclésiæ tuæ mirabiliter collocásti: effúnde, quæsumus, bene ✠ dictiónem tuam super hanc máchinam (has máchinas); ut, qui per eam (eas) itíneri aéreo sub tutéla ejúsdem beátæ Vírginis se commíserint, eo quo tendunt próspere pervéniant, et incólumes ad própria revertántur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, in te sperántium salus, fámulis tuis iter aéreum peragéntibus ac tuam opem invocántibus, Angelum bonum de cælis cómitem benígnus adjúnge: ut ab eo custodiántur in ómnibus viis, et ad propósitam sibi metam feliciter deducántur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

23

BENEDICTIO MACHINÆ AD EXSTINGUENDUM INCENDIUM

(Approbata a S. R. C. die 10 Aprilis 1912)

Clerus a proximiori ecclesia, vel ab alio aliquo præparato loco, procedit ad locum, ubi est machina benedicenda, canendo vel recitando:

Ant. Mansuefáctus est ignis, et vim suæ virtútis oblítus est: ut fílii tui, quos dilexísti, Dómine, servéntur illæsi.

Psalmus 65

Jubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini ejus: * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: Quam terribília sunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, et psallat tibi: * psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, et vidéte ópera Dei: * terríbilis in consíliis super fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flúmine pertransíbunt pede: * ibi lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérnum, óculi ejus super gentes respíciunt: * qui exásperant non exalténtur in semetípsis.

Benedícite, gentes, Deum nostrum: * et audítam fácite vocem laudis ejus,

Qui pósuit ánimam meam ad vitam: * et non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti nos, Deus: * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro: * imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem et aquam: * et eduxísti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocáustis: * reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt lábia mea.

Et locútum est os meum, * in tribulatióne mea.

Holocáusta medulláta ófferam tibi cum incénso aríetum: * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, et narrábo, omnes, qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, * et exaltávi sub lingua mea.

Iniquitátem si aspéxi in corde meo, * non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, * et atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratiónem meam, et misericórdiam suam a me.

Glória Patri.

Ant. Mansuefáctus est ignis, et vim suæ virtútis oblítus est: ut fílii tui, quos dilexísti, Dómine, servéntur illæsi.

Repetita Antiphona, Celebrans, respondentibus circumstantibus, dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus, sperántes in te.

℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Nihil proficiat inimícus in eis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére eis.
℣. Benedícite, ignis et æstus, Dómino.
℟. Laudáte et superexaltáte eum in sæcula.
℣. Benedícite, fílii hóminum, Dómino.
℟. Laudáte et superexaltáte eum in sæcula.
℣. Qui líberat nos de médio ardéntis flammæ.
℟. Et de médio ignis éruit nos.
℣. Confitémini Dómino, quóniam bonus.
℟. Quóniam in sæculum misericórdia ejus.
℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui tribus púeris in fornáce Babylónis per Angelum tuum mitigásti flammas ignium: omnes, quæsumus, per déxteram tuam in córdibus nostris faces exstíngue vitiórum; ut a temporálibus eruámur incéndiis, et ab ignibus liberémur ætérnis. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, cujus in mánibus nos sumus, et sermónes nostri, et omnis sapiéntia, et óperum sciéntia et disciplina: fámulis tuis opitulátor adsíste; ut, quóties instántibus incéndii periclitémur angústiis, tóties suppeténtibus ingénii foveámur auxíliis. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, justus hóminum gubernátor et clemens, cui tamquam Factóri suo sic omnis prómptior creatúra desérvit, ut éadem ad torméntum ímpiis exardéscat, et ad benefícium piis lenis evádat: aurem tuam, quæsumus,

précibus nostris benígnus inténde, et hanc máchinam compriméndis ignibus destinátam tua munificus bene- ✠ dictióne perfúnde: ut, quóties hujus éfficax instruméntum máchinæ viva fide piísque cum votis fúerit advérsus éxcitas incéndii vires adhíbitum, aqua sæviéntes flammas ex eo jactáta restínguat, et igni vim totam suæ virtútis eripiat, ne incéndium fidélibus in te sperántibus moléstiam áfferat, neve illis eorúmque bonis detriméntum ingerat: quátenus univérsi, ab omni formidine páriter et perículo sóspites, a suis vítiis toto corde resipíscant, ac beneficiórum tuórum mémores, sincéra mente cognóscant, tália sibi flagélla e sua quidem iniquitáte prodíre, et in tua miseratióne cessáre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

CAPUT 3

BENEDICTIONES RERUM

QUÆ CULTUI DIVINO, ALIISQUÆ PIIS USIBUS DESTINANTUR

1

ORDO AD FACIENDAM AQUAM BENEDICTAM

1 Diebus Dominicis, et quandocumque opus sit, præparato sale et aqua munda benedicenda in ecclesia, vel in sacristia, Sacerdos, superpelliceo et stola violacea indutus, primo dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

2 Deinde absolute incipit exorcismum salis.

Exorcizo te, creatúra salis, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui te per Eliséum Prophétam in aquam mitti jussit, ut sanarétur sterílitas aquæ: ut efficiáris sal exorcizátum in salútem credéntium; et sis ómnibus suméntibus te sáni-

tas ánimæ et córporis; et effúgiat, atque discédat a loco, in quo aspérsum fúeris, omnis phantásia, et nequítia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnísque spíritus immúndus, adjurátus per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Imménsam cleméntiam tuam, omnípotens ætérne Deus, humíliter implorámus, ut hanc creatúram salis, quam in usum géneris humáni tribuísti, bene ✠ dícere et sancti ✠ ficáre tua pietáte dignéris: ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis; et quidquid ex eo tactum vel respérsum fúerit, cáreat omni immundítia, omníque impugnatióne spiritális nequítiæ. Per Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Exorcismus aquæ: et dicitur absolute:

Exorcízo te, creatúra aquæ, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu ✠ Christi, Fílii ejus, Dómini nostri, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti: ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, et ipsum inimícum eradicáre et explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis, per virtútem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui ad salútem humáni géneris, máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius invocatiónibus nostris, et eleménto huic multímodis purificatiónibus præparáto, virtútem tuæ bene ✠ dictiónis infúnde; ut creatúra tua, mystériis tuis sérviens, ad abigéndos dæmones, morbósque pelléndos, divinæ grátiæ sumat efféctum; ut quidquid in dómibus, vel in locis fidélium, hæc unda respérserit, cáreat omni immundítia, liberétur a noxa: non illic resídeat spíritus

péstilens, non aura corrúmpens: discédant omnes insídiæ laténtis inimíci; et si quid est, quod aut incolumitáti habitántium invidet, aut quiéti, aspersióne hujus aquæ effúgiat: ut salúbritas per invocatiónem sancti tui nóminis expetíta, ab ómnibus sit impugnatiónibus defénsa. Per Dóminum nostrum.

℟. Amen.

3 Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel:

Commixtio salis et aquæ páriter fiat, in nómine Pa-✠tris, et Fi✠lii, et Spíritus ✠ Sancti.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, invíctæ virtútis auctor, et insuperábilis impérii Rex, ac semper magníficus triumphátor: qui advérsæ dominatiónis vires réprimis: qui inimíci rugiéntis sævítiam súperas: qui hostíles nequítias poténter expúgnas: te, Dómine, treméntes et súpplices deprecámur, ac pétimus: ut hanc creatúram salis et aquæ dignánter aspícias, benígnus illústres, pietátis tuæ rore sanctífices; ut, ubicúmque fúerit aspérsa, per invocatiónem sancti nóminis tui, omnis infestátio immúndi spíritus abigátur: terrórque venenósi serpéntis procul pellátur: et præséntia Sancti Spíritus nobis, misericórdiam tuam poscéntibus, ubíque adésse dignétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

4 Postea Christifideles possunt de ista aqua benedicta in vasculis suis accipere, et secum deferre ad aspergendos ægros, domos, agros, vineas, et alia, et ad eam habendam in cubiculis suis, ut ea quotidie et sæpius aspergi possint.

2

BENEDICTIO POPULI CUM AQUA BENEDICTA
diebus Dominicis impertienda

Sacerdos celebraturus, indutus pluviali coloris Officio convenientis, accedit ad Altare, et ibi ad gradus cum Ministris genuflexus, etiam Tempore Paschali, accipit a Diacono aspersorium, et primo ter aspergit Altare, deinde se, et erectus Ministros, incipiens Antiphonam: **Aspérges me.** Et chorus prosequitur: **Dómine, hyssópo,** etc., ut infra. Interim Celebrans aspergit clerum, deinde populum, dicens submissa voce cum Ministris Psalmum **Miserére mei, Deus.**

Antiphona



A-spér-ges me, *
Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Ps. 50, 3 **Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.**
℣. **Glória Patri.**

Et repetitur Antiphona **Aspérges me.**

Hæc Antiphona prædicto modo dicitur ad aspersionem aquæ benedictæ in Dominicis per totum annum: excepta Dominica de Passione, et Dominica Palmarum, in quibus non dicitur **Glória Patri;** sed post Psalmum **Miserére** repetitur immediate Antiphona **Aspérges me.** Excepto etiam Tempore Paschali, scilicet a Dominica Paschæ usque ad Pentecosten inclusive, quo tempore cantatur sequens

Antiphona

Vi-di a-quam *
egrediéntem de templo, a látere dextro, allelúja: et omnes, ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent: allelúja, allelúja.

Ps. 117, 1 Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia ejus.

℣. Glória Patri.

Repetitur Antiphona: Vidi aquam egrediéntem.

In Dominica vero Trinitatis resumitur Antiphona Aspérges me, Dómine, etc., ut supra.

In die sancto Paschæ, et Pentecostes, ubi est fons baptismalis, fit aspersio cum aqua pridie benedicta in fonte Baptismi, et ante infusionem Olei et Chrismatis accepta.

Finita Antiphona supradicto modo, Sacerdos qui aspersit aquam, reversus ad Altare, stans ante gradus Altaris junctis manibus dicat:

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam (T. P. Allelúja).

℟. Et salutáre tuum da nobis (T. P. Allelúja).

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis; qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

3

BENEDICTIO AQUÆ

in Vigilia Epiphaniæ Domini

Statuta hora Sacerdos celebrans (tenens mitram, si sit Episcopus, quam ad Preces deponit) cum Diacono et Subdiacono, ille pluviali isti dalmatica et tunicella induti albi coloris, præcedentibus Acolythis cum cereis accensis et Cruce (quæ ponuntur ad loca sua) aliisque de Clero, veniunt ad locum prope altare majus, ubi paratum est vas cum sale, et alveolus cum aqua.

Formula benedictionis aquæ

(A S. C. Rituum adprobata die 6 Decembris 1890)

Primum, omnibus genuflectentibus, dicuntur cum cantu Litaniæ Sanctorum.



Ký-ri-e, e-lé-i-son. Chri-ste, e-lé-i-son.

Ký-ri-e, e-lé-i-son.

Chri-ste, au-di nos. Chri-ste, ex-áu-di nos.

Pa-ter de cæ-lis, De-us, mi-se-ré-re no-bis.

Fili, Redémptor mundi, Deus, miserére nobis.
Spíritus Sancte, Deus, miserére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miserére nobis.



Sanc-ta Ma-rí-a, o-ra pro no-bis.

Sancta Dei Génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes sancti Angeli et Archángeli, oráte pro nobis.
Omnes sancti beatórum Spirítuum órdines, oráte.
Sancte Joánnes Baptísta, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Matthía, ora.

Sanc-te Bár-na-ba, o-ra pro no-bis.

Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Laurénti, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancti Fabiáne et Sebastiáne, oráte.
Sancti Joánnes et Paule, oráte.
Sancti Cosma et Damiáne, oráte.
Sancti Gervási et Protási, oráte.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte.
Omnes sancti Doctóres, oráte.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francísce, ora.
Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, oráte.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.



Pro-pi-ti-us e-sto, par-ce no-bis, Dó-mi-ne.

Pro-pi-ti-us e-sto, ex-áu-di nos, Dó-mi-ne.

Ab om-ni ma-lo, lí-be-ra nos, Dó-mi-ne.

Ab omni peccáto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
A subitánea et improvísa morte, líbera.
Ab insídiis diáboli, líbera.
Ab ira et ódio, et omni mala voluntáte, líbera.
A spíritu fornicatiónis, líbera.
A fúlgure et tempestáte, líbera.
A flagéllo terræmótus, líbera.
A peste, fame et bello, líbera.
A morte perpétua, líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per advéntum tuum, líbera.
Per nativitátem tuam, líbera.
Per baptísmum et sanctum jejúnium tuum, líbera.
Per crucem et passiónem tuam, líbera.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera.
Per sanctam resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem ascensiónem tuam, líbera.
Per advéntum Spíritus Sancti Paráclíti, líbera.
In die judícii, líbera.

Pec-ca-tó-res, te ro-gá-mus, au-di nos.

Ut nobis parcas, te rogámus, audi nos.
Ut nobis indúlgeas, te rogámus, audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et conserváre dignéris, te rogámus.
Ut Domnum Apostólicum et omnes ecclesiásticos órdines in sancta religióne conserváre dignéris, te rog.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rog.
Ut régibus et princípibus christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rog.
Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unitátem largíri dignéris, te rog.
Ut omnes errántes ad unitátem Ecclésiæ revocáre, et infidéles univérsos ad Evangélii lumen perdúcere dignéris, te rog.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre dignéris, te rog.
Ut mentes nostras ad cæléstia desidéria érigas, te rog.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rog.
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum et benefactórum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias, te rog.
Ut fructus terræ dare et conserváre dignéris, te rog.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rog.

Nunc Celebrans surgit, et gradatim elevando vocem, canit:

Ut hanc A-quam be-ne-✠di-ce-re dig-né-ris,



te ro-gá-mus, au-di nos.

Ut hanc Aquam bene ✠ dícere
et saneti ✠ ficáre dignéris,
te rogámus, audi nos.

Cantores prosequuntur:
Ut nos exaudíre dignéris,
te rogámus, audi nos.
Fili Dei, te rogámus, audi nos.



Ag-nus De-i, qui tol-lis pec-cá-ta mun-di,



par-ce no-bis, Dó-mi-ne.



Ag-nus De-i, qui tol-lis pec-cá-ta mun-di,

ex-áu-di nos, Dó-mi-ne.

Ag-nus De-i, qui tol-lis pec-cá-ta mun-di,

mi-se-ré-re no-bis.





Celebrans canendo dicit: Pater noster, quod secreto prosequitur usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

Deinde canuntur sequentes Psalmi.

Psalmus 28





Afférte Dómino glóriam et honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas, Deus majestátis intónuit: * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte: * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros: * et confríget Dóminus cedros Líbani:

Et commínuet eas tamquam vítulum Líbani: * et diléctus quemádmodum fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: * vox Dómini concutiéntis desértum: et commovébit Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, et revelábit condénsa: * et in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit: * et sedébit Dóminus Rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit: * Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

Glória Patri.

Psalmus 45

Deus noster refúgium, et virtus: * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra: * et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum: * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur: * adjuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, et inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram: * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, et confrínget arma: * et scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus: * exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Glória Patri.

Psalmus 146

Laudáte Dóminum quóniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucúnda, decóraque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus: * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde: * et álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum: * et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus: * et sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus: * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne: * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus: * et parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum: * et herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum: * et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit: * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum: * et in eis, qui sperant super misericórdia ejus.

Glória Patri.

Deinde Celebrans canendo dicit:

Exorcismus

contra satanam et angelos apostaticos

Exorcizámus te, omnis immúnde spíritus, omnis satánica potéstas, omnis incúrsio infernális adversárii, omnis légio, omnis congregátio et secta diabólica, in nómine et virtúte Dómini nostri Jesu ✠ Christi, eradicáre et effugáre a Dei Ecclésia, ab ómnibus ad imáginem Dei cónditis ac pretióso divíni Agni sánguine redémptis ✠. Non ultra áudeas, serpens callidíssime, decípere humánum genus, Dei Ecclésiam pérsequi, ac Dei eléctos excútere et cribráre sicut tríticum ✠. Imperat tibi Deus altíssimus ✠, cui in magna tua supérbia te símilem habéri adhuc præsúmis; qui omnes hómines vult salvos fíeri, et ad agnitiónem veritátis veníre. Imperat tibi Deus Pater ✠. Imperat tibi Deus Fílius ✠: Imperat tibi Deus Spíritus Sanctus ✠. Imperat tibi majéstas Christi, ætérnum Dei Verbum caro factum ✠, qui pro salúte géneris nostri tua invídia pérditi, humiliávit semetípsum factus obœdiens usque ad mortem; qui Ecclésiam suam ædificávit supra firmam petram, et portas inferi advérsus eam numquam esse prævalitúras edíxit, et cum ea ipse permansúrus ómnibus diébus usque ad consummatiónem sæculi. Imperat tibi sacraméntum Crucis ✠, omniúmque christiánæ fídei Mysteriórum virtus ✠. Imperat tibi excélsa Dei Génitrix Virgo María ✠, quæ superbíssimum caput tuum a primo instánti immaculátæ suæ conceptiónis in sua humilitáte contrívit. Imperat tibi fides Sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et ceterórum Apostolórum ✠. Imperat tibi Mártyrum sanguis, ac pia Sanctórum et Sanctárum ómnium intercéssio ✠.

Ergo, draco maledícte et omnis légio diabólica, adjurámus te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui sic diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret, ut omnis qui credit in eum non péreat, sed hábeat vitam ætérnam; cessa

decípere humánas creatúras, eísque ætérnæ perditiónis venénum propináre: désine Ecclésiæ nocére, et ejus libertáti láqueos injícere. Vade, sátana, invéntor et magíster omnis falláciæ, hostis humánæ salútis. Da locum Christo, in quo nihil invenísti de opéribus tuis; da locum Ecclésiæ, uni, sanctæ, cathólicæ, et apostólicæ, quam Christus ipse acquisívit sánguine suo. Humiliáre sub poténti manu Dei; contremísce et éffuge, invocáto a nobis sancto et terríbili nómine Jesu, quem ínferi tremunt, cui Virtútes et Potestátes et Dominatiónes subjéctæ sunt; quem Chérubim et Séraphim indefessis vócibus laudant, dicéntes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus, Deus Sábaoth.

Postea a Cantoribus canitur:

Antiphona



Canticum Zachariæ Luc. 1, 68-79



Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, Prophetárum ejus:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham, patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte, et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus: * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

Vel

Canticum B. Mariæ Virg. Luc. 1, 46-55





sul-tá-vit spi-ri-tus me-us * in De-o, sa-lu-tá-ri me-o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Glória Patri.

Et repetitur Antiphona.

Deinde Celebrans canit ut sequitur:

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti: concéde propítius; ut, qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúndem Dóminum. ℟. Amen.

Postea benedicit aquam:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Exorcismus salis

Exorcizo te, creatúra salis, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum qui te per Elisæum prophétam in aquam mitti jussit, ut sanarétur sterilitas aquæ: ut efficiáris sal exorcizátum in salútem credéntium; et sis ómnibus suméntibus te sánitas ánimæ et córporis; et effúgiat, atque discédat

a loco, in quo aspérsum fúeris, omnis phantásia, et nequítia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnisque spíritus immúndus, adjurátus per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Imménsam cleméntiam tuam, omnípotens ætérne Deus, humíliter implorámus, ut hanc creatúram salis, quam in usum géneris humáni tribuísti, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre tua pietáte dignéris: ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis; et quidquid ex eo tactum vel respérsum fúerit, cáreat omni immundítia, omníque impugnatióne spiritális nequítiæ. Per Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Exorcismus aquæ

Exorcízo te, creatúra aquæ, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu ✠ Christi Fílii ejus Dómini nostri, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti: ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, et ipsum inimícum eradicáre et explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis, per virtútem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui ad salútem humáni géneris, máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius invocatiónibus nostris, et eleménto huic multímodis purificatiónibus præparáto, virtútem tuæ bene ✠ dictiónis infúnde; ut creatúra tua mystériis tuis sérviens, ad abigéndos dæmones, morbósque pelléndos, divínæ grátiæ sumat effectum; ut, quidquid in dómibus vel in locis fidélium hæc unda respérserit, cáreat omni immundítia, liberétur a noxa: non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrúmpens: discédant omnes insídiæ laténtis inimíci: et si quid est, quod aut incolumitáti habitántium invídet aut quiéti, aspersióne hujus

aquæ effúgiat; ut salúbritas per invocatiónem sancti tui nóminis expetíta ab ómnibus sit impugnatiónibus defénsa. Per Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Hic ter mittit sal in aquam in modum crucis, dicendo semel sine cantu:

Commíxtio salis et aquæ páriter fiat, in nómine Patris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

Deinde canit:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, invíctæ virtútis auctor, et insuperábilis impérii rex, ac semper magníficus triumphátor: qui advérsæ dominatiónis vires réprimis: qui inimíci rugiéntis sævítiam súperas: qui hostíles nequítias poténter expúgnas: te, Dómine, treméntes et súpplices deprecámur ac pétimus: ut hanc creatúram salis et aquæ dignánter aspícias, benígnus illústres, pietátis tuæ rore sanctífices; ut, ubicúmque fúerit aspérsa, per invocatiónem sancti nóminis tui, omnis infestátio immúndi spíritus abigátur, terrórque venenósi serpéntis procul pellátur: et præséntia Sancti Spíritus nobis, misericórdiam tuam poscéntibus, ubíque adésse dignétur. Per Dóminum . . . in unitáte ejúsdem Spíritus. ℟. Amen.

Expleta benedictione, per Celebrantem aspergitur populus aqua benedicta.

Tandem solemniter canitur Hymnus:

Te De-um lau-dámus: * te Dó-mi-num con-fi-témur.

Te æ-térnum Pa-trem om-nis ter-ra ve-ne-rá-tur.



Ti-bi omnes Ange-li, ti-bi Cæ-li, et u-ni-vér-sæ


Po-te-stá-tes: Ti-bi Ché-ru-bim et Sé-ra-phim in-
ces-sá-bi-li vo-ce pro-clá-mant: Sanc-tus: Sanctus:
Sanc-tus Dó-mi-nus, De-us Sá-ba-oth. Ple-ni sunt
cæ-li et ter-ra ma-je-stá-tis gló-ri-æ tu-æ.
Te glo-ri-ó-sus A-po-sto-ló-rum cho-rus, Te Pro-
phe-tá-rum lau-dá-bi-lis nú-me-rus, Te Már-ty-rum
candi-dá-tus laudat ex-ér-ci-tus. Te per orbem ter-
rá-rum sanc-ta con-fi-té-tur Ecclé-si-a, Pa-trem
immén-sæ ma-je-stá-tis; Ve-ne-rán-dum tu-um


ve-rum et ú-ni-cum Fi-li-um; Sanc-tum quoque
Pa-rá-cli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-æ, Chri-ste.
Tu Pa-tris sempi-tér-nus es Fí-li-us. Tu ad li-
be-rán-dum sus-cep-tú-rus hó-mi-nem, non hor-ru-
i-sti Vír-gi-nis ú-te-rum. Tu, de-víc-to mor-tis
a-cú-le-o, a-pe-ru-i-sti cre-dén-ti-bus reg-na
cæ-ló-rum. Tu ad déx-te-ram De-i se-des, in gló-
ri-a Pa-tris. Ju-dex cré-de-ris es-se ven-tú-rus.
Te er-go quæ-su-mus, tu-is fá-mu-lis súb-ve-ni,


quos pre-ti-ó-so sán-gui-ne red-e-mí-sti. Æ-tér-na
fac cum Sanc-tis tu-is in gló-ri-a nume-rá-ri.
Salvum fac pó-pu-lum tu-um, Dómi-ne, et bé-ne-dic
he-re-di-tá-ti tu-æ. Et re-ge e-os, et extól-le
il-los usque in æ-tér-num. Per sín-gu-los di-es
be-ne-dí-ci-mus te. Et lau-dá-mus no-men tu-um
in sæ-cu-lum, et in sæ-cu-lum sæ-cu-li.
Dig-ná-re, Dó-mi-ne, di-e i-sto si-ne pec-cá-to
nos cu-sto-dí-re. Mi-se-ré-re no-stri, Dó-mi-ne,



℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, cujus misericórdiæ non est número, et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimæ Majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad prǽmia futúra dispónas. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tandem a Celebrante, si sit Episcopus, impertitur populo Benedictio: qua completa, omnes revertuntur, uti venerunt.

Aqua benedicta. uti supra, dispensatur fidelibus, ut ea devote utantur in eorum cubiculis, et etiam pro infirmis.

4

BENEDICTIO CRETÆ IN FESTO EPIPHANIÆ

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine Deus, creatúram istam cretæ: ut sit salutáris humáno géneri; et præsta per invocatiónem nóminis tui sanctíssimi, ut, quicúmque ex ea súmpserint, vel in ea in domus suæ portis scripserint nómina sanctórum tuórum Gásparis, Melchióris et Baltássar, per eórum intercessiónem et mérita, córporis sanitátem, et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

5

BENEDICTIO TRIUM MUNERUM PRETIOSORUM
in Festo Epiphaniæ Domini

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Súscipe, sancte Pater, a me indígno fámulo tuo hæc múnera, quæ in honórem nóminis tui sancti, et in títulum omnipoténtiæ tuæ majestátis, humíliter tibi óffero: sicut sacrifícium Abel justi, et sicut éadem múnera a tribus Magis tibi quondam offeréntibus suscepísti.

Exorcizo te, creatúra auri, thuris et myrrhæ, per Pa-✠trem omnipoténtem, per Jesum ✠ Christum, Fílium ejus unigénitum, et per Spíritum ✠ Sanctum Paráclitum: ut a te discédat omnis fraus, dolus et nequítia diáboli, et sis remédium salutáre humáno géneri contra insídias inimíci: et quicúmque divíno freti auxílio te in suis lóculis, dómibus, aut circa se habúerint, per virtútem et mérita Dómini et Salvatóris nostri, ac intercessiónem ejus sanctíssimæ Genitrícis et Vírginis Maríæ, ac eórum, qui hódie simílibus munéribus Christum Dóminum veneráti sunt, omniúmque Sanctórum, ab ómnibus perículis ánimæ et córporis liberéntur, et bonis ómnibus pérfrui mereántur. ℟. Amen.

Deus invisíbilis et interminábilis, pietátem tuam per sanctum et treméndum Fílii tui nomen, suppliciter deprecámur: ut in hanc creatúram auri, thuris, myrrhæ bene ✠ dictiónem ac operatiónem tuæ virtútis infúndas: ut, qui ea penes se habúerint, ab omni ægritúdinis et læsiónis incúrsu tuti sint; et omnes morbos córporis et ánimæ effúgiant, nullum dominétur eis periculum, et læti, ac incólumes tibi in Ecclésia tua desérviant: Qui in Trinitáte perfécta vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, descéndat super hanc creatúram auri, thuris et myrrhæ, et máneat semper. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

6

BENEDICTIO CANDELARUM

extra diem Purificationis B. Mariæ Virginis

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, béne ✠ dic candélas istas supplicatiónibus nostris: infúnde eis, Dómine, per virtútem sanctæ Cru ✠ cis, benedictiónem cæléstem, qui eas ad repelléndas ténebras humáno géneri tribuísti; talémque benedictiónem signáculo sanctæ Cru-✠cis accípiant, ut quibuscúmque locis accénsæ, sive pósitæ fúerint, discédant príncipes tenebrárum et contremíscant, et fúgiant pávidi cum ómnibus ministris suis ab habitatiónibus illis, nec præsúmant ámplius inquietáre, aut molestáre serviéntes tibi omnipoténti Deo: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

7

BENEDICTIO CANDELÆ PRO MORIBUNDIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine, Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui dixísti: Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris, bene ✠ dícere dignáre candélam istam: infúnde ei, per virtútem sanctæ Cru ✠ cis benedictiónem cæléstem, talémque benedictiónem signáculo sanctæ Cru ✠ cis accípiat, ut quibuscúmque in locis accénsa, aut a quibuscúmque infírmis in mánibus gestáta fúerit, contremíscant et discédant ab iis príncipes tenebrárum, et fúgiant pávidi cum ómnibus minístris suis; nec præsúmant ámplius inquietáre, molestáre aut tentáre fámulos tuos, étiam in ægritúdine sua in te solo confidéntes. Exsúrge Deus in defensiónem eórum, qui candélam hanc moribúndi devóte suscepérint, et dissipéntur inimíci tui, et fúgiant, qui odérunt te, a fácie tua, et a fámulis tuis, propter quos ad terram misericórditer descendísti; faciásque eos tecum in bonis congáudere cæléstibus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

8

BENEDICTIO CANDELARUM

in Festo S. Blasii, contra morbum gutturis

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens et mitíssime Deus, qui ómnium mundi rerum diversitátes solo Verbo creásti, et ad hóminum reformatiónem illud idem Verbum, per quod facta sunt ómnia, incarnári voluísti: qui magnus es, et imménsus, terríbilis atque laudábilis, ac fáciens mirabília: pro cujus fídei confessióne gloriósus Martyr et Póntifex Blásius, diversórum tormentórum génera non pavéscens, martýrii palmam felíciter est adéptus: quique eídem, inter céteras grátias, hanc prærogatívam contulísti, ut quoscúmque gútturis morbos tua virtúte curáret; majestátem tuam suppliciter exorámus, ut non inspéctu reátus nostri, sed ejus placátus méritis et précibus, hanc ceræ creatúram bene ✠ dícere, ac sancti ✠ ficáre tua venerábili pietáte dignéris, tuam grátiam infundéndo; ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fúerint, a quocúmque gútturis morbo ipsíus passiónis méritis liberéntur, et in Ecclésia sancta tua sani et hílares tibi gratiárum réferant actiónes, laudéntque nomen tuum gloriósum, quod est benedictum in sæcula sæculórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Deinde Sacerdos duos cereos in modum crucis aptatos apponit sub mento gutturi singulorum, qui benedicendi sunt, ipsis ante Altare genuflectentibus, dicens:

Per intercessiónem sancti Blásii, Epíscopi et Mártyris, líberet te Deus a malo gútturis, et a quólibet álio malo. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. ℟. Amen.

9

BENEDICTIO INSTRUMENTORUM NOVI ORGANI

1 Benedictio hæc quantum fieri potest, die Dominico, aut Festo ante Sacrum Solemne hoc ritu peragitur:

2 Sacerdos superpelliceo, stola et pluviali indutus, accedens ad Altare principale intonat, Choro prosequente Antiphonam:

Jubiláte Deo: psalmum dícite nómini ejus, date glóriam laudi ejus.

Et cantatur:

Psalmus 150

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério, et cíthara.

Laudáte eum in týmpano, et choro: * laudáte eum in chordis, et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri.

Sicut erat.

3 Deinde repetitur Antiphona: Jubiláte Deo.

4 Interea Sacerdos procedit ab Altari versus Organum et ibi, facie ad illud versa, consistens dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Sit nomen Dómini benedictum.
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.
℣. Jubiláte Deo, omnis terra.
℟. Cantáte et exsultáte et psállite.
℣. Psállite Dómino in cíthara et voce Psalmi.
℟. In tubis ductílibus, et voce tubæ córneæ.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui per Móysen fámulum tuum tubas ad canéndum super sacrifíciis, nómini tuo offeréndis, fácere præcepísti, quique per fílios Israel in tubis et cýmbalis laudem tui nóminis decantári voluísti: béne ✠ dic, quæsumus, hoc instruméntum órgani, cúltui tuo dedicátum;

et præsta, ut fidéles tui in cánticis spirituálibus jubilántes in terris, ad gáudia ætérna pervenire mereántur in cælis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

5 Et aspergatur aqua benedicta.

6 Postremo organa mox benedicta, pleno concentu et triumphaliter pulsantur.

10

BENEDICTIO DEVOTIONALIUM

Hæc formula benedictionis adhiberi nequit pro iis Scapularibus, quæ habeant propriam formulam jam præscriptam. (Rescript. S. R. C. 10 Dec. 1888.)

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine Jesu, fili Maríæ, hoc rosárium (vel scapuláre, vel medállium etc.) sub invocatióne beatíssimæ Vírginis Maríæ (vel sancti N.): et concéde; ut, quisquis pie illud gestáverit (vel osculátus fúerit), per víscera misericórdiæ tuæ ab omni malo et periculo liberári, grátiæ tuæ donis cumulári, et in éxitu suo ab ipsa beatíssima Vírgine María (vel sancto N.), cujus memóriam refert, tibi plenus opéribus præsentári mereátur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Vi vero hujus benedictionis, a Sacerdote non specialiter privilegiato peractæ, dictis devotionis rebus, nullæ adnectuntur indulgentiæ.

11

BENEDICTIO ORATORII PRIVATI SEU DOMESTICI

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui loca nómini tuo dicánda sanctíficas, effúnde super hanc oratiónis domum grátiam tuam: ut ab ómnibus hic nomen tuum invocántibus auxílium tuæ misericórdiæ sentiátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus: per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

12

BENEDICTIO LIBELLI PRECUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui tua grátia spíritum devotiónis in nobis éxcitas, ut mens nostra ad te elevétur: infúnde largitátem bene ✠dictiónis tuæ in hunc libéllum precum; et fac, ut in quotidiána devotióne et sacramentórum susceptióne extérnis étiam subsídiis adjuvémur, et ad coléndam pietátem spiritúmque oratiónis fovéndum et ad religiónem rite exercéndam inducámur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

13

BENEDICTIO METALLI PRO CAMPANA
dum ære conflatur

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui creatúris étiam inanimátis hunc honórem tríbuis, ut ad cultum tuum destinéntur: tuam, quæsumus, bene ✠ dictiónem effúnde super hoc metállum; et præsta, ut, cum jam in rívulos ignítos prófluet, tua dirigénte déxtera et protegénte grátia, apte et conveniénter disponátur ad efformándum tintinnábulum, quo (efformánda tintinnábula, quibus) fidéles ad laudem et glóriam nóminis tui in ecclésia congregéntur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Postquam autem feliciter completum fuerit opus, Sacerdos dicit:

Psalmus 116

Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli:
Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in ætérnum.
Glória Patri.

Postea adjungit Orationem sequentem:

Orémus. Oratio

Actiónes nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

CAPUT 4

BENEDICTIONES RERUM
COMMUNIBUS HOMINUM USIBUS INSERVIENTIUM

1
BENEDICTIO POMORUM IN FESTO S. BLASII

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, creatúram istam pomórum, ut sit remédium salutáre humáno géneri: et præsta, per invocatiónem sancti nóminis tui, et intercessiónem sancti Blásii Episcópi et Mártyris; ut, quicúmque ex eis súmpserint, córporis sanitátem, et ánimæ tutélam, te auctóre, percípiant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Omnípotens et mitíssime Deus, qui ómnium mundi rerum diversitátes solo verbo creásti, et ad hóminum reformatiónem, illud idem verbum, per quod facta sunt ómnia, incarnári voluísti: qui magnus es et imménsus, terríbilis atque laudábilis, et fáciens mirabília; pro cujus Fídei confessióne gloriósus Póntifex Blásius diversórum tormentórum génera non pavéscens martýrii palmam feliciter est adéptus; quique eídem inter céteras grátias, hanc prærogatívam contulísti, ut quoscúmque gútturis morbos tua virtúte curáret: Majestátem tuam suppliciter exorámus, ut ejus méritis et précibus hanc creatúram pomórum bene ✠ dícere et sancti ✠ ficáre dignéris, tuam grátiam infundéndo; ut omnes, qui ex eis gustáverint, quocúmque morbo se gravátos sénserint, liberéntur, et in Ecclésia tua sancta sani et hílares tibi gratiárum réferant actiónes, et laudent nomen tuum gloriósum, quod est benedictum in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Postea aspergantur aqua benedicta.

2

BENEDICTIO AGNI PASCHALIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui per fámulum tuum Móysen, in liberatióne pópuli tui de Ægýpto, agnum occídi jussísti in similitúdinem Dómini nostri Jesu Christi, et utrósque postes domórum de sánguine ejúsdem agni perúngi præcepísti: tu bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris hanc creatúram carnis, quam nos fámuli tui ad laudem tuam súmere desiderámus, per resurrectiónem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

3

BENEDICTIO OVORUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Subvéniat, quæsumus, Dómine, tuæ bene ✠ dictiónis grátia huic ovórum creatúræ: ut cibus salúbris fiat fidélibus tuis, in tuárum gratiárum actióne suméntibus, ob resurrectiónem Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculórum.
℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

4

BENEDICTIO PANIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, panis Angelórum, panis vivus ætérnæ vitæ, bene ✠ dícere dignáre panem istum, sicut benedixísti quinque panes in desérto: ut omnes ex eo gustántes, inde córporis et ánimæ percípiant sanitátem: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.
℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

5

ALIA BENEDICTIO PANIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, bene ✠ dícere dignéris hunc panem tua sancta spirituáli benedictióne: ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis; atque contra omnes morbos, et univérsas inimicórum insídias tutámen. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, panem vivum, qui de cælo descéndit, et dat vitam et salútem mundo: et tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.
℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

6

BENEDICTIO COMMUNIS AD OMNIA IN PASCHA

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui per resurrectiónem Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi mundo gáudia contulísti: sanctí ✠ fica colláta nobis hæc dona tuæ largitátis; mentésque nostras páriter spirituálibus reple delíciis. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

7

BENEDICTIO NOVORUM FRUCTUUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, hos novos fructus N., et præsta: ut, qui ex eis in tuo sancto nómine vescéntur, córporis et ánimæ salúte potiántur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

8

BENEDICTIO AD QUODCUMQUE COMESTIBILE

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, creatúram istam N., ut sit remédium salutáre géneri humáno: et præsta per invocatiónem sancti nóminis tui; ut quicúmque ex ea súmpserint, córporis sanitátem, et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

9

BENEDICTIO OLEI SIMPLICIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Exorcismus

Exorcízo te, creatúra ólei, per Deum ✠ Patrem omnipoténtem, qui fecit cælum et terram, mare, et ómnia, quæ in eis sunt. Omnis virtus adversárii, omnis exércitus diáboli, et omnis incúrsus, omne phantásma sátanæ eradicáre, et effugáre ab hac creatúra ólei; ut fiat ómnibus, qui eo usúri sunt, salus mentis et córporis, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et Jesu ✠ Christi Fílii ejus Dómini nostri, et Spíritus ✠ Sancti Paráclíti, et in caritáte ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.
℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus omnípotens, cui astat exércitus Angelórum cum tremóre, quorum servítium spirituále cognóscitur, dignáre respícere, bene ✠ dícere, et sancti ✠ fícáre hanc creatúram ólei, quam ex olivárum succo eduxísti, et ex eo infírmos inúngi mandásti, quátenus sanitáte percépta, tibi Deo vivo et vero grátias ágerent: præsta, quæsumus; ut hi, qui hoc óleo, quod in tuo nómine bene ✠ dícimus, usi fúerint, ab omni languóre, omníque infirmitáte, atque cunctis insídiis inimici liberéntur, et cunctæ adversitátes separéntur a plásmate tuo, quod pretióso sánguine Fílii tui redemísti, ut numquam lædátur a morsu antíqui serpéntis. Per eúndem Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

10

BENEDICTIO COMMUNIS SUPER FRUGES ET VINEAS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Pietátem tuam, quæsumus, omnípotens Deus, ut has primítias creatúræ tuæ, quas áëris et plúviæ temperaménto nutríre dignátus es, bene ✠ dictiónis tuæ imbre perfúndas, et fructus terræ tuæ usque ad maturitátem perdúcas. Tríbue quoque pópulo tuo de tuis munéribus tibi semper grátias ágere; ut a fertilitáte terræ esuriéntium ánimas bonis ómnibus affluéntibus répleas, et egénus et pauper laudent nomen glóriæ tuæ. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

11

BENEDICTIO SEMINUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Te rogámus, Dómine, ac pétimus: ut hos fructus séminum bene ✠ dicere, plácido lenis auræ afflátu fovére, rore cælésti fœcundáre, et incólumes propter usum animárum et córporum ad plenissimam maturitátem perdúcere dignéris. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

12

BENEDICTIO HORREI SEU SEGETUM DEMESSARUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui de rore cæli abundántiam, et de pinguédine terræ substántiam homínibus conférre non désinis: piíssimæ majestáti tuæ pro collécctis frúctibus grátias ágimus, tuam cleméntiam exorántes; ut has ségetes, quas de benignitáte tua suscépimus, bene ✠ dícere, conserváre, et ab omni noxa deféndere dignéris: simúlque concéde; ut, quorum in bonis replésti desidérium, de tua custódia glorién̄tur, misericórdias tuas sine fine colláudent, et sic tránseant per bona temporália, ut non amíttant ætérna. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

13

BENEDICTIO PISTRINI

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui in pœnam peccáti dixísti: In sudóre vultus tui, vescéris pane tuo; béne ✠ dic pistrínum istud, quod ad teréndum fruméntum eréctum est, ut inde panis conficiátur ad nostram sustentatiónem, Angelúmque lucis ac defensiónis ei assignáre dignéris. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

14

BENEDICTIO VINI
in Festo S. Joannis Apostoli et Evangelistæ

In Festo sancti Joannis Ap. et Evang., expleta omnino Missa majore, hoc est post ultimum Evangelium, Sacerdos, retentis omnibus paramentis, excepto manipulo, vinum a populo oblatum, in memoriam et honorem S. Joannis, qui venenum innocue sumpsit, benedicit hoc modo:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Bene ✠ dícere et conse ✠ cráre dignéris, Dómine Deus, déxtera tua hunc cálicem vini, et cujúslibet potus: et præsta; ut per mérita sancti Joánnis Apóstoli et Evangelistæ, omnes in te credéntes et de cálice isto bibéntes benedicántur, et protegántur. Et sicut beátus Joánnes de cálice bibens venénum, illæsus omníno permánsit, ita omnes, hac die in honórem beáti Joánnis de cálice isto bibéntes, méritis ipsíus ab omni ægritúdine venéni, et nóxiis quibúsvis absolvántur, et córpore ac ánima se offeréntes, ab omni culpa liberéntur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Béne ✠ dic, Dómine, hanc creatúram potus: ut sit remédium salutáre ómnibus suméntibus: et præsta per invocatiónem sancti nóminis tui; ut, quicúmque ex eo gustáverint, tam ánimæ quam córporis sanitátem te donánte percípiant. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super hanc creatúram vini, et cujúslibet potus, et máneat semper. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

℣ Quod si benedictio illa fiat privatim extra Missam, Sacerdos, superpelliceo et stola indutus, eam conficiat modo superius tradito.

15

ALIA BENEDICTIO VINI
in Festo S. Joannis Apostoli et Evangelistæ

In fine Missæ post Evangelium sancti Joannis, In princípio erat Verbum, dicitur:

Psalmus 22

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiæ, * propter nomen suum.

Nam, et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.

Virga tua, et báculus tuus: * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos, qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * et calix meus inébrians quam præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Glória Patri.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster secreto usque ad
℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**
℟. **Sed líbera nos a malo.**
℣. **Salvos fac servos tuos.**
℟. **Deus meus, sperántes in te.**
℣. **Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.**
℟. **Et de Sion tuére eos.**
℣. **Nihil proficiat inimicus in eis.**
℟. **Et fílius iniquitátis non appónat nocére eis.**
℣. **Et si mortíferum quid bíberint.**
℟. **Non eis nocébit.**
℣. **Dómine, exáudi oratiónem meam.**
℟. **Et clamor meus ad te véniat.**
℣. **Dóminus vobíscum.**
℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: qui Fílium tuum tibi coætérnum et consubstantiálem de cælis descéndere, et de sacratíssima Vírgine María in hoc témpore plenitúdinis incarnári temporáliter voluísti, ut ovem pérditam et errántem quæreret, et in húmeris própriis ad ovíle reportáret; nec non ut eum, qui in latrónes incidit, a vúlnerum suórum dolóre, infúndens ipsi vinum et óleum, curáret; béne ✠ dic et sanctí- ✠ fica hoc vinum: quod de vite in potum hóminum produxísti, et præsta: ut, quisquis in hac sacra solemnitáte de eo súmpserit vel bíberit, salútem ánimæ et córporis consequátur: et si in peregrinatióne fúerit, ab eódem, tua grátia mediánte, confortétur; ut via ejus in omni prosperitáte dirigátur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, qui te vitem veram, et sanctos Apóstolos tuos pálmites appellári, et de ómnibus te diligéntibus víneam eléctam plantáre voluísti; béne- ✠ dic hoc vinum, et virtútem ei tuæ benedictiónis infúnde: ut, quicúmque ex eo súmpserit vel bíberit, intercedénte dilécto discípulo tuo Joánne Apóstolo et Evangelísta, síngulis morbis et venénis pestíferis effugátis, sanitátem inde córporis et ánimæ consequátur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui humáno géneri panem in cibum, et vinum in potum procreásti, ut panis corpus confórtet, et vinum cor hóminis lætíficet; quique beáto Joánni prædilécto discípulo tuo tantam grátiam contulísti, ut non solum haustum venéni illæsus eváderet, sed étiam in tua virtúte venéno prostrátos a morte resuscitáret: præsta ómnibus hoc vinum bibéntibus, ut spirituálem lætítiam et vitam cónsequi mereántur ætérnam. Per Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

16

BENEDICTIO NOVÆ UVÆ
in Festo Transfigurationis Domini

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, hos fructus novos víneæ, quos tu rore cæli, et abundántia pluviárum, et témporum serenitáte atque tranquillitáte, ad maturitátem perdúcere dignátus es, et dedísti eos ad usus nostros cum gratiárum actióne percípere in nómine Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

17

BENEDICTIO HERBARUM
in Festo Assumptionis B. M. V.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, hanc creatúram florum herbarúmque: ut sit remédium salutáre humáno géneri, per invocatiónem tui sancti nóminis; et quam nobis tua lárgitas pro consolatióne tribuit, proficiat habéntibus et conservántibus in sanitátem et felicitátem córporis et ánimæ. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Propitiáre, Dómine Deus, fámulis et famulábus tuis, qui tibi fide desérviunt, et cæléstia dona sperant: et béne ✠ dic flores istos ac herbas, ut nobis ad sanitátem córporis et ánimæ proficiant. Per eum, qui nos in Cruce redémit et salvávit, Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

18

BENEDICTIO VESTIUM ET CINGULI
quæ deferuntur in honorem B. Mariæ Virginis

Pro Benedictione Vestis

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, vestem istam, in honórem et sub protectióne beatíssimæ Vírginis Maríæ suméndam: et præsta per invocatiónem sancti tui nóminis; ut, qui eam indúerit, córporis sanitátem et ánimæ tutélam percípiat. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde vestis aspergatur aqua benedicta.

Pro Benedictione Cinguli

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui ut servum redímeres, Fílium tuum per manus impiórum ligári voluísti: béne ✠ dic, quǽsumus, cíngulum istud; et præsta, ut fámulus tuus, qui (fámula tua, quæ) eo véluti sui córporis pœnitentiáli ligámine cingétur, vinculórum ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi perpétuus exsístat amátor (perpétua exsístat amátrix), tuísque semper obséquiis se alligátum (-am) esse cognóscat. Per eúndem Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Deinde cingulum aspergatur aqua benedicta.

19

BENEDICTIO LINTEAMINUM PRO INFIRMIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, qui per tactum fímbriæ vestiméntorum tuórum mulíerem fluxu sánguinis laborántem, aliósque passim infírmos sanáre dignátus es, et per sudária, et semicínctia Apóstoli tui Pauli languóres et spíritus nequam ab infírmis eádem virtúte fugásti: præsta, quæsumus; ut qui his vestiméntis, velis, et linteamínibus, quæ in tuo nómine bene ✠ dícimus, indúti vel opérti fúerint, sanitátem mentis et córporis percípere mereántur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

20

BENEDICTIO CUJUSCUMQUE MEDICINÆ

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui mirabíliter hóminem creásti, et mirabílius reformásti, qui váriis infirmitátibus, quibus detinétur humána mortálitas, multíplici remédio succúrrere dignátus es: propítius esto invocatiónibus nostris, et sanctam tuam de cælis bene ✠ dictiónem super hanc medicínam infúnde, ut ille, qui eam súmpserit (illi, qui eam súmpserint), sanitátem mentis et córporis percípere mereátur (-ántur). Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

21

BENEDICTIO PANIS ET PLACENTARUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, panis Angelórum, panis vivus, et ætérnæ vitæ: bene ✠ dícere dignáre panem istum, sicut benedixísti quinque panes in desérto: ut omnes ex eo digne gustántes, inde córporis et ánimæ desiderábilem percípiant sanitátem: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

22

BENEDICTIO CEREVISIÆ

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, creatúram istam cerevísiæ, quam ex ádipe fruménti producere dignátus es: ut sit remédium salutáre humáno géneri: et præsta per invocatiónem nóminis tui sancti, ut, quicúmque ex ea bíberint, sanitátem córporis, et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

23

BENEDICTIO CASEI ET BUTYRI

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dignáre, Dómine Deus omnípotens, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre hanc creatúram cásei (vel butýri), quam ex ádipe animálium producere dignátus es: ut, quicúmque ex pópulis tuis fidélibus de eo coméderint, omni benedictióne cæléstí, et grátia tua saturáti, repleántur in bonis. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

24

BENEDICTIO LARIDI

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, creatúram istam láridi, ut sit remédium salutáre géneri humáno: et præsta per invocatiónem tui sancti nóminis; ut, quicúmque ex eo súmpserint, córporis sanitátem et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

25

BENEDICTIO VOLUCRUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, univérsæ cónditor natúræ, qui inter céteras diversárum creatúrarum spécies, pro humáni géneris usu étiam volatílium genus ex aqua prodúcere dignátus es; de quibus Noe ex arca egrédiens holocáustum tibi plácitum óbtulit; et qui pópulo tuo ex Ægýpto edúcto per Móysen servum tuum, munda ab immúndis ségregans, ut de iis éderent, præcéptum dedísti: te súpplices rogámus, ut has mundárum ávium carnes bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris; ut, quicúmque ex iis coméderint, benedictiónis tuæ abundántia repleántur, et ad ætérnæ vitæ páscua pervenire mereántur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

26

BENEDICTIO APUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui creásti cælum et terram, et ómnia animália super ea et in eis exsisténtia, ut eis uteréntur hómines; quique jussísti per ministros sacrosánctæ Ecclésiæ céreos ex opéribus apum edúctos in templo, dum sacrum perágitur ministérium, in quo confícitur et súmitur sacrosánctum Corpus et Sanguis Jesu Christi, Fílii tui, accéndi: descéndat tua sancta benedíctio ✠ super has apes et hæc alveária; ut multíplicent, fructíficent et conservéntur ab ómnibus malis, ita ut fructus ex eis proveniéntes ad laudem tuam, Fílii et Spíritus Sancti, beatissimæque Vírginis Maríæ dispenséntur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

27

BENEDICTIO PECORUM ET JUMENTORUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus, rex cæli et terræ, Verbum Patris, per quod ómnia facta sustentatióni nostræ trádita sunt, réspice, quæsumus, humilitátem nostram: et sicut nostris labóribus et necessitátibus subventiónem tribuísti, ita tua benignissima miseratióne, ac cælésti benedictióne, hæc pécora et arménta (hoc pecus et arméntum) bene-✠

dícere, tuéri, et custodíre, ac fámulis tuis cum temporáli provéntu grátiam perpétuam largíri dignéris; ut cum gratiárum actióne nomen sanctum tuum laudétur et glorificétur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti.

℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

28

BENEDICTIO EQUORUM ET ANIMALIUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, refúgium nostrum, et virtus: adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta; ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui gloriósum beátum Antónium, váriis tentatiónibus probátum, inter mundi hujus túrbines illæsum abíre fecísti: concéde fámulis tuis; ut et præcláro ipsíus proficiámus exémplo, et a præséntis vitæ perículis ejus méritis et intercessióne liberémur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Bene ✠ dictiónem tuam, Dómine, hæc animália accípiant: qua córpore salvéntur, et ab omni malo per intercessiónem beáti Antónii liberéntur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

29

BENEDICTIO ANIMALIUM
peste vel alio morbo laborantium

Sacerdos superpelliceo et stola violacea indutus, dicat:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis.
℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.
℣. Hómines et juménta salvábis, Dómine.
℟. Quemádmodum multiplicásti misericórdiam tuam, Deus.
℣. Aperis tu manum tuam.
℟. Et imples omne ánimal benedictióne.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui labóribus hóminum étiam de mutis animálibus solátia subrogásti: súpplices te rogámus; ut, sine quibus non álitur humána condício, nostris fácias úsibus non períre. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Orémus. Oratio

Misericórdiam tuam, Dómine, súpplices exorámus: ut hæc animália, quæ gravi infirmitáte vexántur, in nómine tuo, atque tuæ bene ✠ dictiónis virtúte saneántur. Exstinguátur in eis omnis diabólica potéstas; et ne ultérius ægrótent, tu eis, Dómine, sis defénsio vitæ et remédium sanitátis. Per Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Avérte, quæsumus, Dómine, a fidélibus tuis cuncta propítius flagélla: et morbórum in animália sæviéntium depélle perníciem; ut, quos mérito plectis dévios, fóveas tua miseratióne corréctos. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

30

BENEDICTIO SALIS VEL AVENÆ
pro animalibus

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus, ómnium cónditor et conservátor, cujus in manu est ánima omnis vivéntis, et spíritus univérsæ carnis: exáudi, quæsumus, tuórum fidélium preces, et hanc creatúram salis (vel avénæ) tua bene ✠ dictióne, tuæque invisíbilis operatiónis virtúte perfúnde; ut animália, quæ necessitátibus humánis tribúere dignátus es, cum ex eo (ea) gustáverint, ab omni morbo illæsa reddántur, et a malígni spíritus incúrsu, te protegénte, custodiántur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

31

BENEDICTIO STABULI
equorum, boum aliorumve armentorum

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui Filium tuum unigénitum, Redemptórem nostrum, in stábulo nasci, et inter duo animália in præsépio reclinári voluísti: béne- ✠ dic, quæsumus, hoc stábulum, et defénde illud ab omni nequítia vel versútia diabólicæ fraudis; ut juméntis, pecóribus, ceterísque animántibus efficiátur locus sanus, et ab omni impugnatióne secúrus. Et quóniam cognóvit bos possessórem suum, et ásinus præsépe dómini sui: misericórditer tríbue fámulis tuis, quos ad imáginem tuam creásti, paulo minus ab Angelis minuísti, et sub quorum pé-

dibus subjecísti oves et boves univérsas, ínsuper et pécora campi; ne comparéntur juméntis insipiéntibus, et ne fiant sicut equus et mulus, quibus non est intelléctus; sed te solum Deum auctórem bonórum ómnium agnóscant, et in servítio tuo fidéles persevérent, quátenus de percéptis munéribus tibi grátias exhibéntes, benefícia potióra percípere mereántur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde, si tunc in stabulo congregata fuerint animalia, addere poterit Sacerdos sequentes Orationes:

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui gloriósum beátum Antónium, váriis tentatiónibus probátum, inter mundi hujus túrbines illæsum abíre fecísti: concéde fámulis tuis; ut et præcláro ipsíus proficiámus exémplo, et a præséntis vitæ periculis ejus méritis et intercessióne liberémur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Bene ✠ dictiónem tuam, Dómine, hæc animália accípiant: qua córpore salvéntur, et ab omni malo per intercessiónem beáti Antónii liberéntur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

32

BENEDICTIO VINI PRO INFIRMIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui in Cana Galilææ ex aqua vinum fecísti: bene ✠ dícere et sancti ✠ ficáre dignéris hanc creatúram vini, quam ad sustentatiónem servórum tuórum tribuísti; ut, ubicúmque fusum fúerit, vel a quólibet potátum, divína opuléntiæ tuæ bene ✠ dictióne repleátur.

Omnípotens sempitérne Deus, salus ætérna credéntium, exáudi nos pro fámulo tuo infírmo (fámula tua infírma, seu fámulis tuis infírmis) pro quo (qua, seu quibus) misericórdiæ tuæ implorámus auxílium; ut, réddita sibi sanitáte, gratiárum tibi in Ecclésia tua réferat (-ant) actiónes. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergatur vinum aqua benedicta.

33

BENEDICTIO AD OMNIA

seu ad quodcumque utile

Hæc benedictionis formula adhiberi potest a quovis Sacerdote pro omnibus rebus, quarum specialis benedictio in hoc Rituali non habetur.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, cujus verbo sanctificántur ómnia, bene ✠ dictiónem tuam effúnde super creatúram istam (creatúras istas): et præsta; ut, quisquis ea (eis) secúndum legem et voluntátem tuam cum gratiárum actióne usus fúerit, per invocatiónem sanctíssimi nóminis tui, córporis sanitátem, et ánimæ tutélam, te auctóre, percípiat. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergatur (vel aspergantur) aqua benedicta.

TITULUS III

BENEDICTIONES RESERVATÆ

CAPUT I

BENEDICTIONES AB EPISCOPO VEL ALIIS SACERDOTIBUS FACULTATEM HABENTIBUS FACIENDÆ

1

BENEDICTIO SACERDOTALIUM INDUMENTORUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui per Móysen fámulum tuum pontificália, et sacerdotália, seu levítica vestiménta, ad expléndum in conspéctu tuo ministérium eórum, ad honórem et decórem nóminis tui fíeri decrevísti: adésto propítius invocatiónibus nostris: ut hæc induménta sacerdotália (hoc induméntum sacerdotále), désuper irrigánte grátia tua, ingénti benedictióne per nostræ humilitátis servítium, puri ✠ ficáre, bene ✠ dícere, et conse ✠ cráre dignéris: ut divínis cúltibus et sacris mystériis apta et benedícta exsístant (aptum et benedictum exsístat): his quoque sacris véstibus (hac quoque sacra veste) Pontífices, et Sacerdótes, seu Levítæ tui indúti, ab ómnibus impulsiónibus, seu tentatiónibus malignórum spirituum muníti et defénsi esse mereántur: tuísque mystériis apte et condigne servíre et inhærére, atque in his tibi plácite et devóte perseveráre tríbue. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, invíctæ virtútis triumphátor, et ómnium rerum creátor ac sanctificátor: inténde propítius preces nostras; et hæc induménta (hoc induméntum) levíticæ, sacerdotális, et pontificális glóriæ, minístris tuis fruénda (-éndum), tuo ore próprio bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris: omnésque eis (eo) uténtes, tuis mystériis aptos, et tibi in eis devóte ac laudabíliter serviéntes, gratos effícere dignéris. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui vestiménta Pontifícibus, Sacerdótibus, et Levítis in usum tabernáculi fœderis necessária, Móysen fámulum tuum ágere jussísti, eúmque spíritu sapiéntiæ ad id peragéndum replevísti: hæc vestiménta (hoc vestiméntum) in usum et cultum mystérii tui bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris: atque minístros altáris tui, qui ea (id) indúerint, septifórmis Spíritus grátia dignánter repléri, atque castitátis stola, beáta fácias cum bonórum fructu óperum ministérii congruéntis immortalitáte vestíri. Per Dóminum .... in unitáte ejúsdem Spíritus. ℟. Amen.

Et aspergantur (aspergatur) aqua benedicta.

2

BENEDICTIO MAPPARUM SEU TOBALEARUM ALTARIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Exáudi, Dómine, preces nostras: et hæc linteámina (hoc linteámen), sacri Altáris úsui præparáta (-um), bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui Móysen fámulum tuum ornaménta et linteámina fácere per quadragínta dies docuísti, quæ étiam Maria téxuit, et fecit in usum minístérii tabernáculi fœderis; bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris hæc linteámina (hoc linteámen) ad tegéndum involvendúmque altáre gloriosíssimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergantur (aspergatur) aqua benedicta.

3

BENEDICTIO PALLÆ ET CORPORALIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Clementíssime Dómine, cujus inenarrábilis est virtus, cujus mystéria arcánis mirabílibus celebrántur: tríbue, quæsumus; ut hoc linteámen tuæ propitiatiónis bene ✠ dictióne sanctificétur ad consecrándum super illud Corpus et Sánguinem Dei et Dómini nostri Jesu Christi, Fílii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.
℟. Amen.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris linteámen istud ad tegéndum involvendúmque Corpus et Sánguinem Dómini nostri Jesu Christi, Fílii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Omnípotens Deus, mánibus nostris opem tuæ benedictiónis infúnde: ut per nostram bene ✠ dictiónem hoc linteámen sanctificétur, et Córporis ac Sánguinis Redemptóris nostri novum sudárium, Spíritus Sancti grátia efficiátur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

4

BENEDICTIO TABERNACULI SEU VASCULORUM
pro conservanda Ss. Eucharistia

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices deprecámur: ut tabernáculum (seu vásculum) hoc pro Córpore Filii tui, Dómini nostri Jesu Christi, in eo condéndo fabricátum, bene ✠ dictiónis tuæ grátia dicáre dignéris. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Hac formula benedicuntur: Ciborium, Monstrantia, et Pyxis parva pro infirmis.

5

BENEDICTIO OSTENSORII
pro Ss. Sacramento fidelium venerationi exponendo

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, vásculum istud, pro Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi Córpore fidélium veneratióni exponéndo fabrefáctum, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignáre: ut omnes, qui eúndem Unigénitum in hoc sæculo pio afféctu venerántur, et in futúro perpétuam pietátis suæ mercédem accípiant. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

6

SOLEMNIS BENEDICTIO CRUCIS
quæ in loco publico erecta est

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Rogámus te, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: ut dignéris bene ✠ dícere hoc signum Crucis, ut sit remédium salutáre géneri humáno; sit soliditas fídei, profféctus bonórum óperum, redémptio animárum; sit solámen, et protéctio, ac tutéla contra sæva jácula inimicórum. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine Jesu Christe, hanc Crucem, per quam eripuísti mundum a potestáte dæmonum, et superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiónem.

Hic aspergatur aqua benedicta.

Sanctificétur hoc signum Crucis in nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti; ut oránte, inclinan-

tésque se propter Dóminum ante istam Crucem, invéniant córporis et ánimæ sanitátem. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Postea Sacerdos ante Crucem genuflexus ipsam devote adorat, et osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint.

Privatim autem hæc benedictio a quolibet Sacerdote fieri potest sine ulla Ordinarii licentia.

Cruces Altarium et Processionum non sunt benedicendæ de præcepto. Possunt tamen eadem hac formula benedici, et quidem a quovis Sacerdote, sed privatim et non solemniter.

7

BENEDICTIO SOLEMNIOR CRUCIS

1 Nova Crux, seu Tabula, in qua Crucifixus est depictus, hoc modo benedicitur. Paratis thure thuribuloque cum igne, aqua benedicta, Sacerdos delegatus, superpelliceo, stola et pluviali rubri coloris indutus, stans dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine Jesu Christe, hanc Crucem, per quam eripuísti mundum a potestáte diáboli, et superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiónem: Qui cum Deo Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Rogámus te, Dómine sancte, Pater omnípotens, sempitérne Deus: ut dignéris bene ✠ dícere hoc signum Crucis, ut sit remédium salutáre géneri humáno: sit soliditas fídei, profféctus bonórum óperum, redémptio animárum: sit solámen et protéctio ac tutéla contra sæva jácula inimicórum. Per Dóminum nostrum.
℟. Amen.

2 Deinde dicit voce mediocri, extensis manibus ante pectus, Præfationem.

℣. Per ómnia sæcula sæculórum.
℟. Amen.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Sursum corda.
℟. Habémus ad Dóminum.
℣. Grátias agámus Dómino, Deo nostro.
℟. Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: cujus sanctum ac terríbile Nomen, inter céteras visíbiles creatúras, ligna quoque fructífera laudáre ac benedícere non cessant: qui in figúram unigénitæ Sapiéntiæ tuæ ligno vitæ a princípio paradísum voluptátis ornásti, ut ejúsdem fructu, sacro mystério, Protoparéntes nostri géneris mortem cavére, et vitam admonéres obtinére perpétuam: quique nos vétitæ árboris attáctu justæ morti addíctos, ejúsdem coætérnæ tibi Sapiéntiæ, Dei et Dómini nostri Jesu Christi, innóxia morte ad vitam misericórditer revocáre dignátus es: Te súpplices exorámus, ut hoc singuláre signum, quod ad exémplum primi illíus sacratíssimi vexílli, quo pretióso Fílii tui sánguine triumphásti, fidélium tuórum devotióne compáctum, erectúmque est, cælésti tua bene- ✠ dictióne sanctificáre dignéris; ut ómnibus hic génua flecténtibus, ac tuæ Majestáti supplicántibus, lárgior et cordis compúnctio, et admissórum indulgéntia concedátur, atque intercedénte ipsa victoriosíssima unigéniti Fílii tui passióne, et tibi plácita postuláre, et cítius váleant postuláta percípere. Da, quæsumus, clementíssime Pater, in quo vívimus, movémur et sumus: ut, quóties triúmphum divínæ humilitátis, quæ supérbiam nostri hostis dejécit, óculis intuémur quotiésque mente recólimus, et contra hostem ipsum fidúciam fortitúdinis, et majórem tibi devótæ humilitátis grátiam consequámur: quátenus in illo

treméndo tuæ Majestátis exámine, cum pavéntibus eleméntis, cælorúmque commótis virtútibus, signum istud glorificum redemptiónis nostræ apparúerit in cælo, ipsi de morte ad vitam transíre, ac perpétua beátæ resurrectiónis vidére gáudia mereámur.

Quod sequitur, dicitur submissa voce legendo, ita tamen, ut a circumstantibus audiri possit:

Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui beátæ Crucis patíbulum, quod prius erat sceléstis ad pœnam, convertísti redémptis ad vitam: concéde plebi tuæ, ejus vallári præsídio, cujus est armáta vexíllo. Sit ei Crux fídei fundaméntum, spei suffrágium, in advérsis defénsio, in prósperis adjuvámen: sit ei in hostes victória, in civitáte custódia, in campis protéctio, in domo fultúra: ut per eam Pastor in futúro gregem consérvet incólumem, quæ nobis, Agno ✠ vincénte, convérsa est in salútem. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Sanctí ✠ fica, Dómine Jesu Christe, signáculum istud passiónis tuæ: ut sit inimícis tuis obstáculum, et credéntibus in te perpétuum efficiátur victóriæ vexíllum: Qui cum Deo Patre vivis et regnas in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.
℟. Amen.

3 Tum offertur Sacerdoti thus in navicula, quod stans benedicit, dicens:

Orémus. Oratio

Dómine Deus omnípotens, cui assístit exércitus Angelórum cum tremóre, quorum servítium spirituále, et ígneum esse cognóscitur: dignáre respícere, bene- ✠

dícere, et sancti ✠ ficáre hanc creatúram incénsi, ut omnes languóres, omnésque infirmitátes, atque insídiæ inimíci, odórem ejus sentiéntes, effúgiant, et separéntur a plásmate tuo; ut numquam lædátur a morsu antíqui serpéntis, quod pretióso Fílii tui sánguine redemísti. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

4 Quo facto, Sacerdos imponit thus in thuribulum. Deinde aspergit Crucem aqua benedicta, et mox eam incensat. Tunc dicit adhuc stans:

Sanctificétur lignum istud in nómine Pa ✠ tris, et Fi- ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti: et benedíctio illius ligni, in quo membra sancta Salvatóris suspénsa sunt, sit in isto ligno; ut orántes inclinantésque se propter Deum ante istam Crucem, invéniant córporis et ánimæ sanitátem. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

5 Tum Sacerdos flexis ante Crucem genibus ipsam devote adorat, et osculatur. Idem faciunt quicumque voluerint.

6 Si vero Crux est ex metallo vel lapide, loco præcedentis Orationis, videlicet: Sanctificétur, etc. Sacerdos stans dicit sequentem Orationem:

Deus glóriæ, Deus excélse Sábaoth, fortíssime Emmánuel, Deus Pater veritátis, Pater sapiéntiæ, Pater beatitúdinis, Pater illuminatiónis ac vigilatiónis nostræ; qui mundum regis, qui cuncta regna dispónis, qui es bonórum collátor múnerum, et bonórum ómnium attribútor; cui omnes gentes, pópuli, tribus et linguæ sérviunt; cui assístit omnis Angelórum légio; qui largíris fámulis tuis fidem et laudem tui nóminis, ut débita tibi oblàta persólvant: cui prius fides offeréntium cómplacet, deínde sacrificátur oblátio: quæsumus exorábilem misericórdiæ tuæ pietátem, ut sancti ✠ fices tibi hoc signum Crucis, et cónse ✠ cres, quod tota mentis devotióne famulórum tuórum religiósa fides constrúxit, trophæum

scilicet victóriæ tuæ ac redemptiónis nostræ, quod in amórem Christi triumphális glória consecrávit. Aspice hoc signum Crucis insuperábile, per quod diáboli exinanita est potéstas, mortálium restitúta libértas: quæ licet fúerit aliquándo in pœnam, sed nunc versa est in honórem per grátiam, et quæ reos quondam puniébat supplício, nunc et nóxios absólvit a débito. Et tibi quid per hoc placére pótuit, nisi id, per quod tibi plácuit nos redímere? Et nullum tibi débitum ámplius munus est, quam quod tibi tunc córporis dedicávit affíxio: nec tibi est magis familiáris oblátio, quam quæ familiári mánuum tuárum extensióne sacráta est. Illis ergo mánibus hanc Crucem áccipe, quibus illam ampléxus es, et de sanctitáte illíus hanc sancti ✠ fica: et sícuti per illam mundus expiátus est a reátu, ita offeréntium famulórum tuórum ánimæ, devotíssimæ hujus crucis mérito, omni cáreant perpetráto peccáto, et tuæ veræ Crucis obtéctu enitéscant succéssibus assíduis triumphatóres. Rádiet hic unigéniti Fílii tui, Dómini nostri, splendor divinitátis in auro, émicet glória passiónis ejus in ligno: in Cruce rútilet nostræ mortis redémptio; in crystálli splendóre vitæ nostræ purificátio. Sit suórum protéctio, spei certa fidúcia; eos simul cum gente et plebe fide confírmet, spe et pace consóciet: áugeat triúmphis, amplíficet in secúndis, proficiat eis ad perpetuitátem témporis, ad vitam æternitátis, ut eos temporáli floréntes glória múniat, et ad perpétuam redémptos corónam, ad regna cæléstia poténti virtúte perdúcat. Præsta per propitiatiónem sánguinis ejus, per ipsum datórem qui seípsum dedit redemptiónem pro multis, qui se hóstiam pro delíctis offérre dignátus est, qui exaltátus in ligno Crucis suæ principátus et potestátes humiliávit, qui tecum sidéreo cónsidet throno, indissolúbili connexióne Spíritus Sancti, per infiníta sæculórum sæcula.

℟. Amen.

7 Tum Sacerdos flexis ante Crucem genibus ipsam devote adorat, et osculatur. Idem faciunt quicumque voluerint.

8

BENEDICTIO IMAGINUM SIVE STATUARUM
Jesu Christi Domini nostri, B. M. V. et aliorum sanctorum, imprimis loco publico

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnipotens sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imágines (sive effígies) sculpi, aut pingi non réprobas, ut quóties illas óculis córporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memóriæ óculis meditémur: hanc, quæsumus, imáginem (seu sculptúram) in honórem et memóriam unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi (vel beatíssimæ Vírginis Maríæ, Matris Dómini nostri Jesu Christi, vel beáti N. Apóstoli tui, vel Mártyris, vel Pontíficis, vel Confessóris, vel beátæ N. Vírginis, vel Mártyris) adaptátam bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris: et præsta; ut quicúmque coram illa unigénitum Fílium tuum (vel beatíssimam Vírginem, vel gloriósum Apóstolum, vel Mártyrem, vel Pontíficem, vel Confessórem, vel gloriósam Vírginem, vel Mártyrem) suppliciter cólere et honoráre studúerit, illíus méritis et obténtu a te grátiam in præsénti, et ætérnam glóriam obtíneat in futúrum. Per (eúndem) Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Ultimo aspergat aqua benedicta.

Si Imago Ss. Trinitatem repræsentet, omittitur: illíus méritis et obténtu.

Eadem hac formula possunt benedici Imagines non loco publico positæ a quovis Sacerdote, sed privatim tantum, et non solemniter.

9

BENEDICTIO VEXILLI PROCESSIONALIS
cujuslibet Societatis

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, cujus Ecclésia est véluti castrórum ácies ordináta: béne ✠ dic hoc vexíllum; ut omnes sub eo tibi Dómino Deo exercítuum militántes, per intercessiónem beáti N. (vel beátæ N.) inimícos suos visíbiles et invisíbiles in hoc sæculo superáre, et post victóriam in cælis triumpháre mereántur. Per te, Jesu Christe: Qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spíritu Sancto, in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

10

RITUS BENEDICENDI ET IMPONENDI PRIMARIUM LAPIDEM PRO ECCLESIA ÆDIFICANDA

1 Nulla ecclesia ædificetur sine expresso Ordinarii loci consensu scriptis dato, quem tamen Vicarius Generalis præstare nequit sine mandato speciali.

Si Sacerdos, ejus ædificationis primarium lapidem benedicendi potestatem habens ab Ordinario, ejusmodi functionem peragat, hunc ritum servabit.

2 Pridie quam primarius lapis benedicatur, ligneam Crucem in loco, ubi debet esse Altare, figat ipse, vel alius Sacerdos. Sequenti vero die lapis in ecclesiæ fundatione ponendus, qui debet esse quadratus, et angularis, benedicatur hoc modo.

3 Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, adhibitis aliquot Clericis, sal et aquam benedicit, nisi prius in promptu habeat aquam jam benedictam, ordinaria benedictione, ut supra (pag. 318), et interim, dum cantatur a Clericis Antiphona cum Psalmo sequenti, aspergit locum, ubi Crux posita est, aqua benedicta.

Ant. Signum salútis pone, Dómine Jesu Christe, in loco isto: et non permíttas introíre Angelum percutiéntem.

Psalmus 83

Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum: * concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, et caro mea * exsultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum: * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua, Dómine virtútum: * Rex meus, et Deus meus.

Beáti, qui hábitant in domo tua, Dómine: * in sæcula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir, cujus est auxílium abs te: * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum in loco, quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem: * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine, Deus virtútum, exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe, Deus Jacob.

Protéctor noster, áspice Deus: * et réspice in fáciem Christi tui:

Quia mélior est dies una in átriis tuis: * super míllia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei: * magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam, et veritátem díligit Deus: * grátiam et glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia: * Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

Glória Patri.

4 Finito Psalmo, Sacerdos versus ad locum a se aspersum, dicit:

Orémus. **Oratio**

Dómine Deus, qui licet cælo et terra non capiáris, domum tamen dignáris habére in terris, ubi nomen tuum júgiter invocétur: locum hunc, quæsumus, beátæ Mariæ semper Vírginis, et beáti (beátæ) N. (nominando Sanctum vel Sanctam, in cujus honorem ac nomen fundabitur ecclesia), **omniúmque Sanctórum intercedéntibus méritis, seréno pietátis tuæ intúitu visita, et per infusiónem grátiæ tuæ ab omni inquinaménto purífica, purificatúmque consérva; et qui dilécti tui David devotiónem in fílii sui Salomónis ópere complevísti, in hoc ópere desidéria nostra perfícere dignéris, effugiántque omnes hinc nequítiæ spirituáles. Per Dóminum nostrum.** ℟. **Amen.**

5 Postea stans benedicit primarium lapidem, dicens:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.
℣. Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes.
℟. Hic factus est in caput ánguli.

℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.
℣. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.
℟. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui es verus omnipotens Deus, splendor, et imágo ætérni Patris, et vita ætérna: qui es lapis anguláris de monte sine mánibus abscíssus, et immutábile fundaméntum: hunc lápidem collocándum in tuo nómine confírma; et tu, qui es princípium et finis, in quo princípio Deus Pater ab inítio cuncta creávit, sis, quæsumus, princípium, et increméntum, et consummátio ipsíus óperis, quod debet ad laudem et glóriam tui nóminis inchoári: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

6 Tunc aspergit lapidem ipsum aqua benedicta, et, accepto cultro, per singulas partes sculpit in eo signum crucis, dicens:

In nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.
℟. Amen.

7 Quo facto dicit:

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, creatúram istam lápidis, et præsta per invocatiónem sancti tui nóminis: ut, quicúmque ad hanc ecclésiam ædificándam pura mente auxílium déderint, córporis sanitátem, et ánimæ medélam percípiant. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

8 Postea dicantur Litaniæ ordinariæ (pag. 453) sine Orationibus in fine positis: quibus dictis, parato cæmento, et cæmentario assistente, Sacerdos inchoat, Clericis prosequentibus, Antiphonam:

Mane surgens Jacob, * erigébat lápidem in titulum: fundens óleum désuper, votum vovit Dómino: Vere locus iste sanctus est, et ego nesciébam.

Psalmus 126

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum: * ecce heréditas Dómini fílii: merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis: * ita fílii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Glória Patri.

9 Quo dicto, Sacerdos stans ponit ipsum primarium lapidem in fundamento, vel saltem illum tangit, dicens:

In fide Jesu Christi collocámus lápidem istum primárium in hoc fundaménto, in nómine Pa ✠ tris, et Fi- ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti: ut vígeat vera fides hic, et timor Dei, fratérnaque diléctio; et sit hic locus destinátus oratióni, et ad invocándum, et laudándum nomen ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

10 Interim cæmentarius aptat ipsum lapidem cum cæmento: postea Sacerdos spargit super lapidem aquam benedictam, dicens:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Deinde dicitur totus Psalmus Miserére mei, Deus (pag. 400), cum Glória Patri.

11 Quo dicto, Sacerdos spargit aquam benedictam per omnia fundamenta, si sunt aperta; si vero non sunt aperta, circuit aspergendo fundamenta ecclesiæ designata, hoc modo. Incipiens aspergere, inchoat, Clero prosequente, Antiphonam:

O quam metuéndus est locus iste! * Vere non est hic áliud, nisi domus Dei, et porta cæli.

Psalmus 86

Fundaménta ejus in móntibus sanctis: * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriósa dicta sunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylónis * sciéntium me.

Ecce, alienígenæ, et Tyrus, et pópulus Æthíopum, * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea: * et ipse fundávit eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum, et príncipum: * horum, qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium ómnium * habitátio est in te.

Glória Patri.

Ant. O quam metuéndus est locus iste! Vere non est hic áliud, nisi domus Dei, et porta cæli.

12 Interim aspergendo procedit usque ad fundamenta aperta, seu designata, et repetita Antiphona a Clero, Sacerdos stans dicit: Orémus.

Ministri: Flectámus génua. ℟. Leváte.

Sacerdos: Oratio

Omnipotens et miséricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab eis ágitur, a te fíeri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam; ut quidquid modo visitatúri sumus, vísites, et quidquid benedictúri sumus, bene ✠ dícas; sitque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingréssus. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deus, qui ex ómnium cohabitatióne Sanctórum ætérnum majestáti tuæ condis habitáculum: da ædificatióni tuæ increménta cæléstia; ut, quod te jubénte fundátur, te largiénte perficiátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

11

RITUS BENEDICENDI NOVAM ECCLESIAM SEU ORATORIUM PUBLICUM

ut ibi sanctissimum Missæ Sacrificium celebrari possit

1 Sacerdos novam ecclesiam seu oratorium publicum de licentia Ordinarii benedicturus, ut ibi divinum Missæ sacrificium rite celebretur, amictu, alba, cingulo, stola ac pluviali albi coloris indutus, aliquot Clericis adhibitis, prælata Cruce media inter duos Clericos deferentes cereos accensos, mane procedit ad primariam ecclesiæ, vel oratorii januam: ubi stans capite aperto, conversus ad eam dicat absolute Orationem:

Actiónes nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

2 Deinde inchoat, Clero prosequente, Antiphonam:

Aspérges me, * Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Et Clerus alternatim dicit Psalmum Miserére (pag. 400): in fine Glória Patri.

3 Interim circumdant exterius ecclesiam (quæ intus debet esse vacua et nuda, et pariter Altaria nuda excluso populo, donec absoluta sit benedictio), et Sacerdos accepto aspergillo ex herba hyssopi, ad ejus dexteram se convertens, parietes ecclesiæ in superiori parte, et in fundamentis aqua benedicta aspergit, dicens: Aspérges me, etc.

4 Reversi ad locum, unde Processio initium habuit, repetita Antiphona a Clero, Sacerdos stans ut prius versus ad ecclesiam, dicit: Orémus.

Ministri: Flectámus génua. ℟. Leváte.

Sacerdos: Oratio

Dómine Deus, qui licet cælo et terra non capiáris, domum tamen dignáris habére in terris, ubi nomen tuum júgiter invocétur: locum hunc, quæsumus, beátæ Maríæ semper Vírginis, et beáti N. (nominando Sanctum vel Sanctam, in cujus honorem ac nomen benedicitur ecclesia), omniúmque Sanctórum intercedéntibus méritis, seréno pietátis tuæ intúitu vísita, et per infusiónem grátiæ tuæ ab omni inquinaménto purífica, purificatúmque consérva; et qui dilécti tui David devotiónem in fílii sui Salomónis ópere complevísti, in hoc ópere desidéria nostra perfícere dignéris, effugiántque omnes hinc nequítiæ spirituáles. Per Dóminum nostrum. ℟. Amen.

5 Qua finita Oratione, omnes bini in ecclesiam intrant, et ad altare majus procedunt, Litanias ordinarias (pag. 453) decantantes.

6 Sacerdos coram altari genuflectit: cumque dictum fuerit:

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris. ℟. Te rogámus, audi nos, surgit Sacerdos, et intelligibili voce dicit:

Ut hanc ecclésiam, et altáre hoc, ad honórem tuum, et nomen Sancti tui N., purgáre, et bene ✠ dícere dignéris. ℟. Te rogámus, audi nos.

Cum dicit benedícere, manu dextera benedicit ecclesiam et altare; deinde, ut prius, genuflectit donec perficiantur Litaniæ, et cantores prosequuntur: Ut nos exaudíre dignéris, etc.

7 Dicto ultimo Kýrie, eléison, Sacerdos stans dicit: Orémus.

Ministri: Flectámus génua. ℟. Leváte.

Sacerdos: Oratio

Prævéniat nos, quæsumus, Dómine, misericórdia tua: et, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, voces nostras cleméntia tuæ propitiatiónis anticipet. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

8 Tum distans ab altari congruenti spatio genuflexus, et se signans, dicit: Deus, in adjutórium meum inténde; et statim surgit, Clero respondente: Dómine, ad adjuvándum me festína; ipse vero stans dicit: Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Chorus respondet: Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

9 Postea Sacerdos dicit: Orémus.

Ministri: Flectámus génua. ℟. Leváte.

Sacerdos: Oratio

Omnípotens et miséricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab eis ágitur, a te fíeri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam; ut quidquid modo visitatúri sumus, visites, et quidquid benedictúri sumus, bene ✠ dícas: sitque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingréssus. Per Dóminum nostrum. ℟. Amen.

10 His dictis, inchoat, Clero prosequente, Antiphonam: Bénedic, Dómine, * domum istam nómini tuo ædificátam. Et dicuntur tres Psalmi sequentes, videlicet:

Psalmus 119

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi: * et exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Glória Patri.

Psalmus 120

Levávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dómino, * qui fecit cælum et terram.

Non det in commotiónem pedem tuum: * neque dormítet qui custódit te.

Ecce, non dormitábit neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum: * ex hoc nunc, et usque in sæculum. — Glória Patri.

Psalmus 121

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis, Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas: * cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem: * et abundántia diligéntibus te:

Fiat pax in virtúte tua: * et abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, et próximos meos, * loquébar pacem de te:

Propter domum Dómini, Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Glória Patri.

Ant. **Bénedic, Dómine, domum istam nómini tuo ædificátam.**

11 Interim aspergit interius parietes in parte superiori et inferiori, inchoans aspersionem a parte Evangelii, dicens: **Aspérges me**, etc., tum ad altare reversus, dicit: **Orémus.**

Ministri: **Flectámus génua.** ℟. **Leváte.**

Sacerdos: Oratio

Deus, qui loca nómini tuo dicánda sanctíficas, effúnde super hanc oratiónis domum grátiam tuam: ut ab

ómnibus hic nomen tuum invocántibus auxílium tuæ misericórdiæ sentiátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. **Amen.**

12 His peractis, dicitur Missa de Mysterio vel Sancto, in cujus honorem ecclesia est benedicta; sed, si occurrat Officium Missas votivas solemnes pro re gravi excludens, dicitur Missa de die occurrenti, cum Commemoratione Titularis, juxta Missalis rubricas.

13 Ecclesiæ vero cathedrales, et, quantum fieri potest, ecclesiæ collegiatæ, conventuales et parœciales, quamvis a simplici Sacerdote, ut supra, sint benedictæ, solemniter tamen consecrandæ sunt.

14 Oratoria privata seu domestica nec consecrari nec benedici possunt more ecclesiarum.

12

RITUS RECONCILIANDI ECCLESIAM VIOLATAM

si nondum erat ab Episcopo consecrata

1 Violata ecclesia, non ideo cœmeterium, etsi contiguum, violatum censetur, et viceversa. Si vero cœmeterium ecclesiæ pollutæ contiguum violatum fuerit, illud una cum ecclesia reconciliatur.

Ecclesiæ benedictæ ac violatæ reconciliatio per Rectorem ejusdem, vel quemlibet Sacerdotem de consensu saltem præsumpto Rectoris, fiat hoc modo.

2 Altare ecclesiæ omnino nudetur, provideaturque, ut ecclesia possit libere circumiri tam exterius, quam interius, si fieri potest. Paretur vasculum cum aqua benedicta, et aspergillum de herba hyssopi factum. Sacerdos, indutus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, adhibitis aliquot Clericis, procedit ad primariam ecclesiæ portam, ubi stans, incipit, Clero prosequente, Antiphonam:

Aspérges me, * Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Et dicitur totus Psalmus **Miserére** (pag. 400), cum **Glória Patri.** Quo finito, repetitur Antiphona **Aspérges me.**

3 Interim dum Antiphona et Psalmus dicuntur, Sacerdos aqua benedicta aspergit in circuitu extrinsecus ecclesiam, et cœmeterium, simul aspergendo alternatim ad parietes ecclesiæ, ac ad terram cœmeterii, præsertim ad loca contaminata. Si vero cœmeterium violatum non fuerit, ejus aspersio omittitur.

Quo facto, redit ad locum, ubi incepit aspergere, et stans dicit:

Orémus. Oratio

Omnípotens et miséricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab eis ágitur, a te fíeri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam; ut, quidquid modo visitatúri sumus, vísites, et quidquid benedictúri sumus, bene ✠ dícas; sitque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingréssus. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

4 Deinde Sacerdos incipit Litanias (quæ habentur supra, pag. 323, et infra in Processione Litaniarum Majorum 453), et ingreditur Ecclesiam cum Clero, cantando eas: acceditque ante Altare majus, coram quo genuflectit; cumque dictum fuerit:

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris. ℟. Te rogámus, audi nos.

Sacerdos surgit, et clara voce dicit:

Ut hanc ecclésiam, et altáre hoc, ac cœmetérium purgáre, et reconci ✠ liáre dignéris. ℟. Te rogámus, audi nos.

5 Deinde rursus genuflectit, et Litaniæ perficiuntur. Quibus finitis, Sacerdos versus ad dictum altare, dicit: Orémus.

Ministri: Flectámus génua. ℟. Leváte.

Sacerdos: Oratio

Prævéniat nos, quæsumus, Dómine, misericórdia tua: et intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, voces nostras cleméntia tuæ propitiatiónis anticipet. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

6 Deinde Sacerdos genuflectit ante altare, et se signo crucis muniens, clara voce dicit: Deus, in adjutórium meum inténde; tum surgit, et Chorus, seu astantes Clerici respondent: Dómine, ad adjuvándum me festína; et Sacerdos stans, dicit: Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. ℟. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

7 Quo dicto, Sacerdos inchoat, Clero prosequente, Antiphonam:

Exsúrgat Deus, * et dissipéntur inimíci ejus: et fúgiant, qui odérunt eum, a fácie ejus.

Psalmus 67

In ecclésiis benedícite Deo Dómino, * de fóntibus Israel.
Repetitur Antiphona.

Ibi Bénjamin adolescéntulus, * in mentis excéssu.
Repetitur Antiphona.

Príncipes Juda, duces eórum: * príncipes Zábulon, príncipes Néphthali.
Repetitur Antiphona.

Manda, Deus, virtúti tuæ: * confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.
Repetitur Antiphona.

A templo sancto tuo in Jerúsalem, * tibi ófferent reges múnera.
Repetitur Antiphona.

Increpa feras arúndinis, congregátio taurórum in vaccis populórum: * ut exclúdant eos, qui probáti sunt argénto.
Repetitur Antiphona.

Díssipa gentes, quæ bella volunt: vénient legáti ex Ægýpto: * Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.
Repetitur Antiphona.

Regna terræ, cantáte Deo: * psállite Dómino.
Repetitur Antiphona.

Psállite Deo, qui ascéndit super cælum cæli, * ad Oriéntem.
Repetitur Antiphona.

Ecce, dabit voci suæ vocem virtútis, date glóriam Deo super Israel, * magnificéntia ejus, et virtus ejus in núbibus.
Repetitur Antiphona.

Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtútem, et fortitúdinem plebi suæ, * benedíctus Deus.

Et non dicitur Glória Patri, sed Antiphona repetitur.

8 Interim dum Antiphona et Psalmus prædicti dicuntur, Sacerdos circuit ecclesiam intrinsecus aspergendo: aspergit etiam specialiter loca contaminata. Quo facto, stans in presbyterio versus ad altare, dicit:

Deus, qui in omni loco dominatiónis tuæ clemens et benignus purificátor assístis: exáudi nos, quæsumus, et concéde; ut in pósterum inviolábilis hujus loci permáneat benedíctio, et tui múneris benefícia univérsitas fidélium, quæ súpplicat, percípere mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. **Amen.**

9 Deinde dicitur Missa de die occurrenti.

10 Simplex Sacerdos tantum de licentia Ordinarii potest ecclesiam consecratam reconciliare, et tunc utatur ritu in Pontificali præscripto: procedatque indutus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, adhibitis secum aliquot Clericis superpelliceis indutis.

In casu tamen gravis et urgentis necessitatis, si Ordinarius adiri nequeat, Rectori ecclesiæ consecratæ eandem reconciliare fas est, certiore facto postea Ordinario.

13

DE CONSECRATIONE ALTARIUM EXSECRATORUM

I

Ritus seu formula brevior consecrationis altaris immobilis

quod amisit consecrationem ob separationem, etsi momentaneam, tabulæ seu mensæ a stipite: uti in casu de quo agit Codex Juris Canonici in can. 1200, § 1.

Instaurato altari immobili, et mensa, integrum Reliquiarum sepulcrum habente, cum stipite conjuncta, Pontifex, indutus rochetto et stola alba, vel Presbyter ab Ordinario delegatus, indutus superpelliceo et stola alba, accedit versus altare, et pollice dexteræ manus Chrismate intincto inungat, ad modum crucis, conjunctiones mensæ cum stipite in quatuor angulis, quasi illas conjungens, ad singulas cruces dicens:

In nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.

Dein recitet sequentes Orationes:

Orémus. Oratio

Majestátem tuam, Dómine, humíliter implorámus, ut altáre hoc sacræ unctiónis libámine ad suscipiénda pópuli tui múnera inúnctum poténter bene ✠ dícere et sancti ✠ ficáre dignéris; ut quod nunc a nobis indígnis, sub tuis nóminis invocatióne, in honórem beatíssimæ Vírginis Maríæ, et ómnium Sanctórum, atque in memóriam sancti tui N. sacrosáncti Chrísmatis unctióne delibútum est, pláceat tibi, atque altáre máneat perpétuum; ut quidquid deínceps super illud oblátum sacratúmve fúerit, dignum tibi fiat holocáustum; atque ómnium hic offeréntium sacrifícia a te pio Dómino benígne suscipiántur, et per ea víncula peccatórum nostrórum absolvántur; máculæ deleántur; véniæ impetréntur; et grátiæ acquirántur; quátenus una cum Sanctis, et Eléctis tuis vitam percípere mereámur ætérnam. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Súpplices te deprecámur, omnípotens ætérne Deus, per unigénitum Fílium tuum, Dóminum nostrum Jesum Christum, ut altáre hoc sanctis úsibus præparátum, cæléstí bene ✠ dictióne sanctífices; et, sicut Melchísedech sacerdótis præcípui oblatiónem dignatióne mirábili sus-

cepísti, ita impósita huic novo altári múnera, semper accépta ferre dignéris; ut pópulus, qui in hanc Ecclésiæ domum sanctam convéniet, per hæc libámina cælésti sanctificatióne salvátus, animárum quoque suárum salútem perpétuam consequátur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Subinde scripto declaret ac testetur præfatum altare a se, ordinaria vel delegata auctoritate, rite consecratum, uti tale habendum esse et sub eodem titulo quo ipsum ante exsecrationem gaudebat.

II

Ritus seu formula brevior consecrationis altaris

quod amisit consecrationem: uti in casu de quo agit Codex Jur. Can. in canone 1200, § 2, nn. 1 et 2

Pontifex, indutus rochetto et stola alba, vel Presbyter ab Ordinario delegatus, indutus superpelliceo et stola alba, accedit versus altare, et loco congruenti stans, benedicit aquam cum sale, cinere et vino, incipiens absolute exorcismum salis.

Exorcízo te, creatúra salis, in nómine Dómini nostri Jesu Christi, qui Apóstolis suis ait: Vos estis sal terræ, et per Apóstolum dicit: Sermo vester semper in grátia sale sit conditus; ut sancti ✠ ficéris ad consecratiónem hujus altáris, ad expelléndas omnes dæmonum tentatiónes; et ómnibus, qui ex te súmpserint, sis ánimæ et córporis tutaméntum, sánitas, protéctio et confirmátio salútis. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde dicit:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus, Pater omnípotens, qui hanc grátiam cælitus sali tribúere dignátus es, ut ex illo possint univérsa condíri, quæ homínibus ad escam procreásti, béne ✠ dic hanc creatúram salis, ad effugándum inimícum; et ei salúbrem medicínam immítte, ut proficiat suméntibus ad ánimæ et córporis sanitátem. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tum procedit absolute ad exorcismum aquæ:

Exorcízo te, creatúra aquæ, in nómine Dei Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, ut repéllas diábolum a término justórum, ne sit in umbráculis hujus eccléſiæ et altáris. Et tu, Dómine Jesu Christe, infúnde Spíritum Sanctum in hanc ecclésiam tuam et altáre; ut proficiat ad sanitátem córporum animarúmque adorántium te, et magnificétur nomen tuum in géntibus: et incréduli corde convertántur ad te, et non hábeant álium Deum, præter te, Dóminum solum, qui ventúrus es judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

Deinde dicit:

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Deus, Pater omnípotens, statútor ómnium elementórum, qui per Jesum Christum, Fílium tuum, Dóminum nostrum, eleméntum hoc aquæ in salútem humáni géneris esse voluísti, te súpplices deprecámur, ut, exaudítis oratiónibus nostris, eam tuæ pietátis aspéctu sancti ✠ fices; atque ita ómnium spirítuum immundórum ab ea recédat incúrsio, ut ubicúmque fúerit in nómine tuo aspérsa, grátia tuæ benedictiónis advéniat, et mala ómnia, te propitiánte, procul recédant. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Tum dicit super cineres:

Benedictio cinerum

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, parce pœniténtibus, propitiáre supplicántibus, et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui bene ✠ dícat et sancti- ✠ ficet hos cíneres, ut sint remédium salúbre ómnibus, nomen sanctum tuum humíliter implorántibus, ac semetípsos pro consciéntia delictórum suórum accusántibus, ante conspéctum divínæ cleméntiæ tuæ facínora sua deplorántibus, vel serenissimam pietátem tuam supplíciter obnixéque flagitántibus; et præsta, per invocatiónem sanctíssimi nóminis tui, ut quicúmque eos super se aspérserint, pro redemptióne peccatórum suórum, córporis sanitátem et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tum accipit sal, et miscet cineri in modum crucis, dicens:

Commíxtio salis et cíneris páriter fiat. In nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.
℟. Amen.

Deinde, accipiens pugillum de mixtura salis et cinerum, mittit in aquam in modum crucis, dicens:

Commíxtio salis, cíneris et aquæ páriter fiat. In nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.
℟. Amen.

Deinde dicit super vinum:

Benedictio vini

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, qui in Cana Galilææ ex aqua vinum fecísti, quique es vitis vera, multíplica super nos misericórdiam tuam; et bene ✠ dícere et sancti- ✠ ficáre dignéris hanc creatúram vini, ut ubicúmque fusum fúerit, vel aspérsum, divínæ id benedictiónis tuæ opu-

léntia repleátur, et sanctificétur: Qui cum Patre, et Spíritu Sancto, vivis et regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde mittit in modum crucis vinum in aquam ipsam, dicens:

Commixtio vini, salis, cineris et aquæ páriter fiat. In nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnipotens sempitérne Deus, creátor et conservátor humáni géneris, et dator grátiæ spirituális, ac largítor ætérnæ salútis, emitte Spíritum Sanctum tuum super hoc vinum cum aqua, sale et cínere mixtum; ut armátum cæléstis defensióne virtútis, ad consecratiónem hujus altáris tui proficiat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Postea cum præmissa aqua benedicta facit maltam, seu cæmentum, quod benedicit, dicens:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Summe Deus, qui summa et média ímaque custódis, qui omnem creatúram intrínsecus ambiéndo conclúdis, sancti ✠ fica et béne ✠ dic has creatúras calcis et sábuli. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Cæmentum benedictum reservatur, et residuum aquæ benedictæ funditur in sacrarium.

Deinde consecrator, accedens ad altare, signat pollice dexteræ manus ex Chrismate confessionem, id est sepulcrum altaris, a quo ablatæ sunt Reliquiæ, in quatuor angulis, faciens in singulis signum crucis, et dicens, dum unamquamque crucem facit:

Conse ✠ crétur et sancti ✠ ficétur hoc sepúlcrum. In nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti. Pax huic dómui.

Deinde recondit ibi vasculum cum Reliquiis et aliis in eo inclusis veneranter, atque accipiens lapidem, seu tabulam, qua debet claudi sepulcrum, facit pollice crucem ex Chrismate subtus in medio ejus, dicens:

Consecrétur et sancti ✠ ficétur hæc tábula (vel hic lapis), per istam unctiónem et Dei benedictiónem. In nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti. Pax tibi.

Et mox, cæmento benedicto adhibito, adjuvante, si opus sit, cæmentario, ponit et coaptat tabulam, seu lapidem, super sepulcrum, claudens illud, et dicit:

Orémus. Oratio

Deus, qui ex ómnium cohabitatióne Sanctórum, ætérnum majestáti tuæ condis habitáculum, da ædificatióni tuæ increménta cæléstia: et præsta; ut quorum hic Relíquias pio amóre compléctimur, eórum semper méritis adjuvémur. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

Tunc, cæmentario adjuvante, cum eodem cæmento firmat ipsam tabulam, seu lapidem, super sepulcrum: deinde ipse facit crucem desuper ex Chrismate pollice dexteræ manus, dicens:

Signétur ✠ et sancti ✠ ficétur hoc altáre. In nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti. Pax tibi.

14

RITUS BENEDICENDI NOVUM CŒMETERIUM

per Sacerdotem ab episcopo delegatum

1 Pridie quam fiat benedictio, ponitur in medio cœmeterii benedicendi lignea Crux, alta ad staturam hominis, et ante ipsam Crucem in terra figitur paxillus tridens ligneus, altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.

2 Sequenti die mane Sacerdos, ab Ordinario delegatus, in sacristia paratur amictu, alba, cingulo, stola ac pluviali albi coloris, et, adhibitis aliquot Clericis indutis superpelliceis, qui deferant vasculum aquæ benedictæ, aspergillum, thuribulum cum incensi navicula, hunc Ritualem librum et tres candelas cereas, procedit ad cœmeterium benedicendum ante Crucem in medio positam, et affiguntur, et accenduntur tres candelæ super ligneum paxillum: tunc Sacerdos ante Crucem et candelas stans, discooperto capite, dicit:

Orémus. Oratio

Omnípotens Deus, qui es custos animárum, et tutéla salútis, fides credéntium: réspice propítius ad nostræ servitútis offícium, et ad intróitum nostrum purgétur, bene ✠ dicátur, et sancti ✠ ficétur hoc cœmetérium; ut humána córpora hic post vitæ cursum quiescéntia, in magno judícii die simul cum felícibus animábus mereántur adipísci vitæ perénnis gáudia. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

3 Mox ante ipsam Crucem omnes genibus flexis dicunt Litanias ordinarias (pag. 453), incipiente cantore, ceteris respondentibus; et cum dictum fuerit: Ut ómnibus fidélibus defúnctis, etc. ℟. Te rogámus, audi nos, Sacerdos surgit, et clara voce dicit, producens manu signum crucis:

Ut hoc cœmetérium purgáre, et bene ✠ dícere dignéris. ℟. Te rogámus, audi nos.

4 Deinde Sacerdos, ut prius, genuflectit, et Litaniæ perficiuntur.

5 Quibus finitis, surgunt omnes, et Sacerdos Crucem aspergit aqua benedicta, dicens Antiphonam:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

6 Deinde dicitur ab astantibus totus Psalmus Miserére (pag. 400), cum Glória Patri. Quo dicto repetitur Antiphona. Dum dicitur Psalmus, Sacerdos circuit, et perambulat totum cœmeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique aqua benedicta: quo facto, redit ante Crucem, et ad ipsam respiciens, dicit:

Orémus. Oratio

Deus, qui es totíus orbis cónditor, et humáni géneris redémptor, cunctarúmque creaturárum visibílium et invisibílium perféctus dispósitor: te súpplici voce, ac puro corde expóscimus; ut hoc cœmetérium, in quo famulórum, famularúmque tuárum córpora quiéscere debent, post curricula hujus vitæ labéntia, pur ✠ gáre, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris: quique remissiónem ómnium peccatórum per tuam magnam misericórdiam in te confidéntibus præstitísti, corpóribus quoque eórum in hoc cœmetério quiescéntibus, et tubam primi

Archángeli exspectántibus, consolatiónem perpétuam lárgiter impertíre. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. **Amen.**

7 Tunc figit in summitate Crucis unam ex tribus candelis ardentibus, et alias duas similiter ardentes in duobus brachiis ejusdem Crucis. Deinde incensat ipsam Crucem, et aspergens cœmeterium aqua benedicta, redit cum Ministris in sacristiam.

15

ORDO RECONCILIANDI CŒMETERIUM VIOLATUM

sive ecclesiæ contiguum sit, sive separatum, ubi ecclesia non est polluta

1 Si cœmeterium ecclesiæ pollutæ contiguum violatum fuerit, illud una cum ecclesia reconciliatur, ut supra (pag. 387) dictum est. Secus cœmeterii reconciliatio fit hoc modo.

Mane diei, qua facienda est reconciliatio, Rector cœmeterii vel quilibet Sacerdos, de consensu saltem præsumpto Rectoris, adhibitis aliquot Clericis indutis superpelliceis, in sacristia, aut alio decenti loco, vestitus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, accedit ad medium cœmeterii, Clerico vasculum aquæ benedictæ et aspergillum deferente: et ibi super tapete genuflectit una cum Ministris; et cantores, aliique omnes genibus flexis, dicunt Litanias ordinarias (pag. 453). In quibus cum dictum fuerit: Ut ómnibus fidélibus defúnctis, etc. ℟. Te rogámus, audi nos, Sacerdos surgit et manu dextera producens signum crucis super cœmeterium, clara voce dicit:

Ut hoc cœmetérium recon ✠ ciliáre, et sancti ✠ ficáre dignéris. ℟. Te rogámus, audi nos.

2 Deinde Sacerdos, ut prius, genuflectit, cantoribus Litanias perficientibus.

3 Quibus finitis, surgunt omnes, et Sacerdos, accepto aspergillo cum aqua benedicta, inchoat, Clero prosequente, Antiphonam:

Aspérges me, * Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Psalmus **Miserére mei, Deus**, pag. 400, et dicitur totus, sine **Glória Patri**. In fine repetitur Antiphona: **Aspérges me**.

4 Dum hæc dicuntur, Sacerdos circuit totum cœmeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique aqua benedicta, præsertim in loco, ubi violatio commissa est. Quo peracto, redit ad locum ubi Litaniæ dictæ fuerunt, et ibi stans dicit: **Orémus**.

Ministri: **Flectámus génua.** ℟. **Leváte.**

Sacerdos: Oratio

Dómine pie, qui agrum fíguli prétio sánguinis tui in sepultúram peregrinórum comparári voluísti: quæsumus, dignánter reminíscere clementíssimi hujus mystérii tui. Tu es enim, Dómine, fígulus noster: tu quiétis nostræ ager: tu agri hujus prétium. Tu dedísti étiam, et suscepísti. Tu de prétio tui vivífici sánguinis nos requiéscere donásti. Tu ergo, Dómine, qui es offensiónis nostræ clementíssimus indúltor, exspectantíssimus judicátor, judícii tui superabundantíssimus miserátor: judícium tuæ justíssimæ severitátis abscóndens, post miseratiónem tuæ piæ redemptiónis, adésto exaudítor et efféctor nostræ reconciliatiónis: hocque cœmetérium peregrinórum tuórum, cæléstis pátriæ incolátum exspectántium, benígnus purífica, et reconcília; et hic tumulatórum et tumulandórum córpora, de poténtia et pietáte tuæ resurrectiónis ad glóriam incorruptiónis, non damnans, sed glorificans resúscita: Qui ventúrus es judicáre vivos, et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

16

BENEDICTIO VASORUM
pro sacris Oleis includendis

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Exáudi, Dómine, Pater clementíssime, preces nostras: et hæc purificánda vasa, Ecclésiæ tuæ sacri ministérii úsui præparáta, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, a quo ómnia immúnda purgántur, et in quo ómnia purgáta claréscunt: súpplices omnipoténtiam tuam invocámus; ut ab his vasis,

quæ tibi ófferunt fámuli tui, omnis spíritus immúndus confúsus longe discédat, et per tuam bene ✠ dictiónem ad usum et ministérium Ecclésiæ tuæ sanctificáta permáneant. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

17

BENEDICTIO SACRORUM VASORUM
et aliorum ornamentorum in genere

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Exáudi, Dómine, Pater clementíssime, preces nostras: et hæc purificánda vasa et ornaménta sacri Altáris, atque Ecclésiæ tuæ sacri ministérii úsui præparáta, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, a quo ómnia immúnda purgántur, et in quo ómnia purgáta claréscunt: súpplices omnipoténtiam tuam invocámus; ut ab his vasis et ornaméntis, quæ tibi ófferunt fámuli tui, omnis spíritus immúndus confúsus longe discédat, et per tuam bene ✠ dictiónem ad usum et ministérium sancti Altáris et Ecclésiæ tuæ sanctificáta permáneant. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

18

BENEDICTIO CAPSARUM
pro Reliquiis Sanctorum includendis

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, cápsulam hanc Sanctórum tuórum Relíquiis condéndis præparátam; et præsta; ut, quicúmque eas pro mentis affléctu veneráti fúerint, ipsis Sanctis tuis intercedéntibus, ómnium delictórum suórum véniam obtíneant, et contra omnes adversitátes tuo semper muniántur auxílio. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

19

BENEDICTIO SIMPLEX NOVÆ CAMPANÆ
quæ ad usum ecclesiæ benedictæ vel oratorii inserviat

(Approbata a S. R. C. die 22 Jan. 1908)

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Psalmus 50

Miserére mei, Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim, in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim, veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes, et holocásta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri.

Psalmus 53

Deus, in nómine tuo salvum me fac: * et in virtúte tua júdica me.

Deus, exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, et fortes quæsiérunt ánimam meam: * et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim, Deus ádjuvat me: * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis: * et in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * et confitébor nómini tuo, Dómine: quóniam bonum est:

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me: * et super inimícos meos despéxit óculus meus. — Glória Patri.

Psalmus 56

Miserére mei, Deus, miserére mei: * quóniam in te confídit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, * donec tránseat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum: * Deum qui benefécit mihi.

Misit de cælo, et liberávit me: * dedit in oppróbrium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam suam, et veritátem suam, * et

erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum: dormívi conturbátus.

Fílii hóminum dentes eórum arma et sagíttæ: * et lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre super cælos, Deus: * et in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis: * et incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam: * et incidérunt in eam.

Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: * cantábo, et psalmum dicam.

Exsúrge, glória mea, exsúrge, psaltérium et cíthara: * exsúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine: * et psalmum dicam tibi in géntibus:

Quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia tua, * et usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cælos, Deus: * et super omnem terram glória tua.

Glória Patri.

Psalmus 66

Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes: * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * et métuant eum omnes fines terræ. — Glória Patri.

Psalmus 69

Deus, in adjutórium meum inténde: * Dómine, ad adjuvándum me festína.

Confundántur et revereántur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et erubéscant, * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsúltent et læténtur in te omnes qui quærunt te, * et dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus, et pauper sum: * Deus, ádjuva me.

Adjútor meus, et liberátor meus es tu: * Dómine, ne moréris.

Glória Patri.

Psalmus 85

Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me: * quóniam inops, et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: * lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, suávis, et mitis: * et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam: * et inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te: * quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis, Dómine: * et non est secúndum ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine: * et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: * tu es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, * et glorificábo nomen tuum in ætérnum:

Quia misericórdia tua magna est super me: * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam: * et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, * pátiens, et multæ misericórdiæ, et verax,

Réspice in me, et miserére mei, * da impérium tuum púero tuo: et salvum fac fílium ancíllæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, et confundántur: * quóniam tu, Dómine, adjuvísti me, et consolátus es me.

Glória Patri.

Psalmus 129

De profúndis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine: * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia; * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Glória Patri.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum.

℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui per beátum Móysen, legíferum fámulum tuum, tubas argénteas fíeri præcepísti, quibus, dum sacerdótes témpore sacrifícii clángerent, sónitu dulcédinis pópulus mónitus ad te adorándum fíeret præparátus, et ad celebrándum conveníret: præsta, quæsumus; ut hoc vásculum sanctæ tuæ Ecclésiæ præparátum, a Spíritu Sancto per nostræ humilitátis obséquium sancti-✠ ficétur, ut per illíus tactum et sónitum fidéles inviténtur ad sanctam Ecclésiam et ad prǽmium supérnum. Et cum melódia illíus áuribus insonúerit populórum, crescat in eis devótio fídei, procul pellántur omnes insidiæ inimíci, fragor grándinum, ímpetus tempestátum, temperéntur infésta tonítrua, prostérnat aéreas potestátes déxtera tuæ virtútis: ut hoc audiéntes tintinnábulum contremíscant et fúgiant ante sanctæ Crucis vexíllum in eo depíctum. Quod ipse Dóminus noster præstáre dignétur, qui absórpta morte per patíbulum Crucis regnat in glória Dei Patris cum eódem Patre et Spíritu Sancto, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Nunc Officians ponit incensum in thuribulum et benedicit: et primum aqua de more (pag. 318) antea benedicta aspergit circumeundo campanam, choro dicente:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Deinde incensat circumeundo campanam, choro dicente:

Dirigátur, Dómine, orátio mea: sicut incénsum in conspéctu tuo.

Officians prosequitur:

Orémus. Oratio

Omnípotens Dominátor, Christe, quo secúndum carnis assumptiónem dormiénte in navi, dum obórta tempéstas mare conturbásset, te prótinus excitáto et imperánte dissíluit: tu necessitátibus pópuli tui benígnus succúrre: tu hoc tintinnábulum Sancti Spíritus rore perfúnde: ut ante sónitum illíus semper fúgiat bonórum inimícus, invitétur ad fidem pópulus christiánus, hostílis terreátur exércitus, confortétur in Dómino per illud pópulus tuus convocátus, ac sicut Davídica cíthara delectátus désuper descéndat Spíritus Sanctus; atque ut Samuéle agnum lacténtem mactánte in holocáustum regis ætérni impérii, fragor aurárum turbam réppulit adversántium: ita, dum hujus vásculi sónitus transit per núbila, Ecclésiæ tuæ convéntum manus consérvet angélica, fruges credéntium, mentes et córpora salvet protéctio sempitérna. Per te, Christe Jesu, qui cum Deo Patre vivis et regnas in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. In honórem Sancti N. ℟. Amen.

Tum Officians producit super campanam benedictam signum crucis, et discedit cum Ministris.

Quod autem attinet ad ecclesias consecratas, in benedictione signi vel campanæ curandum omnino est ut ab Episcopo vel a Sacerdote Apostolicum indultum habente servetur ritus Pontificalis Romani.

20

BENEDICTIO CAMPANÆ

quæ tamen ad usum ecclesiæ vel oratorii non inserviat

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Septem Psalmi Miserére, etc., ut supra, pag. 400.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Pater noster secreto usque ad
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui rerum ómnium cursum in mundo ineffábili sapiéntia disposuísti: præsta, quæsumus; ut hoc vásculum ad actiónum sériem indicándam destinátum, tuæ bene ✠ dictiónis rore perfúndas, quo cuncta juxta órdinem fiant, et quævis inde malígni spíritus perturbátio arceátur. Per Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Nunc Officians ponit incensum in thuribulum et benedicit: et primum aqua de more (pag. 318) antea benedicta aspergit circumeundo campanam, choro dicente:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Deinde incensat circumeundo campanam, choro dicente:

Dirigátur, Dómine, orátio mea: sicut incénsum in conspéctu tuo.

Tum Officians producto super campanam signo crucis, discedit cum Ministris.

21

BENEDICTIO TELEGRAPHI

Clerus, vel a proximiori ecclesia, vel ab aliquo alio loco ad hoc parato, procedit usque ad stationem telegraphi, canendo vel recitando:

Canticum Zachariæ
(Luc. 1, 68-79)

Benedíctus Dóminus, Deus Israel, * quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ:

Et eréxit cornu salútis nobis: * in domo David, púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, Prophetárum ejus:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham, patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timore, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte, et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus: * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

Ibi Sacerdos delegatus intonat:

Ant. **Benedictus es, Dómine, * qui ponis nubem ascénsum tuum: qui ámbulas super pennas ventórum, qui facis Angelos tuos spíritus, et minístros tuos ignem uréntem.**

Postea dicitur

Psalmus 103

Bénedic, ánima mea, Dómino: * Dómine, Deus meus, magnificátus es veheménter.

Confessiónem, et decórem induísti: * amictus lúmine sicut vestiménto:

Exténdens cælum sicut pellem: * qui tegis aquis superióra ejus.

Qui ponis nubem ascénsum tuum: * qui ámbulas super pennas ventórum.

Qui facis Angelos tuos, spíritus: * et minístros tuos ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitátem suam: * non inclinábitur in sæculum sæculi.

Abýssus, sicut vestiméntum, amíctus ejus: * super montes stabunt aquæ.

Ab increpatióne tua fúgient: * a voce tonítrui tui formidábunt.

Ascéndunt montes: et descéndunt campi * in locum, quem fundásti eis.

Términum posuísti, quem non transgrediéntur: * neque converténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in convállibus: * inter médium móntium pertransíbunt aquæ.

Potábunt omnes béstiæ agri: * exspectábunt ónagri in siti sua.

Super ea vólucres cæli habitábunt: * de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de superióribus suis: * de fructu óperum tuórum satiábitur terra:

Prodúcens fœnum juméntis, * et herbam servitúti hóminum:

Ut edúcas panem de terra: * et vinum lætíficet cor hóminis:

Ut exhílaret fáciem in óleo: * et panis cor hóminis confírmet.

Saturabúntur ligna campi, et cedri Líbani, quas plantávit: * illic pásseres nidificábunt.

Heródii domus dux est eórum: * montes excélsi cervis: petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in témpora: * sol cognóvit occásum suum.

Posuísti ténebras, et facta est nox: * in ipsa pertransíbunt omnes béstiæ silvæ.

Cátuli leónum rugiéntes, ut rápiant, * et quærant a Deo escam sibi.

Ortus est sol, et congregáti sunt: * et in cubílibus suis collocabúntur.

Exíbit homo ad opus suum: * et ad operatiónem suam usque ad vésperum.

Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine! * ómnia in sapiéntia fecísti: impléta est terra possessióne tua.

Hoc mare magnum, et spatiósum mánibus: * illic reptília, quorum non est número.

Animália pusílla cum magnis: * illic naves pertransíbunt.

Draco iste, quem formásti ad illudéndum ei: * ómnia a te exspéctant ut des illis escam in témpore.

Dante te illis, cólligent: * aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitáte.

Averténte autem te fáciem, turbabúntur: * áuferes spíritum eórum, et defícient, et in púlverem suum reverténtur.

Emíttes spíritum tuum, et creabúntur: * et renovábis fáciem terræ.

Sit glória Dómini in sæculum: * lætábitur Dóminus in opéribus suis:

Qui réspicit terram, et facit

eam trémere: * qui tangit montes, et fúmigant.

Cantábo Dómino in vita mea: * psallam Deo meo, quámdiu sum.

Jucúndum sit ei elóquium meum: * ego vero delectábor in Dómino.

Defíciant peccatóres a terra, et iníqui ita ut non sint: * bénedic, ánima mea, Dómino.

Glória Patri.

Ant. Benedictus es, Dómine, qui ponis nubem ascénsum tuum: qui ámbulas super pennas ventórum, qui facis Angelos tuos spíritus, et ministros tuos ignem uréntem.

Deinde dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, qui ámbulas super pennas ventórum, et facis mirabília solus: concéde, ut, cum per vim huic metállo inditam fulmíneo ictu celérius huc abséntia, et hinc álio præséntia transmíttis; ita nos invéntis novis edócti, tua grátia opitulánte, prómptius et facílius ad te veníre valeámus. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergit telegraphum aqua benedicta.

22

BENEDICTIO SOLEMNIOR VIÆ FERREÆ ET CURRUUM

Clerus, vel a proximiori ecclesia, vel ab aliquo alio loco ad hoc parato, procedit usque ad stationem viæ ferreæ, canendo vel recitando:

Ant. In viam pacis et prosperitátis dirigat nos omnípotens et misércors Dóminus: et Angelus Ráphael comitétur nobíscum in via, ut cum pace, salúte, et gáudio revertámur ad própria.

Cant. Zachariæ Benedíctus Dóminus, Deus Israel, ut supra pag. 407.

Ibi Sacerdos delegatus, repetita Antiphona, dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus, sperántes in te.
℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére nos.
℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil proficiat inimícus in nobis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.
℣. Benedictus Dóminus die quotídie.
℟. Prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum.
℣. Vias tuas, Dómine, demónstra nobis.
℟. Et sémitas tuas édoce nos.
℣. Utinam dirigántur viæ nostræ.
℟. Ad custodiéndas justificatiónes tuas.
℣. Erunt prava in directa.
℟. Et áspera in vias planas.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.
℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, qui ómnia eleménta ad tuam glóriam, utilitatémque hóminum condidísti: dignáre, quæsumus, hanc viam férream, ejúsque instrumenta bene ✠ dícere, et benígna semper tua providéntia tuéri; ut, dum fámuli tui velóciter próperant in via, in

lege tua ambulántes, et viam mandatórum tuórum curréntes, ad cæléstem pátriam feliciter pervenire váleant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Propitiáre, Dómine Deus, supplicatiónibus nostris, et béne ✠ dic currus istos déxtera tua sancta, adjúnge ad ipsos sanctos Angelos tuos, ut omnes, qui in eis vehéntur, liberent et custódiant semper a periculis univérsis; et quemádmodum viro Æthíopi super currum suum sedénti, et sacra elóquia legénti, per Levítam tuum Philíppum fidem et grátiam contulísti: ita fámulis tuis viam salútis osténde, qui tua grátia adjúti, bonísque opéribus júgiter inténti, post omnes viæ et vitæ hujus varietátes ætérna gáudia cónsequi mereántur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergit viam et currus aqua benedicta.

Post utramque Benedictionem dicitur Te Deum, cum Oratione Deus, cujus misericórdiæ, etc., ut supra, pag. 534.

23

BENEDICTIO DEPRECATORIA

contra mures, locustas, bruchos, vermes et alia animalia nociva

Sacerdos delegatus, indutus superpelliceo et stola coloris violacei, veniat ad agros, a locustis, bruchis vel aliis animalibus noxiis vexatos, et dicat:

Ant. Exsúrge, Dómine, ádjuva nos: et libera nos propter nomen tuum.

Ps. 43 Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis.

℣. Glória Patri. Sicut erat.

Repetitur Antiphona: Exsúrge etc.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: ut, qui juste pro peccátis nostris afflígimur, et hanc múrium (vel locustárum, vel bruchórum, vel vérmium, sive aliorum animalium) persecutiónem pátimur, pro tui nóminis glória ab ea misericórditer liberémur; ut tua poténtia procul expúlsi (-æ) nulli nóceant, et campos, agrósque nostros in tranquillitáte, et quiéte dimíttant, quátenus ex eis surgéntia et orta tuæ majestáti desérviant, et nostræ necessitáti subvéniant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, ómnium bonórum remunerátor, et peccatórum máximus miserátor, in cujus nómine ómnia genuflectúntur, cæléstia, terréstria, et infernália: tua poténtia nobis peccatóribus concéde; ut, quod de tua misericórdia confísi ágimus, per tuam grátiam efficácem ejus consequámur efféctum; quátenus hos (has) pestíferos (-as) mures (vel locústas, vel bruchos, vel vermes, vel alia animalia) per nos servos tuos maledicéndo maledícas, segregándo ségreges, exterminándo extérmines; ut per tuam cleméntiam ab hac peste liberáti, gratiárum actiónes majestáti tuæ líbere referámus. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Exorcismus

Exorcízo vos, pestíferos (-as) mures (vel locústas, vel bruchos, vel vermes, vel alia animalia), per Deum ✠ Patrem omnipoténtem, per Jesum ✠ Christum, Fílium ejus únicum, per Spíritum ✠ Sanctum ab utróque procedéntem, ut confestim recedátis a campis et agris nostris, nec ámplius in eis habitétis, sed ad ea loca transeátis, in quibus némini nocére possítis: pro parte omnipoténtis

Dei, et totíus cúriæ cæléstis, et Ecclésiæ sanctæ Dei vos maledícens, ut, quocúmque iéritis, sitis maledícti, (-æ), deficiéntes de die in diem in vos ipsos (ipsas), et decrescéntes; quátenus reliquiæ de vobis nullo in loco inveniántur, nisi necessáriæ ad salútem et usum humánum. Quod præstáre dignétur, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

℟. Amen.

Postremo loca infecta aspergantur aqua benedicta.

24

BENEDICTIO HABITUS CLERICALIS

Si quis militiæ clericalis candidatus, impetrata facultate induendi ejusdem ordinis habitum, ipsum petierit a Sacerdote benedici, Sacerdos delegatus habitum clericalem, quem induendus genuflexus brachiis sustentat, hac forma benedicat:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, qui tégumen nostræ mortalitátis indúere dignátus es, obsecrámus imménsam tuæ largitátis abundántiam: ut hoc genus vestiménti, quod sancti patres ad innocéntiæ vel humilitátis indícium, deponéntes ignomíniam sæculáris hábitus, ferre sanxérunt, tu ita bene ✠ dícere dignéris, ut hi fámuli tui, qui hoc indúti fúerint (vel hic fámulus tuus, qui hoc indútus fúerit) vestiménto, te quoque indúere mereántur (-átur), et tibi agnoscántur (-átur) esse dicáti (-átus): Qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Deinde vestes seu vestem aspergat aqua benedicta.

25

BENEDICTIO MACHINÆ AD EXCITANDAM LUCEM ELECTRICAM

Clerus, a proximiori ecclesia vel ab aliquo alio loco ad hoc parato, procedit usque ad stationem machinæ benedicendæ, canendo vel recitando:

Canticum Zachariæ
(Luc. 1, 68-79)

Benedíctus Dóminus, Deus Israel, * quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ:

Et eréxit cornu salútis nobis: * in domo David, púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, Prophetárum ejus:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham, patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte, et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus: * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

Ibi Sacerdos delegatus intonat

Ant. Lux orta est * justo: rectis corde lætítia.

Psalmus 96

Dóminus regnávit, exsúltet terra: * læténtur ínsulæ multæ.

Nubes, et calígo in circúitu ejus: * justítia, et judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, * et inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, et commóta est terra.

Montes, sicut cera fluxérunt a fácie Dómini: * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli justítiam ejus: * et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adórant sculptília: * et qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus: * audívit, et lætáta est Sion.

Et exsultavérunt fíliæ Judæ, * propter judícia tua, Dómine:

Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætítia.

Lætámini, justi, in Dómino: * et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Glória Patri.

Ant. Lux orta est justo: rectis corde lætítia.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui es cónditor ómnium lúminum, béne ✠ dic hanc máchinam ad lumen excitándum nóviter cónditam: et præsta; ut ad te, qui es lux indefíciens, post hujus sæculi caliginem pervenire valeámus. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Deinde aspergit machinam aqua benedicta.

CAPUT 2

BENEDICTIONES PROPRIÆ NONNULLORUM ORDINUM REGULARIUM

Sequentes benedictiones adhiberi possunt nonnisi a Sacerdotibus habentibus specialem facultatem, quæ a Sancta Sede Apostolica medio proprii Ordinariatus expetenda est.

1

METHODUS PRO ERIGENDIS STATIONIBUS VIÆ CRUCIS

Propria Ordinis Fratrum Minorum

Sacerdos, superpelliceo et stola violacei coloris indutus, uno saltem Clerico adhibito, qui ei opportuno tempore porrigere possit vasculum aquæ benedictæ cum aspersorio, et thuribulum cum incensi navicula, ascendit Altare, ibique stans brevi sermone super præstantia et utilitate pii exercitii Viæ Crucis populum alloquitur. Deinde genuflexus in infimo gradu intonabit Hymnum: Veni, Creátor Spíritus, etc. ut supra, pag. 533.

℣. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.
℟. Et renovábis fáciem terræ.

Orémus. Oratio

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Defénde, quæsumus, Dómine, beáta Maria semper Vírgine intercedénte, istum (-am) ab omni adversitáte pópulum (vel famíliam): et toto corde tibi prostrátum (-am), ab hóstium propítius tuére cleménter insídiis.

Actiónes nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.
℟. Amen.

Benedictio tabularum pictarum si adsunt

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imágines sculpi aut pingi non réprobas, ut, quóties illas óculis córporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memóriæ óculis meditémur: has, quæsumus, imágines, in honórem et memóriam unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi adaptátas, bene✠dícere, et sancti✠ficáre dignéris; et præsta; ut, quicúmque coram illis unigénitum Fílium tuum suppliciter cólere et honoráre studúerit, illíus méritis et obténtu, a te grátiam in præsénti, et ætérnam glóriam obtíneat in futúrum. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Tunc Sacerdos eas aspergit aqua benedicta, et incensat. In Oratorio privato omitti potest incensatio.

Benedictio 14 Crucium quæ ex ligno esse debent

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Rogámus te, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: ut dignéris bene✠dícere hæc signa Crucis, ut sint remédia salutária géneri humáno; sint soliditas fídei, profféctus bonórum óperum, redémptio animárum; sint solámen, et protéctio, ac tutéla contra sæva jácula inimicórum. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine Jesu Christe, has Cruces, quia per Crucem sanctam tuam eripuísti mundum a potestáte dæmonum, et superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiónem.

Tunc Sacerdos eas aspergens aqua benedicta, dicit:

Sanctificéntur hæc signa Crucis in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti: ut oránte, inclinantésque se propter Dóminum ante istas Cruces, invéniant córporis et ánimæ sanitátem. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde, ubi fit processio, cantantur sequentes Hymni:

Hymnus

Vexílla Regis pródeunt,
Fulget Crucis mystérium,
Qua vita mortem pértulit,
Et morte vitam prótulit.

Quæ vulneráta lánceæ
Mucróne diro, críminum
Ut nos laváret sórdibus,
Manávit unda, et sánguine.

Impléta sunt, quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicéndo natiónibus:
Regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra et fúlgida,
Ornáta regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus bráchiis
Prétium pepéndit sæculi,
Statéra facta córporis,
Tulítque prædam tártari.

O Crux, ave, spes única,
Hoc passiónis témpore,
Piis adáuge grátiam,
Reísque dele crímina.

Te, fons salútis, Trínitas,
Colláudet omnis spíritus:
Quibus Crucis victóriam
Largíris, adde prǽmium.
Amen.

Loco Versus Hoc passiónis témpore, qui dicitur Tempore Passionis Tempore Paschali dicitur: Paschále quæ fers gáudium; alio tempore: In hac triúmphi glória.

Hymnus

Stabat Mater dolorósa
Juxta Crucem lacrimósa,
Dum pendébat Fílius.

Cujus ánimam geméntem,
Contristátam et doléntem,
Pertransívit gládius.

O quam tristis et afflícta
Fuit illa benedícta
Mater Unigéniti!

Quæ mærébat, et dolébat,
Pia Mater, dum vidébat,
Nati pœnas ínclyti.

Quis est homo, qui non fleret,
Matrem Christi si vidéret
In tanto supplício?

Quis non posset contristári,
Christi Matrem contemplári
Doléntem cum Fílio?

Pro peccátis suæ gentis
Vidit Jesum in torméntis,
Et flagéllis súbditum.

Vidit suum dulcem Natum
Moriéndo desolátum,
Dum emísit spíritum.

Eja Mater, fons amóris,
Me sentíre vim dolóris
Fac, ut tecum lúgeam.

Fac, ut árdeat cor meum
In amándo Christum Deum,
Ut sibi compláceam. Amen.

℣. Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi.
℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemísti mundum.

Orémus. Oratio

Deus, qui nos ínclyta passióne Fílii tui per viam Crucis ad ætérnam glóriam pervenire docuísti: concéde propítius; ut quem piis ad Calváriæ locum sociámus affléctibus, in suis étiam triúmphis pérpetim subsequámur: Qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculórum.
℟. Amen.

Sacerdos accedens ad locum primæ Stationis, osculatur Crucem et tabulam, easque, vel per se, vel per laicum decenti habitu indutum, collocat in loco ad id præparato; deinde legit meditationem et preces huic Stationi respondentes: quod et fiet in ceteris Stationibus. Quibus finitis cantatur Hymnus Te Deum, pag. 534.

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

Orémus. Oratio

Deus, cujus misericórdiæ non est número, et bonitátis infinítus est thesáurus, piissimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus: tuam semper cleméntiam exoréntes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad prǽmia futúra dispónas. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tunc Sacerdos benedicit populum cum Cruce.

Affixio autem Crucium et tabularum Stationum fieri potest a quocumque privatim sine cæremoniis, etiam alio tempore sive post sive ante ipsarum benedictionem faciendam a Sacerdote in loco, in quo Stationes sunt erigendæ.

Formula ad fidem faciendam de erectione Viæ Crucis

Vigore facultatis mihi commissæ ego N. N. Viam Crucis cum annexis Indulgentiis erexi in loco ut supra in precibus etc. juxta regulas a S. Indulgentiarum Congregatione die 10 Maji 1742 præscriptas. In quorum fidem testimonium hoc mea manu exaravi hac die etc. N. N.

2

BENEDICTIO ROSARIORUM B. M. V.

Propria Ordinis Prædicatorum

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens et misércors Deus, qui propter exímiam caritátem tuam, qua dilexísti nos, Fílium tuum unigénitum, Dóminum nostrum Jesum Christum, de cælis in terram descéndere, et de beatíssimæ Vírginis Maríæ Dóminæ nostræ útero sacratíssimo, Angelo nuntiánte, carnem suscípere, crucémque ac mortem subire, et tértia die glorióse a mórtuis resúrgere voluísti, ut nos eríperes de potestáte diáboli: obsecrámus imménsam cleméntiam tuam; ut hæc signa Rosárii, in honórem et laudem ejúsdem Genitrícis Fílii tui ab Ecclésia tua fidéli dicáta, bene ✠ dícas, et sancti ✠ fíces, eísque tantam infúndas virtútem Spíritus ✠ Sancti, ut, quicúmque horum quódlibet secum portáverit, atque in domo sua reverénter tenúerit, et in eis ad te, secúndum hujus sanctæ Societátis institúta, divina contemplándo mystéria devóte oráverit, salúbri et perseveránti devotióne abúndet, sitque consors et párticeps ómnium gratiárum, privilegiórum, et indulgentiárum, quæ eídem Societáti per sanctam Sedem Apostólicam concéssa fuérunt, ab omni hoste visíbili et

invisíbili semper et ubíque in hoc sæculo liberétur, et in éxitu suo ab ipsa beatíssima Vírgine Maria Dei Genitríce tibi plenus bonis opéribus præsentári mereátur. Per eúndem Dóminum . . . in unitáte ejúsdem Spíritus.

℟. Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

3

FORMULA BREVIOR BENEDICENDI CORONAM SACRATISSIMI ROSARII B. M. V.

Propria ejusdem Ordinis

(Approbata a S. R. C. die 23 Nov. 1918)

Ad laudem et glóriam Deíparæ Vírginis Maríæ, in memóriam mysteriórum vitæ, mortis et resurrectiónis ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, bene ✠ dicátur et sancti ✠ ficétur hæc sacratíssimi Rosárii coróna: in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

4

BENEDICTIO ROSARUM SOCIETATIS SACRATISSIMI ROSARII

Propria ejusdem Ordinis

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, creátor et conservátor géneris humáni, dator grátiæ spirituális, et largítor ætérnæ salútis, benedictióne tua sancta béne ✠ dic has rosas, quas pro grátiis tibi exsolvéndis cum devotióne ac veneratióne beátæ sempérque Vírginis Maríæ, ejúsque Rosárii, hódie tibi præsentámus et pétimus benedíci: et infúnde eis per virtútem sanctæ Cru ✠ cis benedictiónem cæléstem, qui eas ad odóris suavitátem, et repelléndas infirmitátes humáno úsui tribuísti; talémque signáculo sanctæ Cru ✠ cis benedictiónem accípiant, ut, quibuscúmque in infirmitáti-

bus appósitæ fúerint, seu qui eas in dómibus suis portáverint, ab infirmitáte saneántur: discédant diáboli, contremíscant et fúgiant pávidi cum suis minístris de habitatiónibus illis, nec ámplius tibi serviéntes inquietáre præsúmant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

5

BENEDICTIO HABITUS AC RECEPTIO CONFRATRUM B. MARIÆ VIRG. DE MONTE CARMELO

Propria Ordinis Carmelitarum Discalceatorum

Sodalitati huic nomen daturus, ipso die ad Pœnitentiæ atque Eucharistiæ Sacramenta accedat, ut plenariam Indulgentiam a Paulo V. concessam lucrari valeat.

Si fieri potest, Scapulare benedicendum est ad Altare beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, duobus cereis accensis.

Sacerdos superpelliceum induat, una cum stola albi coloris.

Genuflexo qui habitum recipit, Sacerdos stans dicat:

Ant. Suscépimus, Deus, misericórdiam tuam, in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terræ: justítia plena est déxtera tua.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Salvum (-am) fac servum tuum (ancíllam tuam).

℟. Deus meus, sperántem in te.

℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.

℟. Et de Sion tuére eum (eam).

℣. Nihil proficiat inimícus in eo (ea).

℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Suscípiat te Christus in número fidélium suórum, et nos licet indigni te suscípimus in oratiónibus nostris. Concédat tibi Deus per Unigénitum suum, mediatórem

Dei et hóminum, tempus bene vivéndi, locum bene agéndi, constántiam bene perseverándi, et ad ætérnæ vitæ hereditátem felíciter perveniéndi. Et sicut nos hódie fratérna cáritas spirituáliter jungit in terris, ita divína pietas, quæ dilectiónis est auctrix et amátrix, nos cum fidélibus suis conjúngere dignétur in cælis. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Sit nomen Dómini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Ætérne Pater et omnípotens Deus, qui Unigénitum tuum vestem nostræ mortalitátis indúere voluísti: obsecrámus imménsam tuæ largitátis bene ✠ dictiónem in hoc genus efflúere vestiménti, quod sancti Patres ad innocéntiæ et humilitátis indícium a renuntiántibus sæculo gestári sanxérunt; et sic ipsum bene ✠ dícere dignéris, ut, quicúmque eo usus fúerit, indúere mereátur ipsum Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Supplíciter te, Dómine, rogámus, ut super hunc hábitum servo tuo (ancíllæ tuæ) imponéndum bene- ✠ dictio tua benígna descéndat, ut sit bene ✠ dictus, atque divína virtúte procul pellántur hóstium nostrórum visibílium et invisibílium tela nequíssima.

℟. Amen.

Aspergat Habitum aqua benedicta, et imponendo dicat:

Accipe vir devóte (múlier devóta) hunc hábitum benedictum: precans sanctíssimam Vírginem, ut ejus mé-

ritis illum pérferas sine mácula, et te ab omni adversitáte deféndat, atque ad vitam perdúcat ætérnam.
℟. Amen.

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris: et hunc fámulum tuum, quem (hanc fámulam tuam, quam) Sodalitáti sanctæ Religiónis Carmelitárum sociámus, perpétua tribue firmitáte corroborári, ut, perseveránti propósito, in omni sanctitáte tibi váleat famulári.

Prótege, Dómine, fámulum tuum (fámulam tuam) subsídiis pacis, et beátæ Maríæ semper Vírginis patrocíniis confidéntem, a cunctis hóstibus redde secúrum (-am).

Bene ✠ dícat te Cónditor cæli et terræ, Deus omnípotens, qui te elígere dignátus est ad beatíssimæ Vírginis Maríæ de Monte Carmélo Societátem et Confraternitátem: quam precámur, ut in hora óbitus tui cónterat caput serpéntis, qui tibi est adversárius, et tandem tamquam victor (victrix) palmam, et corónam sempitérnæ hereditátis consequáris. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Si autem habitus solum sit benedicendus, incipitur a ℣. Adjutórium nostrum, usque ad Orationem Supplíciter, inclusive.

Deinde aspergat Confratrem aqua benedicta, et subjungat:

Ego auctoritáte, qua fungor, et mihi concéssa, recípio te ad Confraternitátem sacræ Religiónis Carmelitárum, et invéstio, ac partícipem te fácio ómnium bonórum spirituálium ejúsdem Ordinis. In nómine Patris, et Fílii ✠, et Spíritus Sancti. Amen.

His expletis, Sacerdos Confratrem paucis sed efficacioribus verbis adhortetur ad caute, pie, sancteque vivendum, ad onera omnia adimplenda tum generalia pro omnibus Confratribus, tum specialia pro iis, qui gaudere volunt privilegio, vulgo nuncupato „*Sabbatino*“ (circa quæ eundem sufficienter instruat), atque ad Virginem Deiparam in posterum peculiaribus devotionis obsequiis assidue colendam, eamque veluti singularem ac dulcissimam Matrem filiali et sincero affectu prosequendam.

6

FORMULA
BENEDICENDI ET IMPONENDI SCAPULARE
B. M. V. DE MONTE CARMELO

ab omnibus adhibenda Sacerdotibus facultatem habentibus adscribendi Christifideles Confraternitati ejusdem Scapularis

Persona recipienda ad Habitum genuflexa, Sacerdos superpelliceo et stola albis coloris indutus dicat:

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, humáni géneris Salvátor, hunc hábitum, quem propter tuum tuæque Genitrícis Virginis Maríæ de Monte Carmélo amórem servus tuus (ancílla tua) devóte est delatúrus (-a) déxtera tua sanctí- ✠ fica, ut eádem Genitríce tua intercedénte, ab hoste malígno defénsus (-a) in tua grátia usque ad mortem persevéret: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.
℟. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta Habitum, et postea ipsum imponat dicens:

Accipe hunc hábitum benedictum precans sanctíssimam Vírginem, ut ejus méritis illum pérferas sine mácula, et te ab omni adversitáte deféndat, atque ad vitam perdúcat ætérnam. ℟. Amen.

Deinde dicat:

Ego, ex potestáte mihi concéssa, recípio te (vos) ad participatiónem ómnium bonórum spirituálium, quæ, cooperánte misericórdia Jesu Christi, a Religiósis de Monte Carmélo peragúntur. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. ℟. Amen.

Bene ✠ dicat te (vos) Cónditor cæli et terræ, Deus omnípotens, qui te (vos) cooptáre dignátus est in Con-

fraternitátem beátæ Maríæ Vírginis de Monte Carmélo: quam exorámus, ut in hora óbitus tui (vestri) cónterat caput serpéntis antíqui, atque palmam et corónam sempitérnæ hereditátis tandem consequáris (consequámini). Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

7

BENEDICTIO ET IMPOSITIO SACRI NUMISMATIS B. M. V. IMMAC.

vulgo Médaille miraculeuse

Propria Congr. Missionis

(Approbata a S. R. C. die 19 April. 1895)

Sacerdos benedicturus sacrum Numisma immaculatæ Virginis Maríæ Conceptionis, superpelliceo et stola alba indutus, dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens et miséricors Deus, qui per multíplices immaculátæ Maríæ Vírginis apparitiónes in terris mirabília júgiter pro animárum salúte operári dignátus es: super hoc numísmatis signum, tuam bene ✠ dictiónem benígnus infúnde; ut pie hoc recoléntes ac devóte gestántes et illíus patrocínium séntiant et tuam misericórdiam consequántur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde Numisma aspergit aqua benedicta, et ipsum postea imponens dicit, si uni tantum imponatur:

Accipe sanctum Numísma, gesta fidéliter, et digna veneratióne proséquere: ut piíssima et immaculáta cælórum Dómina te prótegat atque deféndat; et pietátis suæ prodígia rénovans, quæ a Deo suppliciter postuláveris, tibi misericórditer impetret, ut vivens ac móriens in matérno ejus amplexu felíciter requiéscas. Amen.

Si vero pluribus imponatur, dicit:

Accípite sanctum Numisma, gestáte fidéliter, et digna veneratióne prosequímini: ut piíssima et immaculáta cælórum Dómina vos prótegat atque deféndat; et pietátis suæ prodigia rénovans, quæ a Deo supplíciter postulavéritis, vobis misericórditer ímpetret, ut vivéntes ac moriéntes in matérno ejus ampléxu felíciter requiescátis. Amen.

Inde prosequitur:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Regína sine labe originali concépta.
℟. Ora pro nobis.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, qui beatíssimam Vírginem Maríam matrem tuam ab orígine immaculátam innúmeris miráculis claréscere voluísti: concéde; ut ejúsdem patrocínium semper implorántes, gáudia consequámur ætérna: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

8

RITUS ERIGENDI STATIONES VIÆ MATRIS DOLOROSÆ SEU IN HONOREM SEPTEM DOLORUM B. M. V.

Proprius Ordinis Servorum B. M. V.

(Approbatus a S. R. C. die 10 Martii 1883)

Sacerdos, superpelliceo et stola violacei coloris indutus, comitantibus Clericis, vel aliis Ministris, cum vasculo aquæ benedictæ, et aspersorio, necnon thuribulo ac navicula incensi, ascendit Altare, ibique, habito ad populum brevi sermone super excellentia et utilitate pii exercitii Viæ Matris Dolorosæ, genuflexus in infimo gradu intonat Hymnum Veni, Creátor Spíritus, quem chorus prosequitur, ut infra, pag. 533.

Hymno finito, dicitur:

℣. Emitte Spíritum tuum et creabúntur.
℟. Et renovábis fáciem terræ.

Orémus. Oratio

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Defénde, quæsumus, Dómine, beáta María semper Vírgine intercedénte, istum (-am) ab omni adversitáte pópulum (vel civitátem, vel famíliam) et toto corde tibi prostrátum (-am) ab hóstium propítius tuére cleménter insídiis.

Actiónes nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio, a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde fit benedictio tabularum pictarum seu imaginum Stationum.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui sanctórum tuórum imágines sculpi aut pingi non réprobas, ut, quóties illas óculis córporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memóriæ óculis meditémur: has, quæsumus, imágines in honórem et memóriam perdoléntis Virginis Deiparæ adaptátas bene ✠ dícere et sancti-✠ ficáre dignéris: et præsta; ut, quicúmque coram illis dolóres, quos beáta Virgo María in vita, passióne, et morte unigéniti Fílii sui Dómini nostri Jesu Christi sustínuit, recólere et venerári studúerit, illíus méritis et intercessióne a te grátiam in præsénti, et ætérnam glóriam obtíneat in futúrum. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Mox Sacerdos ponit incensum in thuribulo, illud benedicens; quo facto, accepto aspersorio, aspergit imagines seu tabulas dicens Antiphonam:

Aspérges me, Dómine, hyssópo et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Deinde accepto thuribulo, eas thurificat nihil dicens. In Oratorio privato omitti potest incensatio.

Completa benedictione imaginum seu tabularum, Sacerdos, præcedentibus Clericis cum Cruce et duobus intorticiis vel candelis accensis, processionaliter pergit ad locum primæ Stationis, deosculatur primam tabulam, et vel per se vel per Clericum collocat eam in loco præparato; deinde legit meditationem et preces huic Stationi respondentes. Idem ritus servabitur in collocatione reliquarum Stationum. Quibus collocatis, pergit ad aram vel ante imaginem perdolentis Virginis Mariæ, interim decantans Hymnum sequentem:

Hymnus Stabat Mater dolorósa, ut supra, pag. 418.

℣. Ora pro nobis, Virgo dolorosíssima.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus. Oratio

Deus, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetiam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis et Matris Maríæ dolóris gládius pertransívit: concéde propítius; ut, qui dolórum ejus memóriam recólimus, passiónis tuæ efféctum felícem consequámur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde cantatur Hymnus Te Deum laudámus, vide pag. 534, cum ℣. Benedicámus, etc., ℟. Laudémus, etc., Oratio Deus, cujus misericórdiæ, etc.

Demum Sacerdos genuflexus ter invocet patrocinium Dolorosæ Matris dicens:

Virgo dolorosíssima, ora pro nobis, populo idem respondente; postea ascendit altare, et conversus ad populum, illum benedicit, dicens:

Nos cum prole pia, benedícat dolorósa Virgo María.

9

BENEDICTIO ET IMPOSITIO CHORDÆ IN HONOREM S. FRANCISCI ASSISIENSIS

Propria Ord. Minorum Conventualium

Sacerdos indutus superpelliceo ac stola alba, dicat:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Ora pro nobis, beáte Pater Francisce.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui, ut servum redímeres, Filium tuum per manus impiórum ligári voluísti: béne ✠ dic, quæsumus, funem istum, et præsta; ut fámulus tuus, qui (fámula tua, quæ) eo velut ligámine pœnitentiáli sui córporis cingétur, vinculórum ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi memor exsístat, et in órdine, quem assúmpsit, perénniter persevéret, tuísque cum affóctu semper obséquiis se alligátum (-am) esse cognóscat. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui ómnibus peccatóribus, quæréntibus véniam et misericórdiam, quæsíta et optáta misericórditer tribuísti: orámus imménsam cleméntiam tuam; ut has chordas (hanc chordam) bene- ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris; ut, quicúmque iis (ea) pro peccátis suis cincti fúerint (cinctus fúerit), et cleméntiam tuam imploráverint (imploráverit), méritis et intercessióne beatissimi servi tui Francísci, véniam et indulgéntiam suórum peccatórum, fructúmque tuæ sanctæ misericórdiæ consequántur (consequátur). Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta; mox Sacerdos cingendo postulantem chorda, dicat:

Accipe chordam super lumbos tuos: ut sint lumbi tui præcincti in signum castitátis. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. ℟. Amen.

10
BENEDICTIO AQUÆ
IN HONOREM S. IGNATII CONFESSORIS

Propria Societatis Jesu

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, qui benedictiónis tuæ grátiam ægris infundéndo corpóribus, factúram tuam multíplici pietáte custódis, ad invocatiónem nóminis tui benígnus assíste, ut intercedénte beáto Ignátio Confessóre tuo, fámulos tuos ab ægritúdine liberátos et sanitáte donátos, déxtera tua érigas, virtúte confírmes, potestáte tueáris atque Ecclésiæ tuæ sanctæ cum omni prosperitáte restítuas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Immergitur in aquam numisma seu Reliquiarium sancti Ignatii, et immersum tenetur usque ad finem sequentis Orationis.

Béne ✠ dic, Dómine, hanc aquam, ut sit remédium salutáre géneri humáno, et per intercessiónem beáti Ignátii, cujus numísma (vel reliquiæ) in eam immérgitur (immergúntur), præsta; ut, quicúmque ex ea súmpserint, córporis sanitátem et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Educitur ex aqua numisma seu Reliquiarium.

Orémus. Oratio

Deus, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti: concéde; ut ejus auxílio et imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cælis. Per Dóminum. ℟. Amen.

11

FORMULA BENEDICTIONIS PAPALIS CUM INDULGENTIA PLENARIA

in fine contionum

(Approbata a S. R. C. die 11 Maji 1911)

Si in Brevi edicitur, ut Benedictio cum indulgentia plenaria in fine contionum a Sacerdote populo impertiatur cum Crucifixo, juxta ritum formulamque præscriptam, fiat unicum signum crucis cum Crucifixo, adhibita formula:

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper.
℟. Amen.

12

RITUS ABSOLUTIONIS GENERALIS ET BENEDICTIONIS PAPALIS

ex Apostolicæ Sedis indulto pro regularibus Ordinibus et Tertiariis ad eos pertinentibus

In Absolutione generali pro Regularibus cujuscumque Ordinis, atque in Benedictione cum indulgentia plenaria pro Tertiariis sæcularibus adhibeantur omnino duæ insequentes formulæ:

I **Formula Absolutionis generalis pro Regularibus** cujuscumque Ordinis hoc privilegio fruentibus.

Sacerdos, superpelliceo et stola violacea indutus, dicit:

Ant. Ne reminiscáris, Dómine, delícta nostra vel paréntum nostrórum, neque vindíctam sumas de peccátis nostris.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, cui próprium est, miseréri semper et párcere, súscipe deprecatiónem nostram, ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

Exáudi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis, ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus et pacem.

Ineffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Completis precibus, ab uno ex astantibus dicitur Confíteor, addito nomine Sancti proprii Fundatoris.

Deinde Sacerdos dicit: Misereátur vestri, etc., Indulgéntiam, absolutiónem, etc.

Postea subjungit:

Dóminus noster Jesus Christus per mérita suæ sacratíssimæ passiónis vos absólvat, et grátiam suam vobis infúndat. Et ego auctoritáte ipsíus, et beatórum Apostolórum Petri et Pauli, et Summórum Pontíficum Ordini nostro ac vobis concéssa, et mihi in hac parte commíssa, absólvo vos ab omni vínculo excommunicatiónis, suspensiónis et interdícti, si quod forte incurrístis, et restítuo vos unióni, et participatióni fidélium, necnon sacrosánctis Ecclésiæ sacraméntis. Item eádem auctoritáte absólvo vos ab omni transgressióne votórum et régulæ, constitutiónum, ordinatiónum et admonitiónum majórum nostrórum, ab ómnibus pœniténtiis oblítis, seu étiam negléctis, concédens vobis remissiónem et indulgéntiam ómnium peccatórum, quibus contra Deum et próximum fragilitáte humána, ignorántia, vel malítia deliquístis, ac de quibus jam conféssi estis: In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

II Formula Benedictionis cum indulgentia plenaria pro Tertiariis sæcularibus

ceterisque omnibus communicationem privilegiorum et gratiarum cum iisdem, vel cum Regularibus cujuscumque Ordinis habentibus

Sacerdos, superpelliceo et stola violacea indutus, dicit:

Ant. Intret orátio mea in conspéctu tuo, Dómine; inclína aurem tuam ad preces nostras; parce, Dómine, parce pópulo tuo, quem redemísti sánguine tuo pretióso, ne in ætérnum irascáris nobis.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus, sperántes in te.
℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil proficiat inimícus in nobis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, cui próprium est, miseréri semper et párcere, súscipe deprecatiónem nostram, ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

Exáudi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgéntiam tribuas benígnus et pacem.

Ineffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, eripias.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice, et flagélla tuæ iracúndiæ; quæ pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Dicto deinde Confíteor, etc., Misereátur, etc., Indulgéntiam, etc. Sacerdos prosequitur:

Dóminus noster Jesus Christus, qui beáto Petro Apóstolo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, ille vos absólvat ab omni vínculo delictórum, ut habeátis vitam ætérnam et vivátis in sæcula sæculórum. Amen.

Per sacratíssimam passiónem et mortem Dómini nostri Jesu Christi, précibus et méritis beatíssimæ semper Vírginis Maríæ, beatórum Apostolórum Petri et Pauli, beáti Patris nostri N. et ómnium Sanctórum, auctoritáte a Summis Pontifícibus mihi commíssa, plenáriam indulgéntiam ómnium peccatórum vestrórum vobis impértior. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

* Si hæc indulgentia immediate post sacramentalem absolutionem impertiatur, reliquis omissis, Sacerdos absolute incipiat a verbis: Dóminus noster Jesus Christus, etc., et ita prosequatur usque ad finem, plurali tantum numero in singularem immutato.

** Si autem adjuncta vetent, post sacramentalem absolutionem omnia a verbis: Dóminus noster Jesus Christus, etc., usque ad finem recitare, Sacerdos, reliquis omnibus omissis, tantum dicat:

Auctoritáte a Summis Pontifícibus mihi concéssa, plenáriam ómnium peccatórum tuórum indulgéntiam tibi impértior. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

13

BENEDICTIO PUERORUM ET PUELLARUM in Festis piæ Unionis a Sancta Infantia nuncupatæ

Sacerdos ex Apostolico indulto delegatus dicat:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Quæsumus, omnípotens Deus, púeris istis, pro quibus tuam deprecámur cleméntiam, bene ✠ dícere dignáre: et per virtútem Sancti Spíritus corda eórum corróbora, vitam sanctífica, castimóniam prómove, sensus eórum bonis opéribus únice inténtos custódi, próspera tríbue, pacem concéde, salútem confer, caritátem largíre, et ab ómnibus diabólicis atque humánis insídiis tua protectióne et virtúte semper defénde; ut, te miseránte, paradísi réquiem tandem felíciter assequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, qui párvulos tibi oblátos et ad te veniéntes complectebáris (hic ponat manus super capita puerorum), manúsque super illos impónens, eis benedicébas, dicens: Sínite párvulos veníre ad me, et nolíte prohibére eos: tálium est enim regnum cælórum, et Angeli eórum semper vident fáciem Patris mei; réspice, quæsumus, ad puerórum et puellárum præséntium devotiónem, et benedíctio tua copiósa super illos descéndat, ut in tua grátia et caritáte proficiant, te sápiant, te díligant, te tímeant, mandáta tua custódiant, et ad exoptátum finem pervéniant, per te, Salvátor mundi, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, custódiat atque dírigat vos, et máneat semper vobíscum.

℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

SACRA PŒNITENTIARIA APOSTOLICA
(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

De facultatibus indulgentias piis operibus aut devotionis objectis adnectendi deque analogis quibusdam indultis, tantum directe a Sacra Pœnitentiaria in posterum concedendis

Consilium suum persequens rei sacrarum Indulgentiarum reformandæ, cohærenter cum jam latis identidem hunc in finem postremis hisce temporibus similibus dispositionibus, Sacra Pœnitentiaria Apostolica, quo melius ordinentur facultates Indulgentias adnectendi piis quibusdam operibus aut devotionis objectis et alia quædam analoga indulta, quibus sacerdotes sæpe sæpius donari postulant, de expresso mandato Ssmi Domini Nostri, sequentia statuit ac decernit:

Concessiones omnes et singulæ, piis fidelium associationibus cujuscumque nominis vel naturæ, etsi forte sacerdotibus tantum constantibus, quovis loco aut tempore seu modo vel titulo hucusque factæ, largiendi privatis sacerdotibus facultates et indulta quæ sequuntur, nempe benedicendi devotionis objecta eisque Indulgentias Apostolicas aut Sanctæ Birgittæ, ut ajunt, adnectendi — benedicendi coronas easque (quamque pro suo modo) Indulgentiis ditandi — benedicendi crucifixos ad lucrandas indulgentias pio Viæ Crucis exercitio pro legitime impeditis adnexas necnon ad plenariam in mortis articulo Indulgentiam acquirendam — impertiendi benedictionem papalem in fine contionum — concedendi indultum, quod dicunt, altaris privilegiati personalis, præsenti Decreto revocantur, abrogantur atque omnino abolentur ita ut ab hujus ipsius Decreti evulgationis die omni prorsus vi careant omnique efficacia destituantur.

Qui, igitur, sacerdotes hac vel illa ex supra recensitis facultatibus aut hoc vel illo ex supra memoratis indultis posthac augeri cupiant, nonnisi directe atque immediate

a Sacra Pœnitentiaria desideratam gratiam se obtinere posse sciant, oblatis toties quoties peculiaribus proprii Ordinarii ad rem litteris commendatitiis.

Quod vero ad privilegia attinet quibusdam Ordinibus vel Congregationibus religiosis concessa benedicendi coronas easque ditandi Indulgentiis — adnectendi crucifixis Indulgentias Viæ Crucis, in aliquibus rerum adjunctis etiam absque stationum percursu lucrifaciendas — stationes Viæ Crucis erigendi, hæc ipsis manent, ea tamen lege ut in posterum membra eorundem Ordinum vel Congregationum uti eisdem valeant tantum personaliter, non autem ita ut ea concedere quoque possint aliis sacerdotibus ad eosdem Ordines vel Congregationes non pertinentibus: hi enim omnes facultates, usui talium privilegiorum necessarias, tantummodo a Sacra Pœnitentiaria, modo superius indicato, obtinere poterunt.

Contrariis quibuscumque etiam peculiari atque individua mentione dignis non obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus Sacræ Pœnitentiariæ,
die 20 Martii 1933

L. † S. L. Card. Lauri, Pœnitentiarius Major
J. Teodori, Secretarius

PARS TERTIA

DE PROCESSIONIBUS

Dedit ei sacerdos sancti-
ficatum panem. I. Reg. 21.
David et omnis domus Is-
rahl ducebant. II. Reg. 6.

DE PROCESSIONIBUS

REGULÆ GENERALES

Publicæ, sacræque Processiones, seu Supplicationes, quibus ex antiquissimo Sanctorum Patrum instituto catholica Ecclesia vel ad excitandam fidelium pietatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, vel ad divinum auxilium implorandum uti consuevit, qua par est religione celebrari debent: continent enim magna ac divina mysteria, et salutares christianæ pietatis fructus eas pie exsequentes a Deo consequuntur: de quibus fideles præmonere et erudire, quo tempore magis opportunum sit, Parochorum officium est.

2 Videant in primis Sacerdotes, aliique ecclesiastici ordinis, ut in his Processionibus ea modestia ac reverentia tum ab ipsis, tum ab aliis adhibeatur, quæ piis et religiosis hujusmodi actionibus maxime debetur.

3 Omnes decenti habitu, superpelliceis, vel aliis sacris vestibus, sine galeris, nisi pluvia cogente, induti, graviter, modeste ac devote bini suo loco procedentes, sacris precibus ita sint intenti, ut, remoto risu, mutuoque colloquio, et vago oculorum aspectu, populum etiam ad pie, devoteque precandum invitent.

4 Laici a Clericis, feminæ a viris separatæ, orantes prosequantur.

5 Præferatur Crux, et, ubi viget consuetudo, vexillum sacris imaginibus insignitum, non tamen factum militari seu triangulari forma.

6 Edendi ac bibendi abusum, secumve esculenta et poculenta deferendi in sacris Processionibus, agrisque lustrandis, et suburbanis ecclesiis visitandis, tollere Parochi studeant; ac fideles, præsertim die Dominica, quæ proxime Rogationes antecedit, quantum hæc dedeceat corruptela, sæpius admoneant.

7 Processiones prius fieri debent, deinde Missa solemniter celebrari: nisi aliter ob gravem causam interdum Ordinario vel Clero videatur.

8 Processiones autem quædam sunt ordinariæ, quæ fiunt certis diebus per annum, ut in Festo Purificationis beatæ Mariæ Virginis, et in Dominica Palmarum, et in Litaniis majoribus in Festo S. Marci Evangelistæ, et in minoribus triduo Rogationum ante Ascensionem Domini, et in Festo Ssmi Corporis Christi, vel aliis diebus pro consuetudine Ecclesiarum.

9 Quædam vero sunt extraordinariæ, ut quæ aliis publicis de causis in alios dies indicuntur.

10 Processio in die Festo Purificationis beatæ Mariæ Virginis et in Dominica Palmarum fit, prout in Missali.

TITULUS I
PROCESSIONES ORDINARIÆ

CAPUT 1
DE PROCESSIONE ET QUIBUSDAM ALIIS RITIBUS FERIÆ V IN CŒNA DOMINI

Cum in nostris regionibus Feria VI Paraceves et Sabbato sancto Ss. Sacramentum in Sepulcro, quod dicunt, fidelibus adorandum exponatur, Celebrans Feria V in Missa solemni non duas tantum, ut Missale præscribit, sed tres majores Hostias consecrare debet, quarum unam in Missa Feria V sumit, alteram pro Missa Præsanctificatorum sequentis diei, tertiam pro depositione in Sepulcro sacro reservat. Hostias reservandas Celebrans, sumpto in Missa solemni hujus diei Ss. Sanguine, ante ablutionem digitorum in alio Calice ponit, quem Diaconus (vel eo deficiente, ipse Celebrans), Palla et Patena cooperit, desuper velum Calicis sericum album expandit, et ad cautelam vita serica albi coloris ligat et firmat, ac in medio Altaris collocat. Paratus debet esse locus aptus, sive in aliqua Capella Ecclesiæ, sive in Altari quodam laterali, qui locus decenter, quoad fieri potest ornetur cum velis albis et luminibus, ubi Calix cum Hostiis, ut supra, reservatis reponatur. Ubi neque in Capella, neque super Altari laterali locus aptus parari potest pro asservatione Hostiarum, eas in aliquo tabernaculo vel nitido armariolo exsistente in Sacristia asservare licet.

2 Finita itaque Missa solemni, instituitur Processio cum utraque Hostia in Calice recondita ad prædictum locum, ritu in Missali hac ipsa Feria præscripto. Dum fit Processio cantatur Hymnus **Pange, lingua, gloriósi, etc.**, ut infra in Processione Festi Corporis Christi habetur, et facta repositione, Processio regreditur in Chorum, ubi statim Vesperæ recitantur.

3 Recitatis Vesperis, Celebrans, vel alius Sacerdos, alba, respective superpelliceo et stola albi coloris indutus, præcedentibus duobus acolythis cum luminibus, pyxidem cum Particulis consecratis velo humerali coopertam ex Altari Ss. Sacramenti defert ad locum, ubi Calix est reconditus, vel ad locum paratum in Sacristia, ibique recondit in tabernaculo vel armariolo, coram quo dehinc lampas jugiter ardere debet. Tabernaculum vero Altaris Ss. Sacramenti tum hodie, quam crastino die, quo Ecclesia de sponsi ablatione luget, omnino apertum sit ac pateat.

4 Demum denudantur Altaria, prout in Missali habetur, ita, ut in Altari nihil remaneat nisi Crux et candelabra cum candelis exstinctis.

5 Si locus non esset satis tutus, ubi Calix reconditur, sacer Calix circa vesperam in tabernaculum solitum deferri, et mane Feria VI ad Sacellum seu respectivum locum referri poterit.

6 Hac Feria laudabiliter et faciliter lavantur Altaria, mundantur calices cum patenis, pyxides, monstrantiæ et alia vasa sacra. Ad olea sancta in vasculis bene mundatis recipienda, Parochus virum fidum et probatum, nequaquam mulierem mittat.

CAPUT 2

FERIA VI IN PARASCEVE DE PROCESSIONE, QUÆ FIT ANTE MISSAM PRÆSANCTIFICATORUM

1 Circa finem adorationis Crucis accenduntur candelæ super Altare, Diaconus, si adsit, secus ipse Officians accipiens bursam corporalium, extendit corporale more solito in medio Altaris et juxta illud ponit purificatorium; eodemque tempore transfertur Missale ad cornu Evangelii, et finita adoratione, crucem reverenter accipit, et reportat ad Altare. Similiter amovetur et tapete cum pulvinari super eo posito.

2 Tunc ordinatur Processio ad locum, ubi pridie Sacramentum repositum fuerat. Præcedit Subdiaconus cum Cruce inter duos acolythos deferentes candelabra cum cereis accensis, et Clerus per ordinem, ultimus Sacerdos cum ministris.

3 Cum perventum fuerit ad locum Sacramenti, accenduntur intorticia, quæ non exstinguuntur, nisi reposito demum Ss. Sacramento in Sepulcro: et Sacerdos genuflexus ante Sacramentum, orat aliquantulum: Diaconus interim aperit tabernaculum, in quo reconditum est Corpus Domini, extrahit Calicem cum Sacramento, et ponit super Altare; postea Sacerdos surgens, absque benedictione imponit incensum in duobus thuribulis, Diacono naviculam ministrante, et genuflexus incensat Sacramentum: tum Diaconus dat Calicem ad manus Sacerdotis, et tegit extremitatibus veli, quod humeros illius circumdat, et procedunt ordine quo venerunt: defertur baldachinum super Sacramentum, Diaconis cum thuribulis Sacramentum continuo incensantibus.

4 Interim cantatur Hymnus **Vexílla regis pródeunt,** vide pag. 418.

5 Cum venerit Sacerdos ad Altare, posito super illud Calice genuflexus rursum incensat, et prosequitur reliqua ut in Missali Romano, et infra.

CAPUT 3

PROCESSIO PRO DEPONENDO SS. CORPORE CHRISTI IN SEPULCRO

1 Die Parasceves et Sabbato sancto ex laudabili et antiquissima consuetudine in Ecclesiis Slovacchiæ Sepulcrum Domini imaginario modo repræsentari, et Sanctissimum Corpus Domini in hoc Sepulcro fidelibus adorandum exponi solet. Paretur igitur tempestive hunc in finem aliqua Ecclesiæ Capella, vel Altare laterale vel alius locus ita situs, ut aditus ad

Altare majus omnino pateat, et functionibus Parasceves et Sabbati sancti nullum evadat impedimentum. Potest autem ornari locus hic floribus, velis — non tamen in immediata vicinia sanctissimi Sacramenti nigri coloris, item statua sepulturam Domini repræsentante, ac pro posse multis luminaribus, neque tamen ex artificio ita collocatis, ut ipsa sanctissima Hostia e parte posteriori illuminata atque exinde lucida appareat, quod indecens et vetitum est. Ante Sepulcri thronum, in quo Ssma Eucharistia exponitur, ad minimum sex cerei continuo ardeant. Bene item fenestræ Altari Expositionis vicinæ claudi aut cooperiri poterunt, ad fovendam fidelium in oratione recollectionem.

2 Finita, in Missa Præsanctificatorum Communione, et sumpta Ssma Particula de Calice, Sacerdos, antequam digitos abluat, Hostiam alteram consecratam, ex hesterno die reservatam de Calice in Ostensorium ponit, quod mox velo albo tegit; nunc in medio Altaris manibus junctis dicit: **Quod ore súmpsimus, etc.**, deinde accepto Calice ut alias, vinum et aquam ad ablutionem infundi jubet, absque tamen: **Corpus tuum, Dómine, etc.**, quod nunc prætermittitur, atque ablutionem sumit et Calicem extergit.

3 His finitis Celebrans, facta in medio Altaris genuflexione, una cum ministris sacris descendit ad latus Epistolæ in planum, hic Casulam et Manipulum deponit, atque Pluviale nigri coloris assumit, deinde cum illis ad medium Altaris procedit, ibique facta prius genuflexione utroque genu, imponit absque benedictione incensum in duobus thuribulis, et cum altero eorum genuflexus Sanctissimum velatum ter incensat, ac sumpto velo albi coloris super humeros, ascendit ad Altare, et accipiens Ostensorium in manibus, extremitatibus sui veli illud cooperit, ac eadem ratione ut pridie factum, sub baldachinum descendit, et ad locum Sepulcri Processionem instituit, sub qua Chorus concinit Responsorium **Ecce, quómodo móritur justus, etc.** aut aliam cantilenam de Passione Domini lingua vernacula.

4 Cum pervenerint ad Sepulcrum, Sacerdos Ostensorium discooperit, ad destinatum locum supposito Corporali collocat, triplici ductu incensat, ac dein dicere poterit:

℣. In pace factus est locus ejus.
℟. Et in Sion habitátio ejus.

Orémus. Oratio

Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis, ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Aut vero Oratio:

Réspice, quæsumus, Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et Crucis subíre torméntum. Sub silentio: Qui tecum vivit, etc.

5 Quo facto Processio regreditur, dein in ecclesia, ubi adest obligatio Chori, dicuntur Vesperæ, tandem habetur Concio.

6 Prope Sepulcrum sternatur pannus violacei vel nigri coloris, ac eidem pulvinar, ejusdem coloris, pulvinari vero imago Crucifixi imponatur, quam populus pie exosculetur.

7 Parochus providebit, ut semper sint aliqui fideles, qui preces suas fundant coram Sanctissimo in Sepulcro exposito. Quodsi id assequi non valeat, Sanctissimum solum expositum non relinquat, sed potius adoratoribus deficientibus e Sepulcro eximat, et tabernaculo includat, a meridie Sacramentum denuo, absque ulteriori cæremonia expositurus.

8 Sub vesperum Parasceves, hora, pro ratione locorum et temporis, sexta aut septima, Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus, ad Sepulcrum pergit, et postquam paululum adoraverit, imposito sine benedictione thure in thuribulo, Sanctissimum ter incensat, dein Ostensorium de loco, seu throno suo accipit, velo humerali obtegit, neque cum eo benedictionem impertiens, illud sine incenso vel alia solemnitate, præcedentibus tantum duobus acolythis cum candelis accensis (sine crepitaculis), reverenter defert et reponit in loco, ubi pyxis recondita est, aut securitatis gratia in ipso tabernaculo, quod more solito claudit. Dehinc Sanctissimum Sacramentum sequenti die, eodem simplici modo in Sepulcrum reportetur, vel primo jam mane, (siquidem Sepulcrum in separata Ecclesiæ Capella situm sit) vel completis demum sacris functionibus Sabbati sancti.

CAPUT 4

ORDO IN SACRATISSIMA NOCTE RESURRECTIONIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI SERVANDUS

1 Hora statuta vespertina, et ubi Clerus ac populus convenerit, eatur processionaliter ad sacrum Sepulcrum, præcedentibus qui vexilla, cereos ac thuribulum deferunt. Cum ad Sepulcrum perventum fuerit, omnibus in genua procumbentibus Officians intonat:



Et prosequitur Chorus:





2 Postea cantatur, vel legendo dicitur:

Psalmus 138



Intellexísti cogitatiónes meas de longe: * sémitam meam, et funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti: * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognovísti ómnia novíssima, et antíqua: * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: * confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * et quo a fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu illic es: * si descéndero in infernum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris:

Etenim illuc manus tua dedúcet me: * et tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me: * et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur a te, et nox sicut dies illuminábitur: * sicut ténebræ ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos: * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es: * mirabília ópera tua, et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occúlto: * et substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, et in libro tuo omnes scribéntur: * dies formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus: * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur: * exsurréxi, et adhuc sum tecum.

Si occíderis, Deus, peccatóres: * viri sánguinum, declináte a me:

Quia dícitis in cogitatióne: * Accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam? * et super inimícos tuos tabescébam?

Perfécto ódio óderam illos: * et inimíci facti sunt mihi.

Proba me, Deus, et scito cor meum: * intérroga me, et cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est: * et deduc me in via ætérna.

Glória Patri.

3 Finito Psalmo Officians imponit incensum in thuribulum, et incensat Sanctissimum. Deinde Diaconus oblongum ac decens velum circumponit scapulis Officiantis; qui, manibus velo ante pectus pendente obvolutis, Ostensorium a Diacono sibi porrectum reverenter suscipit, et Sacramentum ante faciem tenens, vertit se ad populum, atque intonat:

Re - sur - ré - xi, *

Et Chorus prosequitur:

Et adhuc te-cum sum, al-le - lú - ja. Po - su - i - sti

su-per me ma-num tu-am, al-le-lú-ja. Mi-rá-bi-lis



fac-ta est sci-én-ti-a tu-a, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja,

al-le-lú-ja.

4 Et interim dum hoc cantatur, procedunt ad Altare majus. Quo ubi perventum fuerit et chorus cantum absolverit, officians versa ad populum facie, Sacramentum in manu ferens, incipit:

Pax vo-bis: e-go sum, al-le-lú-ja.

Chorus respondet:



No-lí-te ti-mé-re, al-le-lú-ja.

5 Et eadem verba bis adhuc repetit Officians, semper altius elevando vocem, et Chorus simili tono respondet.

6 Tum alta voce inchoat Officians cantum paschalem lingua vernacula:

Slavice:



Pán Je-žiš Kri-stus vstal z mŕt-vych.

Germanice:

Er-stan-den ist Herr Je-sus Christ.

Hungarice:

Fel-tá-madt Krisz-tus ez na-pon.

Cantoribus prosequentibus.

7 Fitque Processio extra Ecclesiam, si tempus admittat; secus in Ecclesia.

8 Circa finem Processionis Cantores inchoant Hymnum **Te Deum laudámus.** Sub cujus decantatione perveniens ad Altare Sacerdos, Venerabile Sacramentum decenter ad illud deponit. Si vero solemnitas absolvatur solum in Ecclesia, Officians, intonato cantu paschali in lingua populi, Sanctissimum collocat in throno tabernaculi, illud de more incensat, dein in plano stans exspectat finem cantus populi, quo absoluto intonat Hymnum **Te Deum laudámus,** quem Chorus prosequitur.

9 Hymno completo Chorus decantat Antiphonam **Regína cæli, lætáre,** etc. Qua finita dicitur:

℣. **Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.**[1]

℟. **Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.**

℣. **Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúja.**

℟. **Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.**

℣. **Gaude et lætáre, Virgo Maria, allelúja.**

℟. **Quia surréxit Dóminus vere, allelúja.**

℣. **Panem de cælo præstitísti eis, allelúja.**

℟. **Omne delectaméntum in se habéntem, allelúja.**

℣. **Dómine, exáudi oratiónem meam.**

℟. **Et clamor meus ad te véniat.**

℣. **Dóminus vobíscum.**

℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio

Deus, cujus misericórdiæ non est número, et bonitátis infinítus est thesáurus: piissimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas.

[1] Non additur Allelúja Tempore Paschali S.R.C. 3 Junii 1893 in Lincien.

Deus, qui hodiérna die, per Unigénitum tuum, ætérnitátis nobis aditum devícta morte reserásti: vota nostra, quæ præveniéndo aspíras, étiam adjuvándo prosequere.

Deus, qui per resurrectiónem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es: præsta, quæsumus; ut per ejus Genitrícem Vírginem Maríam perpétuæ capiámus gáudia vitæ.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue, quæsumus, ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

10 Tunc Officiator imponit incensum et, Ssmo incensato, illud more consueto ad manus reverenter sumens vertit se ad populum et intonat: Tantum ergo Sacraméntum. Choro reliquum versiculi prosequente; quo finito iterum intonat: Genitóri Genitóque, qua stropha per Chorum (usque ad Amen inclusive) decantata, dat benedictionem cum Sanctissimo nihil dicens: deponit dein ad Altare Venerabile Sacramentum, genuflectit, et descendens in planum, illud flexis genibus more solito incensat, ac demum in tabernaculum reverenter reponit.

11 Finita demum solemnitate, Sacerdos, superpelliceo ac stola albi coloris indutus, et velum humerale sumens, Ssmam Eucharistiam in Sacristia (aut alio loco) pro infirmis reservatam, sine incenso, vel alia solemnitate, præcedentibus tantum duobus Acolythis cum cereis accensis, refert ad consuetum tabernaculum, ibique includit.

CAPUT 5

ORDO SERVANDUS IN LITANIARUM MAJORUM PROCESSIONE,

quæ die Festo S. Marci celebratur, quo et segetes benedicuntur

1 Clerus et populus, hora statuta mane in ecclesia congregati, omnes contrito et humili corde Deum flexis genibus paulisper precentur. Sacerdos pluviali cum ministris, vel saltem superpelliceo, et stola violacei coloris sit indutus, cujus coloris habitu in reliquis Processionibus semper utatur; præterquam in Processionibus Corporis Christi, et quæ fiunt solemnibus diebus, vel in gratiarum actionem; quibus utitur colore propriæ solemnitati congruenti. Ceteri vero Sacerdotes, et Clerici superpelliceis induti, sequentem Antiphonam stantes concinant:

2 Ant.

VII



Rep. Exáudi nos.

Quo finito, Officians dicat:

℣. Propítius esto peccátis nostris Dómine.

℟. Propter nomen tuum.

Orémus. Oratio

Parce Dómine, parce pópulo tuo, ut dignis flagellatiónibus castigátus, in tua semper miseratióne respíret. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

3 Deinde genuflectant omnes, et duo Clerici ante Altare majus genuflexi devote Litanias cantare incipiant, ceteris eadem voce repetentibus. Cum autem cantatum erit, Sancta María, ora pro nobis, surgunt omnes, et ordinatim procedunt, egredientes ad locum, in quo segetes benedici debent, Litaniasque prosequentes, præcedente Cruce, et sequente Clero, ultimo loco Sacerdos paratus, ut supra dictum est, cum ministris, prout res, vel locus postulat, sacris vestibus indutis.

4 Si Processio sit longior, repetantur Litaniæ usque ad versum: Ut fructus terræ dare etc. exclusive.

5 Ubi vero ad Segetes perventum fuerit, mox omnibus genuflectentibus, resumuntur Litaniæ, et juxta Rectoris Chori discretionem abbreviando decantantur; et tunc Sacerdos fruges benedicens, ter dicat Versum: Ut fructus terræ dare et conser ✠ váre dignéris. Te rogámus, audi nos. Choro eundem ter repetente.

6 LITANIÆ

(Cantus Gregorianus habetur pag. 323.)

Kýrie, eléison.
Christe, eléison.
Kýrie, eléison.
Christe, audi nos.
Christe, exáudi nos.
Pater de cælis, Deus, miserére nobis.
Fili, Redémptor mundi, Deus, miserére nobis.
Spíritus Sancte, Deus, miserére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miserére nobis.
Sancta María ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora pro nobis.
Omnes sancti Angeli et Archángeli, oráte pro nobis.
Omnes sancti beatórum Spirítuum órdines, oráte.
Sancte Joánnes Baptísta, ora pro nobis.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.

Sancte Simon, ora pro nobis.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Matthía, ora
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Laurénti, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancti Fabiáne et Sebastiáne, oráte.
Sancti Joánnes et Paule, oráte.
Sancti Cosma et Damiáne, oráte.
Sancti Gervási et Protási, oráte.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte.
Omnes sancti Doctóres, oráte.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francísce, ora.
Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, oráte.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.
Sancta Maria Magdaléna, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.
Propítius esto, parce nobis, Dómine.
Propítius esto, exáudi nos, Dómine.
Ab omni malo, líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto, líbera nos, Dómine.
Ab ira tua, líbera.
A subitánea et improvísa morte, líbera.
Ab insídiis diáboli, líbera.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte, líbera.
A spíritu fornicatiónis, líbera.
A fúlgure et tempestáte, líbera.
A flagéllo terræmótus, líbera.
A peste, fame et bello, líbera.
A morte perpétua, líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per advéntum tuum, líbera.
Per nativitátem tuam, líbera.
Per baptísmum et sanctum jejúnium tuum, líbera.
Per crucem et passiónem tuam líbera.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera.
Per sanctam resurrectiónem tuam, líbera.

Per admirábilem ascensiónem tuam, líbera.
Per advéntum Spíritus Sancti Paráclíti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres,
te rogámus, audi nos.
Ut nobis parcas,
te rogámus, audi nos.
Ut nobis indúlgeas,
te rogámus, audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris,
te rogámus, audi nos.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et conserváre digné-ris, te rogámus, audi nos.
Ut Domnum Apostólicum et omnes ecclesiásticos órdines in sancta religióne conserváre dignéris,
te rogámus, audi nos.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre digéris,
te rogámus, audi nos.
Ut régibus et princípibus christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris,
te rogámus, audi nos.
Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unitátem largíri dignéris,
te rogámus, audi nos.
Ut omnes errántes ad unitátem Ecclésiæ revocáre, et infidéles univérsos ad Evangélii lumen perdúcere dignéris, te rogámus.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre dignéris,
te rogámus.
Ut mentes nostras ad cæléstia desidéria érigas,
te rogámus, audi nos.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas,
te rogámus, audi nos.
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum et benefactórum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias,
te rogámus, audi nos.
Ut fructus terræ dare et conserváre dignéris,[1]
te rogámus, audi nos.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris,
te rogámus, audi nos.
Ut nos exaudíre dignéris,
te rogámus.
Fili Dei, te rogámus.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.
Christe, audi nos.
Christe, exáudi nos.
Kýrie, eléison.
Christe, eléison.
Kýrie, eléison.

℣ Pater noster secreto usque ad
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

[1] Hunc versum Sacerdos fruges benedicens ter repetat.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Pietátem tuam, quæsumus omnípotens Deus, ut has primítias creatúræ tuæ, quas áëris et plúviæ temperaménto nutríre dignátus es, bene ✠ dictiónis tuæ imbre perfúndas; et fructus terræ usque ad maturitátem perdúcas. Tríbuas quoque pópulo tuo, de tuis munéribus tibi semper grátias ágere, ut a fertilitáte terræ, esuriéntium ánimas bonis affluéntibus répleas, et egénus, et pauper laudent nomen glóriæ. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

8 Postea versa facie ad Orientem, et præmisso versu

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo, cantatur:

I

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum.
℟. Glória tibi, Dómine.

Matth. 6, 24-33

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Nemo potest duóbus dóminis servíre: aut enim unum ódio habébit, et álterum díliget: aut unum sustinébit, et álterum contémnet. Non potéstis Deo servíre et mammónæ. Ideo dico vobis, ne sollíciti sitis ánimæ vestræ, quid manducétis, neque córpori vestro, quid induámini. Nonne ánima plus est quam esca: et corpus plus quam vestiméntum? Respícite volatília cæli, quóniam non serunt, neque metunt, neque cóngregant in hórrea: et Pater vester cæléstis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cógitans potest adjícere ad statúram suam cúbitum unum? Et de vestiménto quid sollíciti estis? Consideráte lília agri, quómodo crescunt: non labórant neque nent. Dico autem vobis, quóniam nec Sálomon in omni glória sua coopértus est sicut unum ex istis. Si autem fœnum agri quod hódie est et cras

in clibanum míttitur, Deus sic vestit: quanto magis vos módicæ fídei? Nolite ergo solliciti esse, dicéntes: Quid manducábimus aut quid bibémus aut quo operiémur? Hæc enim ómnia gentes inquírunt. Scit enim Pater vester, quia his ómnibus indigétis. Quærite ergo primum regnum Dei et justítiam ejus: et hæc ómnia adjiciéntur vobis.

Finito Evangelio, cantetur:





Et repetitur Versus: * Et vidimus . . . et veritátis.

Et repetitur Versus: ** Plenum grátiæ et veritátis.

Deinde Sacerdos dicit Orationem.

Orémus. Oratio

Béne ✠ dic, Dómine, hanc creatúram ségetum, ut sit remédium salutáre humáno géneri: et præsta per intercessiónem nóminis tui gloriósi, ut quicúmque ex ea súmpserint, sanitátem mentis et córporis, animæque tutélam percípiant. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

9 Hinc Evangelium, quod sequitur, cantetur versa facie ad meridiem.

II

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Marcum.

℟. Glória tibi, Dómine.

Marc. 16, 14-20

In illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus, et exprobrávit incredulitátem eórum et durítiam cordis; quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et dixit eis: Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui crediderit, et baptizátus fúerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequéntur: In nómine meo dæmónia ejícient: linguis loquéntur novis: serpéntes tollent: et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit: super ægros manus impónent, et bene habébunt. Et Dóminus quidem Jesus, postquam locútus est eis, assúmptus est in cælum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profécti, prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte, et sermónem confirmánte, sequéntibus signis.



℟. I-te in u-ni-vér-sum or-bem, et præ-di-cá-te





Et repetitur: * Qui crediderit . . . allelúja.

Et repetitur: ** Allelúja . . . allelúja.

Orémus. Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, árbiter throni, qui molem terræ ex níhilo pendéntem gubérnas, et ad usum humáni géneris, corporísque sustentatiónem, agros opéribus excólere jussísti: misericórdiam tuam súpplices exorámus, ut quidquid in hos agros salúbriter seminátum atque plantátum est, aspéctu tuæ cleméntiæ prospícias, et áëris tempériem misericórditer moderári dignéris: ut resecáto, atque absórpto ómnium tribulórum, spinarúmque squalóre, efficiátur fœcúndum, et ad maturitátem perféctam tríbuas pervenire: ut nos fámuli tui, licet indígni, úberem tuórum donórum fructum cum gratiárum actióne percipiéntes, débitas, atque acceptábiles sancto nómini tuo laudes referre mereámur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

10 Tandem Evangelium subsequens cantetur versa ad Occidentem facie.

III

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam.
℟. Glória tibi, Dómine.

Luc. 11, 10-13

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Pétite, et dábitur vobis; quærite, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis. Omnis enim, qui petit, áccipit; et qui quærit, invenit; et pulsánti aperiétur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: numquid lápidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpéntem dabit illi? Aut si petíerit ovum: numquid pórriget illi scorpiónem? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare fíliis vestris: quanto magis Pater vester de cælo dabit spíritum bonum peténtibus se?





om-nes tu-um ju-vá-men, qui-cúm-que cé-le-brant

tu-am sanctam comme-mo-ra-ti-ó-nem.

Et repetitur: * Quia ex te . . . noster.

Gló-ri-a Pa-tri, et Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i Sancto.

Et repetitur: ** Christus Deus noster.

Orémus. Oratio

Te Dómine pétimus et rogámus, ut hos fructus séminum, tuis óculis serénis, hilarique vultu aspícere dignéris. Sicut enim testátus es per fámulum tuum Móysen fíliis Israel, ut egréssi e terra Ægýpti in terram, quam eis datúrus eras, primítias frúctuum suórum offérrent Sacerdótibus benedicéndas: sic nos orámus auxílium misericórdiæ tuæ super has ségetes, ut non grando eas succídat, non turbo subvértat, non vis tempestátis detrúncet, non áëris serénitas exæstuet, et inundátio pluviárum non extérminet; sed incólumes conservándo, pro usu animárum et córporum hóminum, ad plenissimam maturitátem perdúcere dignéris. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

11 Postremo hoc Evangelium versus Septentrionalem partem cantetur.

IV

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
☩ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Marcum.
℟. Glória tibi, Dómine.

Marc. 11, 22-26

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Habéte fidem Dei. Amen, dico vobis, quia, quicúmque díxerit huic

monti: Tóllere et mittere in mare, et non hæsitáverit in corde suo, sed crediderit, quia, quodcúmque dixerit, fiat, fiet ei. Proptérea dico vobis: Omnia quæcúmque oántes pétitis, crédite quia accipiétis, et evénient vobis. Et cum stábitis ad orándum, dimíttite, si quid habétis advérsus áliquem: ut et Pater vester, qui in cælis est, dimíttat vobis peccáta vestra. Quod si vos non dimiséritis: nec Pater vester, qui in cælis est, dimíttet vobis peccáta vestra.





Orémus. Oratio

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, quæsumus, emítte sanctos Angelos tuos, ut deféndant ségetes nostras a vérmibus, ab ávibus, et locústis: ut magnificétur nomen tuum, Deus, in omni loco. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

12 Subjungatur Oratio pro Vinearum benedictione, ubi sunt Vineta:

Orémus. Oratio

Deus, qui spirituális Víneæ tuæ toto terrárum orbe pálmites extendísti: móntium nostrórum cultúram ad boni óperis fructum próvehe; his quoque Víneis bene ✠ dictiónis tuæ rorem infúnde, et a cunctis prótege infestatiónibus, augéque frúctuum eárum largitátem. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, qui cælum, et terram, mare, et ómnia creásti: te súpplices exorámus; ut fructum hunc terrénum bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre, et multiplicáre dignéris. Répleas nostra cellária, sive habitácula, plenitúdine fruménti et vini: ut, lætántes in eis, referámus tibi laudes et grátias. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, descéndat super hanc creatúram ségetum, et máneat semper. ℟. Amen.

℣. Benedicámus Dómino, allelúja, allelúja, allelúja.
℟. Deo grátias, allelúja, allelúja, allelúja.

13 Et aspergit Sacerdos segetes versus omnes quatuor mundi partes aqua benedicta, ac thurificat.

14 Mox revertitur Processio, concinens in via Litanias ad hoc consuetas, Choro inchoante:

Aufer a nobis, Dómine, cunctas iniquitátes nostras, ut mereámur puris méntibus introíre ad Sancta Sanctórum.

Respondet Clerus:

Exáudi, exáudi, exáudi, Dómine, preces nostras.

15 Et præcinentes immediate addunt ex Litaniis de Ssmo Nomine Jesu:

Pater de cælis, Deus, miserére nobis.

Respondetur:

Miserére, miserére, miserére pópulo tuo, quem redemísti, Christe, Sánguine tuo; ne in ætérnum irascáris nobis. Exáudi, exáudi, exáudi, Dómine, preces nostras.

16 Et hoc ipsum respondebitur ad singulos Versus Litaniarum harum, in reversione Processionis ad Ecclesiam.

17 Loco Litaniarum de Ssmo Nomine Jesu, pro consuetudine locorum possunt cantari prosæ, aut aliæ Cantiones, a fideli populo in regressu Processionum cantari solitæ, et ab Ordinario approbatæ.

18 Ubi prope Ecclesiam perventum fuerit, Cantores inchoant Hymnum Te Deum laudámus, pag. 334. Quo in ipsa Ecclesia completo, immediate decantatur Antiphona Regína cæli, lætáre etc. Atque illa etiam finita, dicitur:

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Gaude et lætáre, Virgo Maria, allelúja.

℟. Quia surréxit Dóminus vere, allelúja.

Orémus. Oratio

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimæ Majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad prǽmia futúra dispónas.

Deus, qui per Resurrectiónem Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi, mundum lætificáre dignátus es: præsta, quæsumus; ut per ejus Genitrícem, Vírginem Maríam, perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum.

℟. Amen.

CAPUT 6

ORDO SERVANDUS IN PROCESSIONIBUS LITANIARUM MINORUM

Triduo Rogationum

1 In Litaniis Minoribus Rogationum ipsa Processio eodem ritu et incipit, et tota instituitur completurque, quo illa Litaniarum Majorum in Festo S. Marci, eo excepto, quod in via non ad agros pro benedictione segetum, sed ad aliquam Ecclesiam, vel in ejus defectu, ad Crucem aut Statuam aliquam sit, pro persolvendis Suffragiis, divertendum.

2 Si ad Ecclesiam divertatur, terminatis ibi ex toto Litaniis, Officians statim inchoat Sacrum, (si habendum sit), eoque, aut etiam Exhortatione (si quæ fiet) completis, hic infra posita cantantur, vel recitantur Suffragia.

3 Si autem Processio, ex defectu Ecclesiæ alterius, ad aliquam Crucem aut Statuam instituatur, tunc prius Sacrum celebratur; dein Sacerdos, deposita casula et alba, superpelliceo, stola et pluviali violacei coloris induitur, accedit ad Altare, et inchoat Processionem cum Ant. Exáudi, ut supra dictum est. Quod ubi ad Crucem vel Statuam perventum fuerit, terminantur Litaniæ, et sequentia Suffragia decantantur.

I De Patrono aut Titulo

illius Ecclesiæ, ad quam divertit Processio, per Antiphonam, Versum et Orationem correspondentem ut in Vesperis in Brevario.

℣ Si primum hoc Suffragium debuerit esse unum e subsequentibus, tum illud suo loco non iteratur.

II De Resurrectione

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúja.
℟. Et appáruit Simóni, allelúja.

Orémus. Oratio

Deus, qui solemnitáte Pascháli mundo remédia contulísti: pópulum tuum, quæsumus, cælésti dono proséquere; ut et perféctam libertátem cónsequi mereátur, et ad vitam proficiat sempitérnam.

III De die ipsarum Rogationum







℣. Mane nobíscum, Dómine, allelúja.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúja.

Orémus. Oratio

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus, contra advérsa ómnia tua semper protectióne muniámur.

IV De sancta Cruce





℣. Dícite in natiónibus, allelúja.
℟. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúja.

Orémus. Oratio

Deus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis, ut resurrectiónis grátiam consequámur.

V De B. Maria Virgine

VI

Re-gi-na cæ-li, læ-tá-re, al-le-lú-ja. Qui-a

quem me-ru-í-sti por-tá-re, al-le-lú-ja: Re-sur-ré-

xit, sic-ut di-xit, al-le-lú-ja, O-ra pro no-bis De-um,



al-le-lú-ja.

℣. Gaude et lætáre, Virgo María, allelúja.
℟. Quia surréxit Dóminus vere, allelúja.

Orémus. Oratio

Deus, qui per resurrectiónem Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi, mundum lætificáre dignátus es: præsta, quæsumus; ut, per ejus Genitrícem Vírginem Maríam, perpétuæ capiámus gáudia vitæ.

VI De sanctis Apostolis Petro et Paulo

II

Ful-gé-bunt ju-sti sic-ut sol in regno Pa-tris

e-ó-rum, al-le-lú-ja.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum, allelúja.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum, allelúja.

Orémus. Oratio

Deus, cujus déxtera beátum Petrum, ambulántem in flúctibus, ne mergerétur, eréxit, et coapóstolum ejus Paulum, tértio, naufragántem, de profúndo pélagi liberávit: exáudi nos propítius, et concéde; ut ambórum méritis ætérnitátis glóriam consequámur.

VII De Ss. Cyrillo et Methodio Ep. et Conf.



℣. Amávit eos Dóminus, et ornávit eos, allelúja.
℟. Stolam glóriæ índuit eos, allelúja.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ad unitátem fídei christiánæ per beátos Cyrillum et Methódium Confessóres tuos atque Pontífices misericórditer vocáre dignátus es: præsta, quæsumus; ut, qui præsénti eórum Commemoratione mérito lætámur, ipsórum piis précibus ad glóriam pervenire mereámur ætérnam.

VIII De omnibus Sanctis



est, al-le-lú-ja: et in æ-tér-num ré-qui-es e-ó-rum,

al-le-lú-ja.

℣. Gaudéte, justi, in Dómino, allelúja.
℟. Rectos decet collaudátio, allelúja.

Orémus. Oratio

Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum commemoratióne lætíficas: eórum, quæsumus, précibus et méritis, fac nos ætérnæ salvatiónis præsídiis muníri, et concéde; ut eórum beátæ societáti mereámur conjúngi.

IX Pro peccatis

Ne re-mi-ni-scá-ris, Dó-mi-ne, de-líc-ta nostra



vel pa-rén-tum no-stró-rum neque vin-dic-tam su-mas

de pec-cá-tis.

℣. Propítius esto peccátis nostris, Dómine.
℟. Propter nomen tuum.

Orémus. Oratio

Exáudi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus, et pacem.

X Pro Papa



℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificábo ecclésiam meam.

Orémus. Oratio

Deus, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum N., quem Pastórem Ecclésiæ tuæ præésse voluisti, propítius réspice: da ei, quæsumus, verbo et exémplo, quibus præest, proficere; ut ad vitam, una cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam.

XI Contra paganos et hæreticos



pro no-bis, ni-si tu, De-us no-ster.

℣. Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus.
℟. Et fúgiant, qui odérunt eum, a fácie ejus.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, in cujus manu sunt ómnium potestátes, et ómnium jura regnórum: réspice in auxilium Christianórum; ut gentes paganórum et hæreticórum, quæ in sua feritáte et fraude confídunt, déxteræ tuæ poténtia conterántur.

XII Pro pluvia

Dó-mi-ne Rex, De-us Ab-ra-ham, do-na no-bis

plú-vi-am su-per fá-ci-em ter-ræ: ut sci-at pó-pu-lus

i-ste, qui-a tu es Dó-mi-nus, De-us no-ster.

℣. Rigans montes de superióribus suis.
℟. Et de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

Orémus. Oratio

Deus, in quo vívimus, movémur, et sumus: plúviam nobis tribue congruéntem; ut præséntibus auxíliis sufficiénter adjúti, sempitérna fiduciálius appetámus.

XIII Pro serenitate



℣. Emitte manum tuam de alto.
℟. Et libera nos de aquis multis.

Orémus. Oratio

Ad te nos, Dómine, clamántes exáudi: et áëris serenitátem nobis tríbue supplicántibus; ut, qui juste pro peccátis nostris afflígimur, misericórdia tua præveniénte cleméntiam sentiámus.

XIV Pro pace



℣. Fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.

Orémus. Oratio

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

4 His finitis, Chorus, pro reversione Processionis intonant: Aufer a nobis, Dómine, cunctas iniquitátes nostras, etc.

5 Fiuntque abhinc usque ad finem omnia, ut in Litaniarum Majorum Processione in Festo S. Marci Evang. pag. 463.

6 Tertia autem die appropinquantes Ecclesiæ, cantant Te Deum, cum suo Versiculo et Oratione, et Processio terminatur ut ibi.

CAPUT 7

DE PROCESSIONE IN FESTO SSMI CORPORIS CHRISTI

1 Quoniam venerandum et adorandum Christi Domini nostri Corpus hoc sacro die publice gestatur et honorificentissime colitur; solemnis etiam Processio, qualis vix toto anno cernitur, institui solet ac debet in Ecclesiis. Proinde det operam Parochus, ut ad tantam Processionem spectantia tempestive parentur; omnesque hominum ordines congregentur, qui Catholicam Fidem suam externo etiam ritu declarent ac comprobent.

2 Omnes viæ et plateæ, per quas Ss. Sacramentum portabitur, sint mundatæ et ornatæ arboribus, frondibus, floribus, gramine, aliisque ornamentis.

3 Curet Parochus, ut in quatuor distinctis locis, ad quæ Processio ventura est, tempestive erigantur, ornenturque Altaria, ad quæ cantentur Evangelia infrascripta, cum suis Versiculis et Orationibus, populoque cum Ss. Sacramento benedicatur.

4 Officians primo Missam solemnem celebret, in qua duas hostias consecret; et una in Communione sumpta, alteram in Processione deferendam, sumpto pretioso Sanguine in Ostensorium ita reponat, ut per vitrum ejusdem adorantibus exterius appareat; et Ostensorium albo velo cooperiat, donec reliquum Missæ peragatur.

5 Peracto autem Sacrificio, Officians pluviali albo induitur, et stans imponit incensum in thuribulum absque benedictione; et in infimo Altaris gradu genuflexus, incensat Ss. Sacramentum triplici ductu, singulo ductu in duplici vibratione thuribuli consistente, cum profunda, tum ab ipso Officiante, tum a Ministris ante et post incensationem, capitis inclinatione.

6 Deinde Diaconus, aut alter minister oblongum ac decens album velum circumponit scapulis Officiantis, qui ascendit ad Altare, et Ostensorium, a Diacono porrectum, sive in Altari collocatum, manibus, velo ante pectus pendente obvolutis, reverenter suscipit, illudque ante faciem tenens, vertit se ad populum, et intonat:

Pan-ge, lingua, glo-ri-ó-si,

prosequente Choro Hymnum. — Nunc ordinatur Processio. Officians descendit sub baldachinum comitantibus ministris, et duo Acolythi vel Clerici cum thuribulis effumantibus præcedunt; Processioque egreditur ex Ecclesia, et omnia aguntur more consueto.

7 In benedicendo autem populum cum Ss. Sacramento, Officians ad populum se vertens Ostensorium ante pectus tenet, tum elevat illud decenti mora, non supra caput, sed tantum usque ad oculos, et eodem modo

illud demittit infra pectus, et exinde ad sinistrum humerum, a sinistro vero ad dexterum ducit, et rursus ante pectus reducit, ibique aliquantulum sistit, tum gyrum perficiens, collocat Ostensorium supra Altare. Quæ ratio benedicendi cum Ostensorio semper observari debet; ita tamen, ut aliis temporibus nihil cantetur, neque dicatur.

8 Omnes procedunt nudo capite, accensos cereos gestantes, et sequentes Hymnos, pro longitudine Processionis, devote concinentes:

I Hymnus S. Thomæ Aquinatis

Pange, lingua, gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguinísque pretiósi,
Quem in mundi prétium
Fructus ventris generósi
Rex effúdit géntium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátus
Miro clausit órdine.

In suprémæ nocte cœnæ,
Recúmbens cum frátribus,
Observáta lege plene
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit:
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit,
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.

Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui;
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui:
Præstet fides suppleméntum
Sénsuum defectui.

Genitóri, Genitóque
Laus et jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio. Amen.

II Hymnus S. Thomæ Aquinatis

Sacris solémniis juncta sint gáudia,
Et ex præcórdiis sonent præcónia:
Recédant vétera, nova sint ómnia,
Corda, voces et ópera.

Noctis recólitur cœna novíssima,
Qua Christus créditur agnum et ázyma
Dedísse frátribus, juxta legítima
Priscis indúlta pátribus.

Post agnum týpicum, explétis épulis,
Corpus Domínicum datum discípulis,
Sic totum ómnibus, quod totum síngulis,
Ejus fatémur mánibus.

Dedit fragílibus córporis férculum,
Dedit et trístibus sánguinis póculum,
Dicens: Accípite quod trado vásculum,
Omnes ex eo bíbite.

Sic sacrifícium istud instítuit,
Cujus offícium commítti vóluit
Solis presbýteris, quibus sic cóngruit,
Ut sumant, et dent céteris.

Panis angélicus fit panis hóminum;
Dat panis cælicus figúris términum:
O res mirábilis! mandúcat Dóminum
Pauper servus et húmilis.

Te, trina Déitas únaque, póscimus,
Sic nos tu vísita, sicut te cólimus:
Per tuas sémitas duc nos quo téndimus,
Ad lucem, quam inhábitas.
Amen.

III Hymnus S. Thomæ Aquinatis

Verbum supérnum pródiens,
Nec Patris linquens déxteram,
Ad opus suum éxiens,
Venit ad vitæ vésperam.

In mortem a discípulo
Suis tradéndus æmulis,
Prius in vitæ férculo
Se trádidit discípulis.

Quibus sub bina spécie
Carnem dedit et sánguinem:
Ut dúplicis substántiæ
Totum cibáret hóminem.

Se nascens dedit sócium,
Convéscens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmium.

O salutáris hóstia,
Quæ cæli pandis óstium,
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.

Uni trinóque Dómino
Sit sempitérna glória,
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.

IV Hymnus

Salútis humánæ Sator,
Jesu, volúptas córdium,
Orbis redémpti Cónditor,
Et casta lux amántium.

Qua victus es cleméntia,
Ut nostra ferres crímina?
Mortem subíres ínnocens,
A morte nos ut tólleres?

Perrúmpis inférnum chaos;
Victis caténas détrahis;
Victor triúmpho nóbili
Ad déxteram Patris sedes.

Te cogat indulgéntia,
Ut damna nostra sárcias,
Tuíque vultus cómpotes
Dites beáto lúmine.

Tu dux ad astra, et sémita,
Sis meta nostris córdibus,
Sis lacrimárum gáudium,
Sis dulce vitæ præmium.
Amen.

V Hymnus

Ætérne Rex altíssime,
Redémptor et fidélium,
Cui mors perémpta détulit
Summæ triúmphum glóriæ.

Ascéndis orbes síderum,
Quo te vocábat cælitus
Colláta, non humánitus,
Rerum potéstas ómnium.

Ut trina rerum máchina,
Cæléstium, terréstrium,
Et inferórum cóndita,
Flectat genu jam súbdita.

Tremunt vidéntes Angeli
Versam vicem mortálium:
Peccat caro, mundat caro,
Regnat Deus Dei caro.

Sis ipse nostrum gáudium,
Manens olýmpo prémium,
Mundi regis qui fábricam,
Mundána vincens gáudia.

Hinc te precántes quæsumus,
Ignósce culpis ómnibus,
Et corda sursum súbleva
Ad te supérna grátia.

Ut cum repénte cœperis
Clarére nube júdicis,
Pœnas repéllas débitas,
Reddas corónas pérditas.

Jesu, tibi sit glória,
Qui victor in cælum redis,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

VI Prosa S. Thomæ Aquinatis de Ss. Corpore Christi

Lauda, Sion, Salvatórem,
Lauda ducem et pastórem,
In hymnis et cánticis.

Quantum potes, tantum aude:
Quia major omni laude,
Nec laudáre súfficis.

Laudis thema speciális,
Panis vivus et vitális
Hódie propónitur.

Quem in sacræ mensa cœnæ
Turbæ fratrum duodénæ
Datum non ambígitur.

Sit laus plena, sit sonóra,
Sit jucúnda, sit decóra
Mentis jubilátio.

Dies enim solémnis ágitur,
In qua mensæ prima recólitur
Hujus institútio.

In hac mensa novi Regis,
Novum Pascha novæ legis
Phase vetus términat.

Vetustátem nóvitas,
Umbram fugat véritas,
Noctem lux elíminat.

Quod in cœna Christus gessit,
Faciéndum hoc expréssit
In sui memóriam.

Docti sacris institútis,
Panem, vinum in salútis
Consecrámus hóstiam.

Dogma datur Christiánis,
Quod in carnem transit panis
Et vinum in sánguinem.

Quod non capis, quod non vides,
Animósa firmat fides,
Præter rerum órdinem.

Sub divérsis speciébus,
Signis tantum, et non rebus,
Latent res exímiæ.

Caro cibus, sanguis potus:
Manet tamen Christus totus
Sub utráque spécie.

A suménte non concísus,
Non confráctus, non divísus:
Integer accípitur.
Sumit unus, sumunt mille:
Quantum isti, tantum ille:
Nec sumptus consúmitur.
Sumunt boni, sumunt mali:
Sorte tamen inæquáli,
Vitæ vel intéritus.
Mors est malis, vita bonis:
Vide, paris sumptiónis
Quam sit dispar éxitus.
Fracto demum sacraménto,
Ne vacílles, sed meménto,
Tantum esse sub fragménto,
Quantum toto tégitur.
Nulla rei fit scissúra:
Signi tantum fit fractúra:
Qua nec status nec statúra
Signáti minúitur.

Ecce panis Angelórum,
Factus cibus viatórum:
Vere panis filiórum,
Non mitténdus cánibus.
In figúris præsignátur,
Cum Isaac immolátur:
Agnus paschæ deputátur:
Datur manna pátribus.
Bone pastor, panis vere,
Jesu, nostri miserére:
Tu nos pasce, nos tuére:
Tu nos bona fac vidére
In terra vivéntium.
Tu, qui cuncta scis et vales:
Qui nos pascis hic mortáles:
Tuos ibi commensáles,
Coherédes et sodáles
Fac sanctórum cívium. Amen.

I STATIO

9 Ubi ad primum Altare ventum fuerit, Officians Ss. Sacramentum supra illud decenter collocat supposito Corporali, eique flexis genibus reverentiam exhibet ac thurificat. Accedit deinde ad ipsum unus Diaconorum, vel Sacerdotum (si adfuerint; alioquin ipsemet Officians cantat Evangelia et perficit reliqua) librum hunc Ritualem ambabus manibus ante pectus tenens, et, pro cantando Evangelio benedictionem ab eo flexis genibus petit, dicens:

Jube, domne, benedícere.

Super quem Officians:

Dóminus sit in corde tuo et in lábiis tuis: ut digne et competénter annúnties Evangélium suum: In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

10 Postea paululum ab Altari recedit Diaconus, atque junctis ante pectus manibus, incipit:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam.
℟. Glória tibi, Dómine.

11 Diaconus signat librum et semetipsum cruce et incensat librum, deinde prosequitur:

Luc. 14, 16-24

In illo témpore: Dixit Jesus pharisæis parábolam hanc: Homo quidam fecit cœnam magnam, et vocávit multos. Et misit servum suum hora cœnæ dícere invitátis, ut venírent, quia jam paráta sunt ómnia. Et cœpérunt simul omnes excusáre. Primus dixit ei: Villam emi, et necésse hábeo exíre, et vidére illam: rogo te, habe me excusátum. Et alter dixit: Juga boum emi quinque et eo probáre illa: rogo te, habe me excusátum. Et álius dixit: Uxórem duxi, et ídeo non possum veníre. Et revérsus servus nuntiávit hæc dómino suo. Tunc irátus paterfamílias, dixit servo suo: Exi cito in platéas et vicos civitátis: et páuperes ac débiles et cæcos et claudos introduc huc. Et ait servus: Dómine, factum est, ut imperásti, et adhuc locus est. Et ait dóminus servo: Exi in vias et sepes: et compélle intráre, ut impleátur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virórum illórum, qui vocáti sunt, gustábit cœnam meam.

℟. Laus tibi, Christe.

12 Ubi Diaconus Evangelium finierit, portat librum ad Officiantem, cique textum cantatum osculandum exhibet; quem ille osculatur dicens:

Per evangélica dicta deleántur nostra delícta.

℟. Amen.

13 Et incensatur more solito a Diacono. Et hæc ratio servanda est etiam in ceteris Evangeliis dicendis.

14 Tunc omnes flectunt genua; et Diaconus cum Subdiacono, vel, in defectu horum Officians ipse, stans versus Ss. Sacramentum, cantat:

℣. Cibávit eos ex ádipe fruménti, allelúja.

℟. Et de petra melle saturávit eos, allelúja.

Orémus. Oratio

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tribue, quæsumus, ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

15 Post hæc Officians, facta Ss. Sacramento reverentia, et thurificatione præmissa, Ostensorium a Diacono porrectum decenter in manus sumit, illudque ante se tenens, versa ad Altare facie, cantat:

℣. Sit no-men Dó - mi - ni be-ne - díc-tum.
℟. Ex hoc nunc, et us-que in sæ-cu - lum.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dó-mi - ni.
℟. Qui fecit cælum et ter-ram.

℣. Be-ne - díc-ti - o De-i, omni-po-tén-tis,

Nunc Officians semet vertit ad populum et cum Sanctissimo dat benedictionem cantando:

Pa-tris, et Fi ✠ li-i, et Spí - ri - tus Sancti, de-scéndat



su-per vos, et má-ne - at semper. ℟. A - men.

16 Postea pergit Processio, aliquem ex supradictis Hymnis concinendo, ad Altare secundum.

II STATIO

17 Ad secundum, (sicut et ad tertium et quartum) Altare ea omnia et singula fiunt, quæ fiebant ad Altare primum. Evangelium attamen, Versus et Oratio dicuntur, ut sequitur:

Evangelium in secunda Statione cantandum:

℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem.

℟. Glória tibi, Dómine.

Joann. 6, 51-55

In illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndi. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum: et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigábant ergo Judæi ad ínvicem, dicéntes: Quómodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducándum? Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen, dico vobis: nisi manducavéritis carnem Fílii hóminis et bibéritis ejus sánguinem, non habébitis vitam in vobis. Qui mandúcat meam carnem et bibit meum sánguinem, habet vitam ætérnam: et ego resuscitábo eum in novíssimo die.

℣. Panem cæli dedit eis, allelúja.
℟. Panem Angelórum manducávit homo, allelúja.

Orémus. Oratio

Deus, qui gloriósum Córporis et Sánguinis Dómini nostri Jesu Christi mystérium nobíscum manére voluísti: da nobis, quæsumus, ejus præséntiam ita venerári in terris; ut de ejus visióne gaudére mereámur in cælis. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

18 Tunc iterum datur benedictio, ut in prima Statione.

III STATIO

Evangelium in tertia Statione cantandum:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem.
℟. Glória tibi, Dómine.

Joann. 6, 56-59

In illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Qui mandúcat meam carnem et bibit meum sánguinem, in me manet et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui mandúcat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis, qui de cælo descéndit. Non sicut manducavérunt patres vestri manna, et mórtui sunt. Qui mandúcat hunc panem, vivet in ætérnum.

℣. Panem de cælo præstitísti eis, allelúja.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúja.

Orémus. Oratio

Fac nos, quæsumus, Dómine, Divinitátis tuæ sempitérna fruitióne repléri, quam pretiósi Córporis et Sánguinis tui temporális percéptio præfigúrat: Qui vivis et regnas per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

19 Iterum datur benedictio, ut supra.

IV STATIO

Evangelium in quarta Statione cantandum:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum.
℟. Glória tibi, Dómine.

Matth. 26, 26-29

In illo témpore: Cœnántibus eis, accépit Jesus panem, et benedíxit, ac fregit, dedítque discípulis suis, et ait: Accípite, et comédite: hoc est corpus meum. Et accípiens cálicem grátias agit: et dedit illis, dicens: Bíbite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testaménti, qui pro multis effundétur in remissiónem peccatórum. Dico autem vobis: non bibam ámodo de hoc genímine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobíscum novum in regno Patris mei.

℣. Edúcas panem de terra, allelúja.
℟. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúja.

Orémus. Oratio

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui in sanctíssimo dilécti Fílii tui corde gloriántes, præcípua in nos caritátis ejus benefícia recólimus; eórum páriter et actu delectémur et fructu. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

20 Data eodem modo, ut supra, in prima Statione benedictione, Processio revertitur ad Ecclesiam, uno ex prædictis Hymnis decantato. In ingressu templi concinit Chorus Hymnum Te Deum laudámus, ut infra, in cujus concentu Officians supremum Altaris gradum ascendit, Ss. Sacra-

mentum super Corporale collocat, de more incensat, ac finem Hymni stando præstolatur. Quo finito Diaconi, aut ipse Officians intonat:

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Panem de cælo præstitísti eis, allelúja.

℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúja.

Deinde pergit Officiator:

Orémus. Oratio

Deus, cujus misericórdiæ non est número, et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad prǽmia futúra dispónas.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue quæsumus, ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

21 Tunc Officiator imponit incensum, et Ss. Sacramento incensato, ac velo assumpto, ascendit, et ex manu Diaconi accipit Monstrantiam, aut ipsemet de Altari ad manus reverentur sumens, vertit se ad populum, et intonat:

Tan-tum er-go Sa-cra-mén-tum.

Choro reliquum versiculi prosequente; deinde iterum intonat:

Genitóri, Genitóque.

Qua stropha per Chorum (usque ad Amen inclusive) decantata, dat benedictionem cum Sanctissimo nihil dicens; quod denuo incensatum in Tabernaculum reponitur.[1]

[1] NB. 1 Quoties Tantum ergo Sacraméntum, aut Genitóri, Genitóque strophæ ab Officiante solemniter intonantur, toties eandem a populo stropham decantando continuare ac perficere oportet.

2 Quodsi ante vel post Missam, aut aliam cum Expositione Ssmi peragendam devotionem, Officians more solito Tantum ergo, aut Genitóri, etc. intonet, et chorus aut populus eundem versum continuando concinit, tunc Benedictio cum Ssmo Sacramento non prius, sed tantum finita stropha datur.

TITULUS II
PROCESSIONES EXTRAORDINARIÆ

CAPUT 1
DE PROCESSIONE AD PETENDAM PLUVIAM

Aguntur omnia, ut supra in Litaniis majoribus (pag. 451), usque ad finem Litaniarum, in quibus, cum dictum fuerit Ut ómnibus fidélibus defúnctis, etc. bis dicitur:

Ut congruéntem plúviam fidélibus tuis concédere dignéris: Te rogámus, audi nos.

In fine postea dicitur:

Pater noster secreto usque ad

℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**

℟. **Sed líbera nos a malo.**

Psalmus 146

Laudáte Dóminum quóniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucúnda, decóraque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus: * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde: * et álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum: * et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus: * et sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus: * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne: * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus: * et parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum: * et herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum: * et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit: * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum: * et in eis, qui sperant super misericórdia ejus. — Glória Patri.

Quo finito, dicuntur Preces:

℣. **Operi, Dómine, cælum núbibus.**

℟. **Et para terræ plúviam.**

℣. **Ut prodúcat in móntibus fœnum.**

℟. **Et herbam servitúti hóminum.**

℣. Riga montes de superióribus tuis.
℟. Et de fructu óperum tuórum satiábitur terra.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, in quo vívimus, movémur, et sumus; plúviam nobis tríbue congruéntem; ut, præséntibus subsídiis sufficiénter adjúti, sempitérna fiduciálius appetámus.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus, contra advérsa ómnia tua semper protectióne muniámur.

Da nobis, quæsumus, Dómine, plúviam salutárem: et áridam terræ fáciem fluéntis cæléstibus dignánter infúnde. Per Dóminum nostrum.

℟. Amen.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.
℣. Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dóminus.
℟. Amen.
℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

CAPUT 2

PROCESSIO AD POSTULANDAM SERENITATEM

Aguntur omnia, ut supra in Litaniis majoribus (pag. 451), usque ad finem Litaniarum, in quibus, cum dictum fuerit Ut ómnibus fidélibus defúnctis, etc., bis dicitur:

Ut fidélibus tuis áëris serenitátem concédere dignéris: Te rogámus, audi nos.

In fine autem dicitur:

Pater noster secreto usque ad
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 66

Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes: * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * et métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri.

℣. Adduxísti, Dómine, spíritum tuum super terram.
℟. Et prohíbitæ sunt plúviæ de cælo.
℣. Cum obdúxero núbibus cælum.
℟. Apparébit arcus meus, et recordábor fœderis mei.
℣. Illústra fáciem tuam, Dómine, super servos tuos.
℟. Et bénedic sperántes in te.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice: et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Ad te nos, Dómine, clamántes exáudi: et áëris serenitátem nobis tríbue supplicántibus; ut, qui juste pro peccátis nostris afflígimur, misericórdia tua præveniénte, cleméntiam sentiámus.

Quæsumus, omnípotens Deus, cleméntiam tuam: ut inundántiam coércas imbrium, et hilaritátem vultus tui nobis impertíri dignéris. Per Dóminum nostrum.
℟. Amen.

CAPUT 3

PRECES AD REPELLENDAM TEMPESTATEM

Pulsantur campanæ, et iis qui adesse possunt, in Ecclesiam convocatis, dicuntur Litaniæ (pag. 453), in quibus bis dicitur:

A fúlgure et tempestáte, líbera nos, Dómine.

In fine autem dicitur:

Pater noster secreto usque ad

℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**
℟. **Sed líbera nos a malo.**

Psalmus 147

Lauda, Jerúsalem, Dóminum: * lauda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, et liquefáciet ea: * flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob: * justítias, et judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni: * et judícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri.

℣. **Adjutórium nostrum in nómine Dómini.**
℟. **Qui fecit cælum et terram.**
℣. **Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.**
℟. **Et salutáre tuum da nobis.**
℣. **Adjuva nos, Deus, salutáris noster.**
℟. **Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.**
℣. **Nihil proficiat inimícus in nobis.**
℟. **Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.**
℣. **Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.**
℟. **Quemádmodum sperávimus in te.**

℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.
℟. Et bénedic hereditáti tuæ.
℣. Non privábis bonis eos, qui ámbulant in innocéntia.
℟. Dómine, Deus virtútum: beátus homo, qui sperat in te.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Adomo tua, quæsumus, Dómine, spiritáles nequítiæ repellántur: et aëreárum discédat malignitas tempestátum.

Omnípotens sempitérne Deus, parce metuéntibus, propitiáre supplícibus: ut post nóxios ignes núbium, et vim procellárum in matériam tránseat laudis comminátio tempestátum.

Dómine Jesu, qui imperásti ventis et mari, et facta fuit tranquíllitas magna: exáudi preces famíliæ tuæ, et præsta; ut hoc signo sanctæ cru ✠ cis omnis discédat sævítia tempestátum.

Omnípotens et misércors Deus, qui nos et castigándo sanas, et ignoscéndo consérvas: præsta supplícibus tuis; ut et tranquillitátibus hujus optátæ consolatiónis lætémur, et dono tuæ pietátis semper utámur. Per Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

CAPUT 4

PRECES DICENDÆ TEMPORE PENURIÆ ET FAMIS

Aguntur omnia, ut supra in Litaniis majoribus (pag. 451), usque ad finem Litaniarum, in quibus bis dicitur:

Ut fructus terræ dare, et conserváre dignéris: Te rogámus, audi nos.

In fine autem dicitur:

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 22 Dóminus regit me, etc., ut supra (pag. 355). In fine: Glória Patri.

℣. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis.

℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

℣. Oculi ómnium in te sperant, Dómine.

℟. Et tu das illis escam in témpore opportúno.

℣. Meménto congregatiónis tuæ.

℟. Quam possedísti ab inítio.

℣. Dóminus dabit benignitátem.

℟. Et terra nostra dabit fructum suum.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Ineffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, eripias.

Da nobis, quæsumus, Dómine, piæ supplicatiónis efféctum, et famem propitiátus avérte: ut mortálium corda cognóscant, et te indignánte tália flagélla prodíre, et te miseránte cessáre.

Pópulum tibi súbditum pro peccátis suis fame laborántem ad te, Dómine, convérte propítius: qui quæréntibus regnum tuum ómnia adjiciénda esse dixísti: Qui vivis et regnas cum Deo Patre, etc. ℟. Amen.

CAPUT 5

PROCESSIO TEMPORE MORTALITATIS ET PESTIS

Aguntur omnia, ut supra in Litaniis majoribus (pag. 451), usque ad finem Litaniarum, in quibus bis dicitur:

℣. A peste, fame et bello.
℟. Líbera nos, Dómine.

Et, cum dictum fuerit Ut ómnibus fidélibus defúnctis, etc., bis dicitur:

Ut a pestiléntiæ flagéllo nos liberáre dignéris: Te rogámus, audi nos.

In fine autem dicitur:

Pater noster secreto usque ad
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 6 Dómine, ne in furóre tuo árguas me, ut supra (pag. 173).

℣. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis.
℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.
℣. Adjuva nos, Deus, salutáris noster.
℟. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.
℣. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum.
℟. Cito anticipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis.
℣. Ora pro nobis, sancte Sebastiáne.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Exáudi nos, Deus, salutáris noster: et intercedénte beáta et gloriósa Dei Genitrice Maria semper Vírgine, et beáto Sebastiáno Mártyre tuo, et ómnibus Sanctis, pópulum tuum ab iracúndiæ tuæ terróribus líbera, et misericórdiæ tuæ fac largitáte secúrum.

Propitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris: et animárum et córporum medére languóribus; ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne lætémur.

Da nobis, quæsumus, Dómine, piæ petitiónis effectum: et pestiléntiam mortalitatémque propitiátus avérte: ut mortálium corda cognóscant, et te indignánte tália flagélla prodíre, et te miseránte cessáre. Per Dóminum nostrum. ℟. **Amen.**

CAPUT 6

PRECES DICENDÆ IN LITANIIS TEMPORE BELLI

1 Peractis omnibus, ut supra in Litaniis majoribus (pag. 451), ad finem Litaniarum dicitur:

Pater noster secreto usque ad

℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**

℟. **Sed líbera nos a malo.**

Psalmus 45

Deus noster refúgium, et virtus: * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra: * et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum: * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur: * adjuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, et inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram: * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, et confríget arma: * et scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus: * exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Glória Patri.

℣. Exsúrge, Dómine, ádjuva nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.
℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.
℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Arcum cónteret, et confrínget arma.
℟. Et scuta combúret igni.
℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére nos.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, qui cónteris bella, et impugnatóres in te sperántium poténtia tuæ defensiónis expúgnas: auxiliáre fámulis tuis, implorántibus misericórdiam tuam; ut, inimicórum suórum feritáte depréssa, incessábili te gratiárum actióne laudémus.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium sublàta formidine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

Hóstium nostrórum, quæsumus, Dómine, elide supérbiam: et eórum contumáciam déxteræ tuæ virtúte prostérne. Per Dóminum nostrum. ℟. Amen.

2 Si vero bellum sit contra inimicos sanctæ Ecclesiæ, in Litaniis bis dicatur:

Ut inimícos sanctæ Eccléstæ humiliáre dignéris: Te rogámus, audi nos.

In fine autem dicitur:

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 78

Deus, venérunt gentes in hereditátem tuam, polluérunt templum sanctum tuum: * posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

Posuérunt morticína servórum tuórum, escas volatílibus cæli: * carnes sanctórum tuórum béstiis terræ.

Effudérunt sánguinem eórum tamquam aquam in circúitu Jerúsalem: * et non erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium vicínis nostris: * subsannátio et illúsio his, qui in circúitu nostro sunt.

Usquequo, Dómine, irascéris in finem: * accendétur velut ignis zelus tuus?

Effúnde iram tuam in gentes, quæ te non novérunt: * et in regna, quæ nomen tuum non invocavérunt:

Quia comedérunt Jacob: * et locum ejus desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum, cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: * quia páuperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: * et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum:

Ne forte dicant in géntibus: Ubi est Deus eórum? * et innotéscat in natiónibus coram óculis nostris.

Ultio sánguinis servórum tuórum, qui effúsus est: * intróeat in conspéctu tuo gémitus compeditórum.

Secúndum magnitúdinem bráchii tui, * pósside fílios mortificatórum.

Et redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum: * impropérium ipsórum, quod exprobravérunt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, et oves páscuæ tuæ, * confitébimur tibi in sæculum.

In generatiónem et generatiónem * annuntiábimus laudem tuam.

Glória Patri.

℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus, sperántes in te.
℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil proficiat inimícus in nobis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.

℣. Hóstium nóminis tui, Dómine, elide supérbiam.
℟. Et eórum contumáciam déxteræ tuæ virtúte prostérne.

℣. Fiant tamquam pulvis ante fáciem venti.
℟. Et Angelus Dómini persequátur eos.

℣. Effúnde iram tuam in gentes, quæ te non novérunt.
℟. Et in regna, quæ nomen tuum non invocavérunt.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére nos.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Da, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, misércors Deus: ut Sancto Spíritu congregáta, hostíli nullátenus incursióne turbétur.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnípotens sempitérne Deus, in cujus manu sunt ómnium potestátes, et ómnium jura regnórum: réspice in auxílium Christianórum; ut hostes nostri, qui in sua feritáte confídunt, déxteræ tuæ poténtia conterántur. Per Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Exáudiat nos Dóminus.
℟. Amen.

CAPUT 7

PROCESSIO IN QUACUMQUE TRIBULATIONE

Servatis omnibus, ut supra in Litaniis majoribus (pag. 451), finitisque Litaniis, dicitur:

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 19 Exáudiat te Dóminus, ut supra (pag. 176), cum Glória Patri, vel Psalmus 90 Qui hábitat, ut supra (pag. 179).

Quo finito, dicitur:

℣. Deus, refúgium nostrum et virtus.
℟. Adjútor in tribulatiónibus.
℣. Salvos fac servos tuos, Dómine.
℟. Deus meus, sperántes in te.
℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortális.
℟. Miserére nobis.
℣. Adjuva nos, Deus, salutáris noster.
℟. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Ne despícias, omnípotens Deus, pópulum tuum in afflictióne clamántem: sed propter glóriam nóminis tui, tribulátis succúrre placátus.

Ineffábilem misericórdiam tuam, Dómine, nobis cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia.

Tribulatiónem nostram, quæsumus, Dómine, propítius réspice: et iram tuæ indignatiónis, quam juste merémur, avérte.

Deus, refúgium nostrum et virtus: adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta; ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum nostrum.

℟. Amen.

CAPUT 8

PRECES DICENDÆ IN PROCESSIONE PRO GRATIARUM ACTIONE

1 Initio Processionis cantatur Hymnus:



Te De - um lau-dá-mus, * te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi Cæli, et univérsæ Potestátes:

Tibi Chérubim et Séraphim * incessábili voce proclámant:

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus * Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra * majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolórum chorus,

Te Prophetárum * laudábilis número,

Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * sancta confitétur Ecclésia,

Patrem * imménsæ majestátis;

Venerándum tuum verum * et únicum Fílium;

Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Christe.

Tu Patris * sempitérnus es Fílius.

Tu, ad liberándum susceptúrus hóminem, * non horruísti Vírginis úterum.

Tu, devícto mortis acúleo, * aperuísti credéntibus regna cælórum.

Tu ad déxteram Dei sedes, * in glória Patris.

Judex créderis * esse ventúrus.

Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni, * quos pretióso sánguine redemísti.

Ætérna fac cum Sanctis tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * et bénedic hereditáti tuæ.

Et rege eos, * et extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies * benedícimus te;

Et laudámus nomen tuum in sæculum, * et in sæculum sæculi.

Dignáre, Dómine, die isto * sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine, * miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, * quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi: * non confúndar in ætérnum.

2 Deinde dici poterunt Psalmi, qui sequuntur:

Psalmus 65

Jubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini ejus: * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: Quam terribília sunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, et psallat tibi: * psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, et vidéte ópera Dei: * terríbilis in consíliis super fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flúmine pertransíbunt pede: * ibi lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérnum, óculi ejus super gentes respíciunt: * qui exásperant non exalténtur in semetípsis.

Benedícite, gentes, Deum nostrum: * et audítam fácite vocem laudis ejus,

Qui pósuit ánimam meam ad vitam: * et non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti nos, Deus: * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro: * imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem et aquam: * et eduxísti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocáustis: * reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt lábia mea.

Et locútum est os meum, * in tribulatióne mea.

Holocáusta medulláta ófferam tibi cum incénso aríetum: * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, et narrábo, omnes, qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, * et exaltávi sub lingua mea.

Iniquitátem si aspéxi in corde meo, * non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, * et atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratiónem meam, et misericórdiam suam a me.

Glória Patri.

Psalmus 80

Exsultáte Deo, adjutóri nostro: * jubiláte Deo Jacob.

Súmite psalmum, et date týmpanum: * psaltérium jucúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tuba, * in insígni die solemnitátis vestræ.

Quia præcéptum in Israel est: * et judícium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph pósuit illud, cum exíret de terra Ægýpti: * linguam, quam non nóverat, audívit.

Divértit ab onéribus dorsum ejus: * manus ejus in cóphino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, et liberávi te: * exaudívi te in abscóndito tempestátis: probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi, pópulus meus, et contestábor te: * Israel, si audíeris me, non erit in te deus recens, neque adorábis deum aliénum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægýpti: * diláta os tuum, et implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam: * et Israel non inténdit mihi.

Et dimísi eos secúndum desidéria cordis eórum, * ibunt in adinventiónibus suis.

Si pópulus meus audísset me: * Israel si in viis meis ambulásset:

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem: * et super tribulántes eos misíssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei: * et erit tempus eórum in sæcula.

Et cibávit eos ex ádipe fruménti: * et de petra, melle saturávit eos.

Glória Patri.

Psalmus 95

Cantáte Dómino cánticum novum: * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedícite nómini ejus: * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis: * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia: * Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu ejus: * sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino, pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam

et honórem: * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur a fácie ejus univérsa terra: * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cæli, et exsúltet terra: commoveátur mare, et plenitúdo ejus: * gaudébunt campi, et ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit: * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * et pópulos in veritáte sua.

Glória Patri.

Psalmus 99

Jubiláte Deo, omnis terra: * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu ejus, * in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus: * introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen ejus: quóniam suávis est Dóminus, in ætérnum misericórdia ejus, * et usque in generatiónem et generatiónem véritas ejus.

Glória Patri.

Psalmus 102

Bénedic, ánima mea, Dómino: * et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Bénedic, ánima mea, Dómino: * et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis: * qui sanat omnes infirmitátes tuas.

Qui rédimit de intéritu vitam tuam: * qui corónat te in misericórdia et miseratiónibus.

Qui replet in bonis desidérium tuum: * renovábitur ut áquilæ juvéntus tua:

Fáciens misericórdias Dóminus: * et judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi, * fíliis Israel voluntátes suas.

Miserátor, et misércors Dóminus: longánimis, et multum misércors.

Non in perpétuum irascétur: * neque in ætérnum comminábitur.

Non secúndum peccáta nostra fecit nobis: * neque secúndum iniquitátes nostras retríbuit nobis.

Quóniam secúndum altitúdinem cæli a terra: * corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.

Quantum distat ortus ab occidénte: * longe fecit a nobis iniquitátes nostras.

Quómodo miserétur pater filiórum, misértus est Dóminus timéntibus se: * quóniam ipse cognóvit figméntum nostrum.

Recordátus est quóniam pulvis sumus: * homo, sicut fœnum dies ejus, tamquam flos agri sic efflorébit.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, et non subsístet: * et non cognóscet ámplius locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno, * et usque in ætérnum super timéntes eum.

Et justítia illíus in fílios filiórum, * his qui servant testaméntum ejus:

Et mémores sunt mandatórum ipsíus, * ad faciéndum ea.

Dóminus in cælo parávit sedem suam: * et regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino, omnes Angeli ejus: * poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem sermónum ejus.

Benedícite Dómino, omnes virtútes ejus: * minístri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino, ómnia ópera ejus: * in omni loco dominatiónis ejus, bénedic, ánima mea, Dómino.

Glória Patri.

Psalmus 116

Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli:

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri.

Psalmus 148

Laudáte Dóminum de cælis: * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum, omnes Angeli ejus, * laudáte eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, sol et luna: * laudáte eum, omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum, cæli cælórum: * et aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt verbum ejus:

Montes, et omnes colles: * ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstiæ, et univérsa pécora: * serpéntes, et vólucres pennátæ:

Reges terræ, et omnes pópuli: * príncipes, et omnes júdices terræ.

Júvenes, et vírgines: senes cum junióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cælum, et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: * fíliis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Glória Patri.

Psalmus 149

Cantáte Dómino cánticum novum: * laus ejus in eccléśia sanctórum.

Lætétur Israel in eo, qui fecit eum: * et fílii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in týmpano, et psaltério psallant ei:

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: * et exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus: * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Glória Patri.

Psalmus 150

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério, et cíthara.

Laudáte eum in týmpano, et choro: * laudáte eum in chordis, et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri.

Canticum trium Puerorum
Dan. 3, 57-88 et 56

Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * benedícite, cæli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, sol et luna, Dómino: * benedícite, stellæ cæli, Dómino.

Benedícite, omnis imber et ros, Dómino: * benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino: * benedícite, frigus et æstus, Dómino.

Benedícite, rores et pruína, Dómino: * benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, glácies et nives, Dómino: * benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et ténebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, montes et colles, Dómino: * benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete, et ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.

Benedícite, omnes béstiæ et pécora, Dómino: * benedícite, fílii hóminum, Dómino.

Benedícat Israel Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino: * benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus, et ánimæ justórum, Dómino: * benedícite, sancti, et húmiles corde, Dómino.

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísael, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

Canticum Benedíctus Dóminus, Deus Israel, ut supra (pag. 414); in fine Glória Patri.

3 Hæc autem prædicta, prout longitudo itineris postulaverit, vel omnia, vel ex parte cantari possunt.

Deinde in ecclesia, ubi fit statio, ante Altare dicuntur sequentes Versus et Orationes.

℣. Benedíctus es, Dómine, Deus patrum nostrórum.

℟. Et laudábilis, et gloriósus in sæcula.

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli.

℟. Et laudábilis et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino.

℟. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, cujus misericórdiæ non est número, et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimæ Majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad prǽmia futúra dispónas.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere; et de ejus semper consolatióne gaudére.

Deus, qui néminem in te sperántem nimium affligi permíttis, sed pium précibus præstas audítum: pro postulatiónibus nostris, votísque suscéptis grátias ágimus, te piissime deprecántes; ut a cunctis semper muniámur advérsis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

℟. Amen.

CAPUT 9

DE PROCESSIONE IN TRANSLATIONE SACR. RELIQUIARUM INSIGNIUM

Ecclesia et viæ, per quas transeundum est, quantum fieri potest, decentius ornentur. Sacerdotes et Ministri vestibus induti albi vel rubei coloris, prout Sancti, quorum Reliquiæ transferuntur, exposcunt, et omnes cum luminaribus accensis procedant, decantantes Litanias (pag. 453) cum invocatione Sanctorum, quorum Reliquiæ deferuntur, et Hymnum Te Deum (pag. 496), et Psalmum Laudáte Dóminum de cælis (pag. 500) cum duobus sequentibus, et alios Psalmos et Hymnos de Proprio vel de Communi eorum Sanctorum, quorum Reliquiæ transferuntur.

DE EXORCIZANDIS OBSESSIS A DÆMONIO

Exorcismum obsessorum a dæmonio, dum illius adhibendi necessitas occurrerit, obtenta prius semper ab Ordinario facultate, vide in Rituali Romano.

DE LIBRIS HABENDIS APUD PAROCHOS

1 Habeat Parochus libros parœciales, idest librum baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum, defunctorum; etiam librum de statu animarum accurate conficere pro viribus curet; et omnes hos libros, secundum usum ab Ecclesia probatum vel a proprio Ordinario præscriptum, conscribat ac diligenter asservet.

2 In libro baptizatorum adnotetur quoque si baptizatus confirmationem receperit, matrimonium contraxerit, aut sacrum subdiaconatus ordinem susceperit, vel professionem solemnem emiserit, eæque adnotationes in documenta accepti baptismatis semper referantur.

3 Matrimonium conscientiæ non est adnotandum in consueto matrimoniorum ac baptizatorum libro, sed in peculiari libro servando in secreto Curiæ archivo.

4 Advertat autem Parochus, ut in libris tam baptizatorum et confirmatorum, quam matrimoniorum et defunctorum exprimat semper non solum nomen personarum, quæ ibi nominantur, sed etiam cognomen seu familiam. Vide C. J. C. can 470.

APPENDIX

DIVERSÆ FUNCTIONES SACRÆ

Facient mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum. Ex. 25,8.
INRI
Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris. Is. 12, 3.

1

DE EXPOSITIONE ET REPOSITIONE SS. ALTARIS SACRAMENTI

Duplex distinguitur expositio Sanctissimi: publica nimirum et privata. Publica est ea, quæ fit cum Ostensorio in throno tabernaculi patenter collocato; privata vero est ea, quæ fit cum Pyxide seu Ciborio. Ad liceitatem expositionis publicæ requiritur: 1) causa publica; 2) licentia Ordinarii loci. In singulis diœcesibus Ordinarius proprius statuit occasiones, in quibus permittit publicam expositionem Sanctissimi. Parocho non licet proprio marte præsuscipere expositionem Sanctissimi cum Ostensorio. — Ad liceitatem expositionis privatæ, hoc est cum Ciborio, non requiritur licentia Ordinarii, sed relinquitur prudenti judicio Parochi, ut non ad suam personalem devotionem peragendam, sed ex communi populi indigentia sive spirituali, sive temporali suis occasionibus possit exponere Sanctissimum in Ciborio et coram illo absolvere cum fideli populo opportunam devotionem.

Circa expositionem et repositionem Sanctissimi sequentes observentur regulæ:

Altare expositionis ad normas liturgicas decenter est exornandum et cavendum est, ne ornamenta altaris theatralem præseferant speciem, uti si parvæ lampades variis distinctæ coloribus disponantur. Ipsum vero Ostensorium non licet vivis, — eo minus artificiosis flosculis aut fasciolis decorare. Tempore expositionis Reliquiæ sacræ, si sint amovibiles, removeantur ab altari, pariter removendæ sunt extra Missam tabellæ Secretarum. In throno expositionis præter Ostensorium nihil est collocandum. Sanctissimum cum Ciborio non licet exponere in throno, sed solum in mensa altaris. Ad expositionem publicam in altari accendantur duodecim, — vel si ecclesia sit pauper, adminus octo, — pro privata vero expositione ardeant octo, vel adminus sex cerei albi. — Si in ecclesia præter altare expositionis habeatur aliud altare, in quo Sanctissimum pro Communione asservari potest, tunc ad altare expositionis durante expositione S. Communio distribui nequit.

Sanctissimo Sacramento, ubicumque deponitur, sive intra tabernaculum, sive in throno tabernaculi, sive in mensa altaris, semper substerni debet corporale mundum totaliter explicatum, vel propter angustiam loci saltem complicatum aut palla.

Pro incensatione solius Sacramenti Officians stans imponit thus absque ulla benedictione et nihil dicens. Incensari debet Sanctissimum ter duplici ductu: Officians nimirum genuflexus apprehendit manu sinistra in superiore parte catenularum existentem anulum manubrii thuribuli, sicque manum sinistram toto incensationis tempore suo pectori adplicatam tenet, manu vero dextra accipit catenulas prope thuribuli operculum et ita ipsum thuribulum a loco cinguli elevat usque ad faciem et inde movet illud versus Sanctissimum, denique reducit thuribulum ad locum cinguli; talis vibratio thuribuli fit tribus vicibus, facta per Officiantem ante primam et post tertiam vibrationem profunda capitis inclinatione. Ergo non recte peragunt incensationem, qui faciunt cum thuribulo sic dictos simplices ductus, nempe thuribulum a suo pectore versus Sanctissimum linea recta vibrando moxque ad suum pectus reducendo; eo minus recte incensant, qui thuribulum in forma crucis vibrant; nec recte fit, si inclinatio capitis peragatur post singulum ductum, cum peragenda sit solum ante primum et post tertium ductum. — Sanctissimum incensatur ter duplici ductu sive sit cum Ostensorio, sive cum Ciborio expositum, eo tamen cum discrimine, quod in expositione publica incensatio semper debeat peragi, in privata vero expositione incensatio omitti possit.

Color hujus Sacramenti est albus. Quapropter in functionibus coram Sanctissimo exposito paramenta Officiantis et Ministrorum sacrorum albi coloris sint oportet. Si autem expositio, repositio, benedictio, processio cum Ss. Sacramento ita cohæreat alicui officio liturgico, e. gr. Missæ aut Vesperis, ut Officians paratus ab altari non recedat, paramenta correspondeant colori officii diei, excepto colore nigro. Quatenus vero recedat et repositio etc. habeatur tamquam functio separata et distincta ab officio, utendum est paramentis coloris albi. Velum humerale omni in casu sit coloris albi.

Sacerdos sine Ministris sacris peragens extra Missam expositionem publicam debet esse indutus superpelliceo, stola et pluviali; si vero eam facit cum Ministris sacris suis vestibus indutis, debet assumere amictum, albam cum cingulo, stolam in pectore transversam et pluviale; ad expositionem privatam Officians induit tantum superpelliceum et stolam.

Sacerdos celebrans Missam coram exposito Sanctissimo debet in Missa ad normam Rubricarum sumere Commemorationem de Ss. Sacramento. Officians peragens extra Missam devotionem coram Sanctissimo sive publice sive private exposito ante benedictionem cum Sacramento debet recitare aut cantare, uti suo loco notatur, Versiculum Panem de cælo, etc. cum Oratione Deus, qui nobis sub Sacraménto, etc., quæ si sit ultima, finiatur cum breviore clausula Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Si coram exposito Ss. Sacramento contionandum sit, ante Sanctissimum ponatur velamen; contionator ipse sermonem faciat capite detecto, nec cerei præcepti exstinguendi sunt.

Quoad sacram Hostiam in Ostensorio recondendam striete observentur regulæ de renovatione sacrarum Specierum. Si Ostensorium relinquatur vacuum, removendum est a tabernaculo et solum pro futura expositione adferendum est ad Altare. Cavendum est, ne vacuum Ostensorium in Ecclesia portetur per laicum Sacristanum.

Ipsa expositio et repositio Sanctissimi publica necnon privata ex longæva apud nos vigente consuetudine, quæ sine perturbatione et offensione populi non potest abrogari, sequenti perficitur modo:

I Sacerdos paratus cum Ministris sacris accedit ad Altare, ubi in plano genuflectit et dein super infimum gradum in genua procumbens exspectat, donec Diaconus Sanctissimum e tabernaculo debitis cum reverentiis extrahit, super corporale in mensa Altaris collocat et semet paulum ad latus Epistolæ retrahens descendit ad planum. Interea chorus vel populus, comitante organo, cantat unam stropham e vulgari cantilena in honorem Ss. Sacramenti. Tunc Sacerdos stans in plano, Diacono tenente thuribulum et Subdiacono porrigente naviculam modo supra explicato imponit thus et genuflexus incensat Sanctissimum. Imposito sibi velo humerali ascendit ad Altare una cum Diacono, ubi uterque genuflectit, surgit et Sacerdos e manibus Diaconi accipit Ostensorium, cujus nodum tegit extremitatibus veli, corporali relicto in mensa Altaris, vertit se dextrorsum ad populum et Sanctissimum tenens ante faciem intonat stropham Hymni Tantum ergo Sacraméntum, quam chorus vel populus prosequitur usque ad finem strophæ, ut supra in fine Processionis theophoricæ. Diaconus interea genuflexus manet in supremo gradu versus cornu Epistolæ, Subdiaconus vero in infimo gradu in medio Altaris genuflexus Sacramentum continue incensat. Finita stropha et omnibus silentibus Sacerdos dat benedictionem cum Sanctissimo, nempe Ostensorium paululum supra oculos elevat, dein dimittit infra pectus, iterum elevat usque ad pectus, dein linea recta ducit ad sinistrum humerum, inde pariter linea recta reducit ad dexterum humerum, atque denuo reducit ad pectus ac tandem dextrorsum convertit se ad Altare perficiens circulum, uti in Missa ad: Oráte, fratres. In actu benedictionis ministrans moderate pulsat campanulam. Sacerdos dein, tradito Ostensorio in manus Diaconi, qui illud in throno collocat supra corporale, descendit ad planum, ubi, cum pervenerit etiam Diaconus, fit per Sacerdotem sueta incensatio Sanctissimi.

Sequitur Missa, aut Litaniæ, aut alia Officia coram exposito Sanctissimo, quibus finitis, Sacerdos cum Ministris in infimo gradu Altaris procumbens in genua, profunda capitis inclinatione faciunt Sanctissimo reverentiam et chorus vel populus comitante organo incipit cantare alteram stropham e vulgari cantilena in honorem Ss. Sacramenti. Tunc Sacerdos stans in plano imponit thus et genuflexus ter duplici ductu incensat Sanctissimum, quo facto Diaconus ascendit ad Altare, deponit e throno Sanctissimum et nunc Sacerdos ascendit ad Altare, genuflectit et pro facienda repositione e manibus Diaconi accipit Sanctissimum, quod ante faciem tenens vertit se

ad populum et intonat stropham Hymni Genitóri, Genitóque, quam chorus vel populus cantat usque ad finem. Et omnibus silentibus, sonante solum campanula, Sacerdos iterum dat benedictionem cum Sanctissimo, ut supra, nihil dicens. Data benedictione Diaconus accipit e manibus Sacerdotis et in mensa Altaris super corporale collocat Sanctissimum, Sacerdos, ne terga vertat Sanctissimo, paululum e latere Evangelii et Diaconus aliquantulum e latere Epistolæ descendunt ad planum, ubi facta de more incensatione, Diaconus solus ascendit ad Altare, genuflectit, Ss. Sacramentum reponit in tabernaculum et facta ab omnibus debita reverentia, claudit tabernaculum. Tandem post genuflexionem omnium in plano, recedunt in Sacristiam.

Si functiones fiant sine Ministris sacris, ipse Officians munia supradicta obire debet.

II Pro privata expositione Sanctissimi, Sacerdos induit superpelliceum et stolam (pluviale non præscribitur), capite cooperto, præcedentibus duobus ministrantibus accedit ad Altare, in quo saltem sex cerei sint accensi. Facta ibi genuflexione in plano, ascendit ad Altare, tabernaculum aperit, genuflectit, Ciborium extrahit, super corporale collocat in mensa Altaris et tabernaculum claudit. Interea populus cantat unam stropham e vulgari cantilena in honorem Ss. Sacramenti. Sacerdos, iterum facta genuflexione, ne terga vertat Sanctissimo, semet paulum retrahit ad latus Evangelii et descendit ad planum, ubi in infimo gradu Altaris in genua procumbit. Incensare Sanctissimum potest, sed non debet. Nunc Sacerdos recitat alternatim cum populo preces, uti Rosarium, vel per populum cantantur Litaniæ. Quibus finitis, si devotio asservetur tempore pomeridiano, cantatur per populum Antiphona Marialis, quæ solet recitari in fine Officii divini et dein post ejus Versiculum Sacerdos addit Versiculum Panem de cælo, etc., et Orationi Antiphonæ adjungit Orationem de Sanctissimo. Si vero devotio peragatur tempore antemeridiano, tunc, omissa Antiphona Mariali, post preces aut cantum Sacerdos recitat aut cantat Versiculum et Orationem de Sanctissimo. Tandem canitur per populum altera stropha cantilenæ in honorem Ss. Sacramenti, qua finita Sacerdos facta inclinatione capitis profunda, ascendit ad Altare, genuflectit, et conversus ad populum cum Ciborio dat in forma crucis benedictionem, sub qua ministrans pulsat campanulam. Sacerdos reversus ad Altare, deponit Ciborium in mensa Altaris, genuflectit, aperit tabernaculum, in quo recondit Ciborium, genuflectit, claudit tabernaculum et factis Altari debitis reverentiis, capite cooperto, cum ministrantibus recedit in Sacristiam.

Privata expositio Sanctissimi nonnumquam peragitur immediate post Missam; tunc Sacerdos retinet paramenta Missæ (exceptis nigri coloris, quæ deponuntur, et assumitur stola albi coloris) et collocato calice Missæ in mensa Altaris ad latus Evangelii, omnia absolvit ad expositionem Sanctissimi, uti supra explicatum est. Si sub Missa ardebant solum duo cerei, ad expositionem accendantur adhuc quatuor.

De custodia et cultu Ss. Eucharistiæ recole in C. J. C. canones 1265—1275.

2
DE MISSA BIS EADEM DIE CELEBRANDA

Instructio a S. R. C. edita die 11 Martii 1858 pro Sacerdote facultatem habente bis Missam eadem die celebrandi.

Quando Sacerdos eadem die duas Missas dissitis in locis celebrare debet, in prima, dum divinum Sanguinem sumit, eum diligentissime sorbeat. Exinde super corporale ponat Calicem et palla tegat, ac junctis manibus in medio Altari dicat: Quod ore súmpsimus, etc., et subinde admoto aquæ vasculo digitos lavet dicens: Corpus tuum, etc., et abstergat.

Hisce peractis Calicem, super corporale manentem adhuc, deducta palla cooperiat, ceu mos est, scilicet primum purificatorio linteo, deinde patena ac palla, et demum velo.

Post hæc Missam prosequatur, et completo ultimo Evangelio, rursus stet in medio Altaris, et detecto Calice, inspiciat, an aliquid divini Sanguinis nec ne ad imum se receperit, quod plerumque contingit. Quamvis enim sacræ species primum sedulo sorptæ sint, tamen, dum sumuntur, cum particulæ, quæ circum sunt, undequaque sursum deferantur, nonnisi deposito Calice ad imum redeunt. Si itaque divini Sanguinis gutta quædam supersit adhuc, ea rursus ac diligenter sorbeatur, et quidem ex eadem Calicis parte, qua ille primum est sumptus. Quod nullimode omittendum est, quia Sacrificium moraliter durat, et superexstantibus adhuc vini speciebus, ex divino præcepto compleri debet.

Postmodum Sacerdos in ipsum Calicem tantum saltem aquæ fundat, quantum prius vini posuerat, eamque circumactam, ex eadem parte, qua S. Sanguinem biberat, in paratum vas demittat. Calicem subinde ipsum purificatorio linteo abstergat, ac demum cooperiat, uti alias fit, atque ab Altari discedat.

Depositis sacris vestibus, et gratiarum actione completa, aqua e Calice demissa, pro rerum adjunctis, vel ad diem crastinum servetur (si nempe eo rursus Sacerdos redeat, Missam habiturus), et in exsequenda purificatione in Calicem demittatur, vel gossypio aut stuppa absorpta comburatur, vel in sacrario, si sit, exsiccanda relinquatur, vel demittatur in piscinam.

Cum autem Calix, quo Sacerdos primum est usus, purificatus jam sit, si illo ipso pro Missa altera indigeat, eum secum deferat: secus vero in altera Missa diverso Calice uti poterit.

℣ Quando vero Sacerdos eadem die duas Missas in eadem ecclesia offerre debet, se gerat uti supra dictum est, sed absoluta Missa quin Calicem purificet, si in ecclesia non sit sacristia, eum eodem modo super Altare relinquet; secus vero in sacristiam deferet, ibique super corporale vel pallam in aliquo loco decenti et clauso collocabit usque ad secundam Missam, in qua, cum eodem Calice uti debeat, illum rursus cum hostia consecranda secum deferet ad Altare, ac super corporale extensum reponet.

Cum autem in secunda Missa Sacerdos ad Offertorium devenerit, ablato velo de Calice, hunc parumper versus cornu Epistolæ collocabit, sed non

extra corporale; factaque hostiæ oblatione, non absterget Calicem purificatorio, sed eum intra corporale relinquens leviter elevabit, vinumque et aquam eidem caute infundet, ipsumque Calicem nullatenus ab intus abstersum more solito offeret. (E Rituali Rom.)

3

ORDO
AD RECIPIENDUM SOLEMNITER EPISCOPUM

1 Cum Episcopus oppidum aliquod, sive Parochiam, ad Sacramentum Confirmationis administrandum est ingressurus, Parochus indutus superpelliceo, stola et pluviali, cum populo sub Cruce congregato, ad portam Ecclesiæ eum præstolatur, et advenienti offert Crucem osculandam, dein aspersorium cum aqua benedicta, quod Prælatus accipiens, aspergit primo seipsum, deinde populum. Mox procedunt ad Altare majus Ecclesiæ, et ibi Episcopus super genuflexorio, ante infimum gradum Altaris locato, procumbit et orat. Parochus autem cum ministris ad cornu Epistolæ Altaris consistit, versus ad orantem detecto capite.

2 In Processione per Ecclesiam Chorus decantat Responsorium:

Ecce Sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo. * Ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.

℣. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Ideo, etc. Glória Patri, etc. Ideo, etc.

Aut vero hujus loco cantat populus lingua vernacula:

Slavice: Ejhla kňaz veliký, etc.;
Germanice: Dem Hirten laßt erschallen, etc.;
Hungarice: Isten hozta hiv nyájához, etc.

3 Finito cantu Chori, Parochus stans in cornu Epistolæ Altaris detecto capite intonat:

℣. Protéctor noster áspice, Deus.
℟. Et réspice in fáciem Christi tui.
℣. Salvum fac servum tuum Antístitem nostrum N.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Nihil proficiat inimícus in eo.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui facis mirabília magna solus: præténde super hunc fámulum tuum, et cunctas congregatiónes illi commíssas, Spíritum grátiæ salutáris; et, ut in veritáte tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuæ benedictiónis infúnde. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

4 His dictis cantatur aliqua Antiphona de Patrono Ecclesiæ, cum Versiculo, et surgens Episcopus ascendit ad Altare, osculaturque illud in medio, et procedit ad cornu Epistolæ, ubi stans ad ipsum Altare versus, cantat orationem de dicto Sancto, deinde ad medium Altaris revertitur, ubi stans, dat solemnem benedictionem populo dicens:

℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.
℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Benedícat vos omnípotens Deus, Pater, ✠ et Fílius, ✠ et Spíritus ✠ Sanctus.

5 Deinde Parochus et Clerici, dimissis paramentis associant Prælatum usque ad diversorium suum.

4
INSTALLATIO PAROCHORUM

1 Legitimam missionem ad exercendum munus pastorale necessariam esse, nemo ambigit. Hæc quidem sine aliqua solemnitate quoque locum habere potest; plurimum tamen interest, ut populo quoque sensibili quadam ratione innotescat, pastorem sibi ab illo præfigi, quem posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei.

2 Ritus, quo Parochus ad munus suum introducitur, est prout sequitur: Statuto die ADiaconus vel VADiaconus qua installans, pluviali indutus, et Parochus installandus superpelliceo et stola vestitus, vadunt ad aram principalem, in cujus infimo gradu genuflexi aliquantulum orant, donec quippe in choro Hymnus Veni, Sancte Spíritus, per VADiaconum intonandus decantatus fuerit. Tum VADiaconus cantat:

℣. Emítte spíritum tuum, et creabúntur. (T. P. Allelúja.)

℟. Et renovábis fáciem terræ. (T. P. Allelúja.)

Orémus. Oratio

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde VADiaconus ad cornu Evangelii sedens occasionem adventus sui paucis exponit, Decretum institutionis canonicæ patrio sermone publicari facit, hocque publicato novus Parochus Professionem fidei propter populum lingua vernacula elicit. His præstitis, VADiaconus tradit Parocho claves Ecclesiæ, ceu symbola sacræ potestatis et librum Pericoparum evangelicarum, opportunam ubique adhortationem subjungens. Tunc Parochus ambonem conscendit, populum suum, jam ceu legitimus pastor salutat, seque caritati et precibus ejusdem impense commendat. Sequitur dein Missa, per novum Parochum cantanda. VADiaconus actum hunc Ordinariatui referet.

5
DEVOTIONES POMERIDIANÆ

1 Diebus Dominicis aliisque festivis non tantum ante meridiem est asservandus cultus divinus, sed etiam post meridiem. Hic varius est secundum consuetudinem singularum diœcesium. Sed pro generali norma servire potest, quod Dominicis serventur Litaniæ Lauretanæ, Festis vero Vesperæ, in fine ambarum sueto more dicitur finalis Antiphona Marialis, cantatur una alterave stropha e populari cantilena sacra ac tandem datur benedictio cum Ciborio. — Festo Nativitatis Domini, item Dominicis Paschatis et Pentecostes, nec non solemni Festo Patroni Ecclesiæ sicut ante meridiem, ita etiam post meridiem coram exposito Sanctissimo asservatur cultus divinus. — Infra Octavam Festi Corporis Christi quotidie dicuntur Missa et post meridiem Litaniæ de Ss. Nomine Jesu coram Sanctissimo publice exposito.

2 Prima Feria VI uniuscujusque mensis, vel, ut potissimum, insequenti Dominica asservantur Litaniæ in honorem Ss. Cordis Jesu cum suis precibus coram exposito Sanctissimo in Ostensorio. His diebus accedunt fideles ad Sacramenta Pœnitentiæ et Altaris.

3 Tempore Quadragesimæ Feriis VI vel Dominicis post meridiem agitur devotio quadragesimalis, quæ consistit in decantatione Psalmi 50 Miserére cum suis precibus, Antiphonæ Marialis et unius alteriusve strophæ e populari cantilena quadragesimali coram Sanctissimo publice exposito. — Alicubi Sacerdos cum populo absolvit devotionem Viæ crucis.

4 Mense Majo quotidie tempore vespertino cantantur Litaniæ Lauretanæ cum finali Antiphona, nec non una alterave stropha e cantilena Mariali.

5 Mense Octobri quotidie tempore vespertino coram Sanctissimo exposito recitantur Rosarium, Litaniæ Lauretanæ et Oratio ad S. Joseph et ante repositionem Sanctissimi cantatur finalis Antiphona Marialis cum suo Versiculo et Oratione, cui adjunguntur Versiculus et Oratio de Sanctissimo. Ubi Octobralis devotio nequit asservari post meridiem, ibi per populum recitatur Rosarium cum reliquis precibus mane sub Missa lecta.

6 Die 15 Maji incipit devotio octo dierum in honorem S. Joannis Nepomuceni; quotidie tempore vespertino cantantur Litaniæ Lauretanæ, finalis Antiphona Marialis, nonnullæ strophæ e cantilena S. Joannis et ubi adsunt, porriguntur fidelibus ad osculandum reliquiæ hujus Sancti. Hæc devotio coincidit cum devotione Majana; Versiculo Oriationique Antiphonæ Marialis adjunguntur sequentia:

℣. Sacraméntum regis abscóndere bonum est. (T. P. Allelúja.)

℟. Opera autem Dei reveláre honorificum. (T. P. Allelúja.)

Orémus. Oratio

Deus, qui ob invíctum beáti Joánnis sacramentále siléntium nova Ecclésiam tuam martýrii coróna decorásti: da; ut ejus exémplo et intercessióne, ori nostro custódiam ponéntes, beátis, qui lingua non sunt lapsi, annumerémur. Per Christum, Dóminum nostrum.

℟. Amen.

7 Ad suprafatas devotiones recte peragendas aptum adminiculum præstant libri precum et cantionalia in lingua vernacula exarata et a competenti Ordinariatu adprobata.

6

QUATUOR ANTIPHONÆ DE B. MARIA V.

A I Vesperis Dominicæ I Adventus usque ad Festum Purificationis B. Mariæ V.

Ant. Alma Redemptóris Mater, quæ pérvia cæli porta manes, et stella maris, succúrre cadénti, súrgere qui curat, pópulo: tu quæ genuísti, natúra miránte, tuum sanctum Genitórem, Virgo prius ac postérius, Gabriélis ab ore sumens illud Ave, peccatórum miserére.

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.
℟. Et concépit de Spíritu Sancto.

Orémus. Oratio

Grátiam tuam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris infúnde: ut, qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus; per passiónem ejus et crucem, ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

A I Vesperis Nativitatis Domini et deinceps

℣. Post partum, Virgo, invioláta permansísti.
℟. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

Orémus. Oratio

Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti: tribue, quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum.
℟. Amen.

A Festo Purificationis B. M. V. usque ad Feriam V in Cœna Domini

Ant. Ave, Regína cælórum, ave, Dómina Angelórum: Salve, radix, salve, porta, ex qua mundo lux est orta: Gaude, Virgo gloriósa, super omnes speciósa. Vale, o valde decóra, et pro nobis Christum exóra.
℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Orémus. Oratio

Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsídium: ut, qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus; intercessiónis ejus auxílio, a nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.
℟. Amen.

A Sabbato Sancto usque ad Pentecosten

Antiphona

Regína cæli, lætáre, allelúja:
Quia quem meruísti portáre, allelúja,
Resurréxit, sicut dixit, allelúja:
Ora pro nobis Deum, allelúja.

℣. Gaude et lætáre, Virgo Maria, allelúja.
℟. Quia surréxit Dóminus vere, allelúja.

Orémus. Oratio

Deus, qui per resurrectiónem Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi, mundum lætificáre dignátus es: præsta, quæsumus; ut, per ejus Genitricem Vírginem Mariam, perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

A Festo Ss. Trinitatis usque ad Adventum

Ant. Salve, Regína, mater misericórdiæ; vita, dulcédo et spes nostra, salve. Ad te clamámus éxsules fílii Hevæ. Ad te suspirámus geméntes et flentes in hac lacrimárum valle. Eja ergo, advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsílium osténde. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Maríæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu Sancto cooperánte, præparásti: da, ut, cujus commemoratióne lætámur; ejus pia intercessióne, ab instántibus malis, et a morte perpétua liberémur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum.
℟. Amen.

7

GRATIARUM ACTIO
PRO FELICITER TERMINATO ANNO

1 Die 31 Decembris tempore vespertino facto compulsu, populus, comitante organo decantat in lingua vernacula sacrum Hymnum pro hac solemnitate accomodatum.

2 Ad tertium versum Sacerdos conscendit ambonem, et dicit sacrum sermonem. Terminata exhortatione superpelliceo, stola et pluviali albi coloris indutus accedit ad Altare, et more solito Sanctissimum e Tabernaculo extrahit, incensat et intonat:

Tantum ergo Sacraméntum,

dataque benedictione, Ostensorium in fastigio Tabernaculi collocat et iterum incensat. Dein formata prius Cruce præorat ut sequitur:

Litaniæ Sanctissimi Nominis Jesu

Kýrie, eléison.
Christe, eléison.
Kýrie, eléison.
Jesu, audi nos.
Jesu, exáudi nos.
Pater de cælis, Deus, miserére nobis.
Fili, Redémptor mundi, Deus, miserére nobis.
Spíritus Sancte, Deus, miserére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miserére nobis.
Jesu, Fili Dei vivi, miserére.
Jesu, splendor Patris, miserére nobis.
Jesu, candor lucis ætérnæ, miserére nobis.
Jesu, rex glóriæ, miserére.
Jesu, sol justítiæ, miserére.
Jesu, Fili Maríæ Vírginis, miserére nobis.
Jesu, amábilis, miserére.
Jesu, admirábilis, miserére.
Jesu, Deus fortis, miserére.
Jesu, pater futúri sæculi, miserére nobis.
Jesu, magni consílii ángele, miserére nobis.
Jesu potentíssime, miserére.
Jesu patientíssime, miserére.
Jesu obœdientíssime, miserére nobis.
Jesu, mitis et húmilis corde, miserére nobis.
Jesu, amátor castitátis, miserére nobis.
Jesu, amátor noster, miserére.
Jesu, Deus pacis, miserére.
Jesu, auctor vitæ, miserére.
Jesu, exémplar virtútum, miserére nobis.
Jesu, zelátor animárum, miserére nobis.
Jesu, Deus noster, miserére.
Jesu, refúgium nostrum, miserére nobis.
Jesu, pater páuperum, miserére nobis.
Jesu, thesáure fidélium, miserére nobis.
Jesu, bone pastor, miserére.
Jesu, lux vera, miserére.
Jesu, sapiéntia ætérna, miserére nobis.

Jesu, bónitas infiníta, miserére nobis.
Jesu, via et vita nostra, miserére nobis.
Jesu, gáudium Angelórum, miserére nobis.
Jesu, rex Patriarchárum, miserére nobis.
Jesu, magíster Apostolórum, miserére nobis.
Jesu, doctor Evangelistárum, miserére nobis.
Jesu, fortitúdo Mártyrum, miserére nobis.
Jesu, lumen Confessórum, miserére nobis.
Jesu, púritas Vírginum, miserére nobis.
Jesu, coróna Sanctórum ómnium, miserére nobis.
Propítius esto, parce nobis, Jesu.
Propítius esto, exáudi nos, Jesu.
Ab omni malo, líbera nos, Jesu.
Ab omni peccáto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
Ab insídiis diáboli, líbera nos, Jesu.
A spíritu fornicatiónis, líbera.
A morte perpétua, líbera.
A negléctu inspiratiónum tuárum, líbera.
Per mystérium sanctæ incarnatiónis tuæ, líbera.
Per nativitátem tuam, líbera.
Per infántiam tuam, líbera.
Per diviníssimam vitam tuam, líbera.
Per labóres tuos, líbera.
Per agóniam et passiónem tuam, líbera.
Per crucem et derelictiónem tuam, líbera.
Per languóres tuos, líbera.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera.
Per resurrectiónem tuam, líbera.
Per ascensiónem tuam, líbera.
Per sanctíssimæ Eucharístiæ institutiónem tuam, líbera.
Per gáudia tua, líbera.
Per glóriam tuam, líbera.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis, Jesu.
Jesu, audi nos.
Jesu, exáudi nos.

Orémus. Oratio

Dómine Jesu Christe, qui dixísti: Pétite, et accipiétis; quærite, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis: quæsumus, da nobis peténtibus diviníssimi tui amóris affféctum, ut te toto corde, ore et ópere diligámus, et a tua numquam laude cessémus.

Sancti Nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum: quia numquam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditáte tuæ dilectiónis instítuis: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Slavice:

Litánie o najsvät. Mene Ježišovom

Pane, smiluj sa nad nami.
Kriste, smiluj sa nad nami.
Pane, smiluj sa nad nami.
Ježišu, usly nás.
Ježišu, vyslyš nás.
Otče s nebies, Bože,
smiluj sa nad nami.
Synu, Vykupiteľu sveta, Bože,
smiluj sa nad nami.
Duchu svätý, Bože, smiluj.
Svätá Trojico, jeden Bože,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, Synu Boha živého,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, odblesk Otca, smiluj.
Ježišu, žiaro svetla večného,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, kráľu slávy,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, slnce spravodlivosti,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, Synu Marie Panny,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, premilý, smiluj.
Ježišu, predivný, smiluj.
Ježišu, Bože silný, smiluj.
Ježišu, Otče budúceho veku,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, veľkej rady anjelu,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, najmocnejší, smiluj.
Ježišu, najtrpezlivejší, smiluj.
Ježišu, najposlušnejší, smiluj.
Ježišu, tichý a pokorný
srdcom, smiluj sa nad nami.
Ježišu, milovníku čistoty,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, milovníku náš, smiluj.
Ježišu, Bože pokoja, smiluj.
Ježišu, pôvodco života, smiluj.
Ježišu, príklade čností, smiluj.
Ježišu, horliteľu duší, smiluj.
Ježišu, Bože náš, smiluj.
Ježišu, útočište naše, smiluj.
Ježišu, otče chudobných,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, poklade veriacich,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, pastieru dobrý,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, svetlo pravé, smiluj.
Ježišu, múdrosť večná, smiluj.
Ježišu, dobroto nekonečná,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, cesto a živote náš,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, radosť anjelov, smiluj.
Ježišu, kráľu patriarchov,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, majstre apoštolov,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, učiteľu evanjelistov,
smiluj sa nad nami.
Ježisu, silo mučeníkov,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, svetlo vyznávačov,
smiluj sa nad nami.
Ježišu, čistoto panien, smiluj.
Ježišu, koruno všetkých svä-
tých, smiluj sa nad nami.
Buď nám milostivý,
Odpusť nám, Ježišu.
Buď nám milostivý,
Usly nás, Ježišu.
Od všetkého zlého,
vysloboď nás, Ježišu.
Od každého hriechu, vysloboď.
Od hnevu Svojho, vysloboď.
Od úkladov diablových,
vysloboď nás, Ježišu.
Od ducha smilného, vysloboď.
Od večnej smrti, vysloboď.

Od zanedbávania Svojich vnuknutí, vysloboď nás, Ježišu.
Skrze tajemstvo Svojho svätého vtelenia, vysloboď.
Skrze narodenie Svoje, vysloboď nás, Ježišu.
Skrze sväté detinstvo Svoje, vysloboď nás, Ježišu.
Skrze božský život Svoj, vysloboď nás, Ježišu.
Skrze práce Svoje, vysloboď.
Skrze smrteľnú úzkosť a umučenie Svoje, vysloboď.
Skrze kríž a opustenosť Svoju, vysloboď nás, Ježišu.
Skrze mdloby Svoje, vysloboď nás, Ježišu.
Skrze smrť a pohrobenie Svoje, vysloboď nás, Ježišu.
Skrze vzkriesenie Svoje, vysloboď nás, Ježišu.
Skrze nanebovstúpenie Svoje, vysloboď nás, Ježišu.
Skrze svoje ustanovenie najsv. Sviatosti oltárnej, vysloboď.
Skrze radosti Svoje, vysloboď.
Skrze slávu Svoju, vysloboď.
Baránku Boží, ktorý snímaš hriechy sveta, Odpusť nám, Ježišu.
Baránku Boží, ktorý snímaš hriechy sveta, Vyslyš nás, Ježišu.
Baránku Boží, ktorý snímaš hriechy sveta, Smiluj sa nad nami, Ježišu.
Ježišu, uslyš nás.
Ježišu, vyslyš nás.

Modlime sa.

Pane Ježišu Kriste, ktorý si povedal: „Proste a dá sa vám; hľadajte a najdete; klopajte a otvorí sa vám“; prosíme, daj nám žiadajúcim cit božskej lásky svojej, aby sme Ťa celým srdcom, ústami i skutkami milovali a Teba chváliť nikdy neprestávali.

Bázeň tiež i lásku svojho svätého mena, Pane, utvrď v nás na veky, lebo nikdy svojej opatery nezbavuješ, ktorých v stálosti svojej lásky posilňuješ. Ktorý žijes a kráľuješ na veky vekov. Amen.

Na koniec roku

O Bože, Otče nebeský, z ktorého nekonečnej dobrotivosti tento rok sme dokončili, vďaky vzdávame Tebe za všetky milosti, ktorými božská prozreteľnosť Tvoja v minulom roku nás požehnávala; spolu ale dôverujúc v milosrdenstvo Tvoje, pokorne Ťa prosíme: nech zostáva svätá milosť Tvoja s nami i na budúce; aby sme pozostávajúce dni svojho živobytia strávili k Tvojej sláve, k dobrému svojich bližných a k spaseniu svojich duší; aby sme tak konečný cieľ krátkeho tohoto života, život večný od Teba obsiahnuť mohli. Skrze Tvojho Syna, nášho Pána, Ježiša Krista. Amen.

Rozjímajúca modlitba
(kde sa nedrží kázeň)

O veľký Bože, všetkých vecí všemožúci Stvoriteľu, o niekoľko okamžení zase jeden rok sa pominie. Zmiznul on so všetkými protivenstvami, ktoré pretrpeť mnohokrát sme si ani netrúfali, zmiznul so všetkými radosťami, v ktorých nevieme ani jak veľkú blaženosť sme hľadali. Teraz už, milostivý Bože! Pane nad časom i nad večnosťou, počet skladáme pred Tebou, k čomu a jako sme vynaložili rok tento, ktorého skončenie tisíce a tisíce spolubratov našich nedožilo. Trasieme sa pred počtovaním týmto, a citiac vo svedomí, že sme mnoho zhrešili, už vopred za odpustenie prosíme.

O, jak málo dní je v tomto roku, ktoré nám budú môcť sposobiť sladkú a uspokojivú rozpomienku jednúc na smrteľnej posteli! Naproti ale, jak premnohé dni budú na nás žalovať pred Tebou, o Bože a Sudco náš, že sme ich, márnostiam sveta slúžiac, premárnili, a prestupovaním Tvojho svätého zákona ku Tvojej urážke, ku škode duší našich a k pohoršeniu bližného vynakladali.

O nekonečný Bože, jestli Ty hriechy, a previnenia naše porovnáš s tým nepatrným dobrým, ktoré sme, azda len svojej samoláske hovejúc, vykonali: zahanbení uznať musíme, že sme my boli menej hodní dobrodení tohoto roku z Tvojich rúk prijatých, než, mnohí iní, ktorých toho roku smrť zachvátila. A predsa väčšia bola Tvoja trpezlivosť, než naša nevďačnosť. Doprial si nám života, ačkoľvek sme ho nezaslúžili. Udeľoval si nám milosti svoje, ačkoľvek sme ich zle užívali.

O milosrdný Pane Bože náš, čo máme povedať my neúrodné stromy, ktoré Ty predsa v záhrade svojej až po dnes trpíš? — Uznávame, že všetko to dobré, čo sme toho roku zakúsili, len Tvojim darom bolo a zo štedrej ruky Tvojej pochádzalo. Ty, jako najlepší Otec, neprestajne staral si sa o nás; Ty si ochraňoval život náš, zdravie naše, blahobyt náš; Ty si nám dával každodenný chlieb náš; Ty si nám udeľoval milosti, Ty si osvecoval mysle naše, rozpaľoval srdcia naše, aby sme Ťa poznali, v Teba verili, v Teba dôverovali, Teba milovali. Ty si nám ponúkal milosti, aby sme hriechu sa chrániť, a po spáchaných hriechoch k Tebe nazpäť vrátiť sa mohli. Syn Tvoj Jednorodený, prostredník náš milostivý často spínal svoje ruky k Tebe, aby si nás netrestal pre neprávosti naše; presvätá krv jeho často volala za odpustenie hriechov našich, mnohokrát obdržali sme roz-

hrešenie od posväteného sluhu Tvojho, duchovného otca nášho, lebo sme sľubovali, že svoj život polepšíme. Uznávame, o Pane, že všetky tie nebespečenstvá a pohromy, od ktorých sme boli zachránení, požiare, povodne, krupobitia, búrky a iné škody, len Tvoja otcovská prozreteľnosť od nás odvrátila.

A za toľké dobrodenia Tvoje my len nevďačnostou sme sa odplácali. My, nestále stvorenia, na nesčiseľné sľuby svoje vždycky sme zabúdali. Zostali sme tí, čo sme predtým boli, alebo ešte horšími sme sa stali; a len Tvoje milosrdenstvo oratovalo nás, že sme nezahynuli v hriechoch svojich.

Ach Pane, nevchádzaj v súd s nami, lebo jestli na neprávosti naše pozorovať budeš, kto, o Pane, obstojí pred Tebou? So skrúšeným a kajúcim srdcom utiekame sa k milosrdenstvu Tvojmu: smy nesčiseľné hriechy naše krvou nevinného Baránka, ktorá na oltári kríža bola vyliata za ľudské pokolenie. O Bože, smiluj sa nad nami! Hľa s radosťou žiadame smeriť sa s Tebou, hotoví sme, novú smluvu s Tebou učiniť a v roku nastávajúcom nový život viesť v nábožnosti a spravodlivosti.

Však ale čože Ti obetovať máme, Bože náš, za tie rozličné dobrodenia, ktorých sme v tomto skonávajúcom roku účastní boli? Ach, kiežby teraz, keď pred Tebou kľačíme, veľkosť nám preukázanej lásky Tvojej hlboko nášho ducha prenikla a srdce naše večitou vďačnosťou naplnila! Nakoľko ale i tento cit vďačnosti jedine z otcovských rúk Tvojich jako dar očakávať možeme . . . preto pospiechali sme sem ku sv. oltáru Tvojmu, kde Syn Tvoj, Pán náš, Ježiš Kristus, prítomný je pod sposobom chleba, aby sme srdcia naše, duše naše, a všetko, čím vládneme, položiac na svätý oltár Tvoj; Tebe, dobrotivému Otcu nášmu, Pánu a Bohu nášmu jako obetu vďačnosti to obetovali, a na tvár svoju padnúc, Tebe sa klaňali, Teba chválili, zvelebovali a úpenlive Ťa prosili: neodnímaj od nás nehodných, ach! neodnímaj svätú milosť Svoju, ale prispej nám pomocou, aby sme, keď sme posiaľ dni spasenia márnili, aspoň pozostávajúcu dobu živobytia nášho, už ku koncu sa chýliaceho, spasonosne strávili, počnúc od tohoto okamženia Tebe vždy verne slúžili, a po tomto živote k Tebe sa dostať mohli. Skrze Pána nášho Ježiša Krista. Amen.

Germanice:

Litanei vom allerheiligsten Namen Jesu

Herr, erbarme Dich unser.
Christe, erbarme Dich unser.
Herr, erbarme Dich unser.
Jesu, höre uns.
Jesu, erhöre uns.
Gott Vater vom Himmel, — Erbarme Dich unser.
Gott Sohn, Erlöser der Welt,
Gott Heiliger Geist,
Heilige Dreifaltigeit, ein einziger Gott,
Jesu, Sohn des lebendigen Gottes,
Jesu, Abglanz des Vaters,
Jesu, Strahl des ewigen Lichtes,
Jesu, König der Herrlichkeit,
Jesu, Sonne der Gerechtigkeit,
Jesu, Sohn der Jungfrau Maria,
Jesu, Du liebenswürdiger,
Jesu, Du wunderbarer,
Jesu, starker Gott,
Jesu, Vater der zukünftigen Welt,
Jesu, Du Engel des großen Rates,
Jesu, Du mächtigster,
Jesu, Du geduldigster,
Jesu, Du gehorsamster,
Jesu, sanft und demütig vom Herzen,
Jesu, Liebhaber der Keuschheit,
Jesu, unser Liebhaber,
Jesu, Gott des Friedens,
Jesu, Urheber des Lebens,
Jesu, Vorbild der Tugenden,
Jesu, Eiferer der Seelen,
Jesu, unser Gott,
Jesu, unsere Zuflucht,
Jesu, Vater der Armen,
Jesu, Schatz der Gläubigen, Erbarme Dich unser.
Jesu, Du guter Hirt,
Jesu, Du wahres Licht,
Jesu, Du ewige Weisheit,
Jesu, Du unendliche Güte,
Jesu, unser Weg und unser Leben,
Jesu, Du Freude der Engel,
Jesu, König der Patriarchen,
Jesu, Meister der Apostel,
Jesu, Lehrer der Evangelisten,
Jesu, Stärke der Martyrer,
Jesu, Licht der Bekenner,
Jesu, Reinheit der Jungfrauen,
Jesu, Krone aller Heiligen,
Sei uns gnädig! — Verschone uns, o Jesu.
Sei uns gnädig! — Erhöre uns, o Jesu.
Von allem Übel! — Erlöse uns, o Jesu.
Von aller Sünde,
Von Deinem Zorne,
Von den Nachstellungen des Teufels,
Vom Geiste der Unlauterkeit,
Von dem ewigen Tode,
Von der Vernachlässigung Deiner Einsprechungen,
Durch das Geheimnis Deiner heiligen Menschwerdung,
Durch Deine Geburt,
Durch Deine Kindheit,
Durch Dein göttliches Leben,
Durch Deine mühevollen Arbeiten,
Durch Deine Todesangst und Dein Leiden,
Durch Dein Kreuz und Deine Verlassenheit,

Durch Deine Schmerzen,
Durch Deinen Tod und Dein Begräbnis,
Durch Deine Auferstehung,
Durch Deine Himmelfahrt,
Durch Deine Einsetzung des allerheiligsten Sakramentes des Altares,
Durch Deine Freuden,
Durch Deine Herrlichkeit,
O Du Lamm Gottes, welches Du hinwegnimmst die Sünden der Welt, — Verschone uns, o Jesu!
O Du Lamm Gottes, welches Du hinwegnimmst die Sünden der Welt, — Erhöre uns, o Jesu!
O Du Lamm Gottes, welches Du hinwegnimmst die Sünden der Welt, — Erbarme Dich unser, o Jesu!
Jesu, höre uns.
Jesu, erhöre uns.

Lasset uns beten!

Herr Jesus Christus, der Du gesagt hast: Bittet und ihr werdet empfangen; suchet und ihr werdet finden; klopfet an und es wird euch aufgetan werden: verleihe uns, wir bitten Dich, auf unser Flehen die Anmutung Deiner göttlichen Liebe, um Dich von ganzem Herzen mit Wort und Tat zu lieben und nimmer in Deinem Lobe zu ermüden.

Laß uns, o Herr, Deinen heiligen Namen allzeit ebenso fürchten, als lieben, da Du ja niemals denen Deine Leitung entziehest, welche Du in der Festigkeit Deiner Liebe erziehest; der Du lebst und regierst von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

Am letzten Tage des Jahres!

Himmlischer Vater, barmherziger Gott, durch dessen unendliche Güte wir dieses Jahr überlebt haben, wir danken Dir für alle jene Gnaden, mit welchen uns Deine göttliche Vorsehung im verflossenen Jahre überhäuft hat; auf Deine Barmherzigkeit vertrauend, bitten wir Dich demütigst: Deine heilige Gnade möge uns auch in Zukunft beistehen, damit wir die noch übrige Zeit unseres Lebens zu Deiner Ehre, zum Wohle unserer Nebenmenschen und zum Heile unserer Seelen anwenden, und so das Ziel unseres kurzen Daseins, die ewige Glückseligkeit von Dir erlangen mögen. Durch Jesus Christus, Deinen Sohn, unsern Herrn. Amen.

Betrachtendes Gebet
(wo keine Predigt abgehalten wird)

Allmächtiger Schöpfer aller erschaffenen Dinge, o großer Gott, nach einigen Augenblicken geht wieder ein Jahr zu Ende. Verflossen ist es, samt allen seinen Widerwärtigkeiten, deren

Ertragung uns oft unmöglich schien. Verschwunden ist es, samt allen seinen Freuden, in denen wir ein dauerhaftes Glück zu finden glaubten. Nun gütiger Gott, Herr der Zeit und der Ewigkeit, wir legen Dir Rechenschaft darüber ab, wie wir dieses Jahr verwendeten, dessen Ende tausend und tausend unserer Nebenmenschen nicht erlebt haben. Wir zittern vor dieser Rechenschaft, und weil wir in unserem Innern fühlen, daß wir zu wiederholten Malen gesündigt haben, flehen wir im voraus um Verzeihung.

O wie wenige Tage gibt es in diesem verflossenen Jahre, deren Erinnerung uns auf unserem Sterbebette zur Beruhigung gereichen wird. Im Gegenteil, wie unzählige Tage werden uns vor Dir, unserem furchtbar strengen Richter, anklagen, daß wir sie den Eitelkeiten der Welt gewidmet, und so verloren, Deine heiligen Gebote übertreten, nur zu Deiner Beleidigung und zum Verderben unserer eigenen, wie auch unserer Nebenmenschen Seelen anwendeten.

O großer Gott, wenn Du unsere Sünden und Versäumnisse mit dem wenigen Guten vergleichest, das wir vielleicht nur um uns zu schmeicheln ausübten: müssen wir mit Schamröte gestehen, daß wir der Wohltaten, die wir dieses Jahr aus Deiner Hand empfangen haben, viel unwürdiger waren, als unzählige andere, welche das Grab in diesem Jahre verschlungen. Aber Deine Langmut war noch größer, als unsere Undankbarkeit. Du ließest uns leben, obwohl wir es nicht verdienten, verliehest uns Deine Gnaden, obwohl wir dieselben mißbrauchten.

Herr, barmherziger Gott, was sollen wir sagen, wir unfruchtbaren Bäume, welche Du bis zum heutigen Tage in Deinem Garten duldetest? Wir erkennen, daß alle jene Gaben, deren wir in diesem Jahre teilhaftig wurden, Deine Geschenke waren und von Deiner Güte uns gegeben wurden. Du, unser bester Vater, hast unaufhörlich für uns gesorgt; Du beschütztest unser Leben, unsere Gesundheit, unsere Wohlfahrt; Du gabst uns das tägliche Brot; Du schenktest uns die Gnadenmittel, Du erleuchtetest unseren Verstand, entzündetest unser Herz, auf daß wir Dich erkennen, an Dich glauben, auf Dich vertrauen, und Dich lieben. Du gabst uns die Gnade, damit wir die Sünde vermeiden und von unseren begangenen Fehlern zu Dir zurückkehren. Dein heiliger Sohn, unser gütiger Fürsprecher, hob oftmals seine Hände zu Dir empor, daß Du uns unserer Sünden wegen nicht bestrafest. Oft flehte sein kostbares Blut um Verzeihung für unsere Sünden; oft erhielten wir durch Deinen bevollmäch-

tigten Diener, den Priester, die Vergebung unserer Sündenschuld, und wir versprachen, unser Leben zu bessern. Wir erkennen, o Herr, daß alles Unglück und jede Gefahr, aus der wir errettet wurden, daß Feuer, Wasser und andere Schäden, durch Deine gütige väterliche Vorsehung von uns abgewendet worden sind.

Wir aber haben so viele Wohltaten mit Undank vergolten: wir unbeständige Geschöpfe haben unsere, unzähligemal gefaßten Vorsätze unzähligemal vergessen; wir sind geblieben, wie wir waren, oder sind noch schlechter geworden; nur Deine große Barmherzigkeit bewahrte uns, daß wir in unseren Sünden nicht zugrunde gegangen sind.

O Herr, gehe nicht mit uns ins Gericht ein. Denn, wenn Du auf unsere Missetaten achtest, Herr, o Herr, wer könnte dann vor Dir bestehen! Mit einem zerknirschten, reumütigen Herzen flehen wir zu Deiner Barmherzigkeit: Tilge unsere zahllosen Sünden im Blute des unschuldigen Lammes, das am Altare des Kreuzes für das ganze Menschengeschlecht vergossen wurde. O Gott, erbarme Dich unser! Wir wünschen sehnlichst uns mit Dir auszusöhnen; wir sind bereit, mit Dir einen neuen Bund zu schließen und im neuen Jahre ein neues Leben in Frömmigkeit zu beginnen.

Aber, wie werden wir Dir, o großer Gott, die vielfältigen Wohltaten vergelten, welche wir im scheidenden Jahre von Deiner Gnade empfangen haben? O möchte doch jetzt, wo wir vor Deinem Angesichte knien, die ganze Größe Deiner göttlichen Liebe unsere Seelen durchdringen und unser Herz mit ewiger Dankbarkeit erfüllen. Da wir jedoch auch dieses Dankgefühl bloß aus Deiner väterlichen Huld erwarten können, deshalb flüchten wir uns zu Deinem Altare, wo Dein göttlicher Sohn, unser Herr Jesus Christus unter der Gestalt des Brotes zugegen ist. Wir legen unser Herz, unsere Seele und unser alles auf diesen heiligen Altar und bringen es Dir, unserem wohltätigen Vater, unserem Herrn und Gott, als Dankopfer; Dich beten wir auf unseren Knien an, loben und preisen Dich und bitten Dich inständigst: entziehe uns Unwürdigen, o, entziehe uns Deine Gnade nicht, sondern hilf, daß wir, wenn wir auch bis jetzt die Tage unseres Heiles verloren, den noch übrigen, seinem Ende nahenden Teil unseres Lebens zu unserem Heile verwenden, von diesem Augenblicke an immer Dir getreu dienen und nach diesem Leben zu Dir gelangen. Durch Jesus Christus, unsern Herrn. Amen.

Hungarice:

Litánia Jézus szent nevéről

Uram, irgalmazz nekünk.
Krisztus, kegyelmezz nekünk.
Uram, irgalmazz nekünk.
Jézus, hallgass minket.
Jézus, hallgass meg minket.
Mennybéli Atya Isten,
irgalmazz minekünk.
Megváltó Fiu Isten,
irgalmazz minekünk.
Szentlélek Úr Isten, irg.
Szentháromság egy Isten, irg.
Jézus, élő Istennek Fia,
irgalmazz minekünk.
Jézus, az Atyának fényessége,
irgalmazz minekünk.
Jézus, örök világosság ragyogása, irgalmazz minekünk.
Jézus, dicsőség királya, irg.
Jézus, az igazság napja, irg.
Jézus, Szüz Máriának fia, irg.
Jézus, szeretetünk legméltóbb tárgya, irg.
Jézus, csodák csodája, irg.
Jézus, erős Isten, irg.
Jézus, a jövendő idők atyja,
irgalmazz minekünk.
Jézus, az isteni örök végzés teljesitője, irg.
Jézus, végtelen hatalmu Urunk,
irgalmazz minekünk.
Jézus, béketürésnek csodálandó példája, irg.
Jézus, engedelmesség mestere,
irgalmazz minekünk.
Jézus, szelidség s alázatosság élőképe, irg.
Jézus, tisztaság szeretője, irg.
Jézus, szerető Urunk, irg.
Jézus, békesség Istene, irg.
Jésus, életnek szerzője, irg.
Jézus, minden erény példaképe, irgalmazz minekünk.
Jézus, lelkek buzgó keresője,
irgalmazz minekünk.
Jézus, mi Urunk, Istenünk, irg.
Jézus, mi menedékünk, irg.
Jézus, szegényeknek atyja,
irgalmazz minekünk.
Jézus, híveidnek kincse, irg.
Jézus, jó pásztor, irg.
Jézus, igaz világosság, irg.
Jézus, örök bölcseség, irg.
Jézus, végtelen jóság, irg.
Jézus, mi utunk és életünk,
irgalmazz minekünk.
Jézus, angyalok öröme, irg.
Jézus, patriárkák királya, irg.
Jézus, apostolok mestere, irg.
Jézus, evangelisták tanitója,
irgalmazz minekünk.
Jézus, vértanuk erőssége, irg.
Jézus, hitvallók világossága,
irgalmazz minekünk.
Jézus, szüzek tisztasága, irg.
Jézus, minden szentek koronája, irgalmazz minekünk.
Isten, irgalmazz nekünk,
Jézus, kegyelmezz nekünk.
Isten, irgalmazz nekünk,
Jézus, hallgass meg minket.
Minden gonosztól,
ments meg minket, Jézus.
Minden bűntől, ments.
A te haragodtól, ments.
Az ördög incselkedésétől,
ments meg minket, Jézus.
A tisztátalanság lelkétől,
ments meg minket, Jézus.
Az örök haláltól, ments.
A te sugallataid megvetésétől,
ments meg minket, Jézus.

Megtestesülésed szent titka által, ments.
Születésed által, ments.
Szent gyermekséged által, ments meg minket, Jézus.
Szentséges életed által, ments.
Sok fáradalmaid által, ments.
Halálgyötrelmed és szenvedésed által, ments.
Kereszted és elhagyatottságod által, ments.
Nagy fájdalmaid által, ments.
Halálod és eltemetésed által, ments meg minket, Jézus.
Feltámadásod által, ments.
Mennybemeneteled által, ments meg minket, Jézus.
Legszentebb Oltáriszentségnek szerzése által, ments meg minket, Jézus.
Örömeid által, ments.
A te dicsőséged által, ments.
Isten Báránya, ki elveszed a világ bűneit, Jézus, kegyelmezz minékünk.
Isten Báránya, ki elveszed a világ bűneit, Jézus, hallgass meg minket.
Isten Báránya, ki elveszed a világ bűneit, Jézus, irgalmazz minékünk.
Jézus, hallgass minket.
Jézus, hallgass meg minket.

Könyörögjünk

Uram Jézus Krisztus, ki azt mondottad: kérjetek és megadatik nektek, keressetek és találni fogtok, zörgessetek és megnyittatik nektek, add meg nekünk, kik téged esedezve kérünk, isteni szereteted indulatját, hogy téged teljes szivünkből, szóval és tettel keressünk és téged dicsérni soha meg ne szűnjünk.

Öntsd, Uram, szivünkbe szent nevednek állandó félelmét és szeretetét, mert gondviselésedből soha sem rekeszted ki azokat, kiket szeretetednek állhatatosságában megerősitesz. Ki élsz és uralkodol örökön örökké. Amen.

Az esztendő végére

Mennyei szent Atyánk, kinek végtelen kegyességéből ez évet eltöltöttük, hálát adunk neked mindazon kegyelemért, mellyel isteni gondviselésed a lefolyt évben elárasztott; egyszersmind irgalmadban bizva alázatosan kérünk: legyen velünk szent malasztod jövendőre is, hogy életünk hátralévő idejét a te dicsőségedre, embertársaink javára, és lelkünk üdvösségére fordítsuk, s igy e rövid élet czélját, a boldog örök életet tőled elnyerhessük. A te szent Fiad, a mi Urunk Jézus Krisztus által. Amen.

Sequens Oratio dicitur, ubi sermo habitus non fuerat.

Mindenek mindenható Teremtője, oh nagy Isten! Néhány szempillantás mulva vége lesz ismét egy esztendőnek. Elenyészett ez minden viszontagságaival, melyek elviselésére

magunkat gyakran elégteleneknek gondoltuk! Elenyészett minden örömeivel, melyekben nem tudjuk, mily állandó boldogságot képzeltünk. Most már, kegyes Isten, időnek és örökkévalóságnak Ura, számot adunk neked, mire fordítottuk ez esztendőt, melynek végét ezer meg ezer embertársunk el nem érte. Rettegünk e számadástól és belsőkép érezvén, hogy ismételve vétkeztünk, előre bocsánatért esedezünk.

Oh, de kevés oly napja volt ez esztendőnek, mely majd halálos ágyunkon megnyugtató visszaemlékezést fog bennünk gerjeszthetni; ellenben mily számtalan nap fog minket vádolni előtted, rettenetes igaz biró, hogy azokat a világ hiúságaiban töltvén, elvesztettük, és szent parancsaid megszegésével megbántásodra, lelkünk kárára s felebarátink sérelmére fordítottuk.

Oh nagy Isten, ha elkövetett büneinket és mulasztásainkat összehasonlítod azon kevés jóval, melyet talán csak magunknak hizelegve vittünk végbe, pirulva kell megvallanunk, hogy érdemetlenebbek voltunk ez éven át kezeidből vett ajándékaidra, mint más számtalanok, kiket ez évben a sír elnyelt. És mégis nagyobb volt a te türelmed, mint a mi hálátlanságunk. Élni hagytál, noha meg nem érdemlettük. Kegyelmeidet nyujtottad, ámbár azokkal visszaéltünk.

Irgalmas Úr Isten, mit mondjunk mi, gyümölcstelen fák, kiket kertedben mai napiglan tűrtél!? Elismerjük, hogy azon javak, melyekben ez éven át részesültünk, mind a te ajándékaid s jóvoltodból szállottak reánk. Te, mint legjobb Atya, szüntelen gondunkat viselted; te őrizted életünket, egészségünket, jólétünket; te adtad mindennapi kenyerünket; te adtál kegyelmet, te világosítottad meg elménket, gyulasztottad szivünket, hogy téged megismerjünk, benned higyünk, benned bizzunk, téged szeressünk. Te adtál kegyelmet, hogy a bűnt kerüljük, hogy elkövetett bűneinkből hozzád visszatérhessünk. Szent Fiad, a mi kegyes közbenjárónk, sokszor emelte föl előtted kezeit, hogy vétkeinkért ne büntess; sokszor esdeklett bűneink bocsánatáért az ő szentséges vére; többször nyertük meg fölszentelt szolgád, a lelkiatya által bűneink bocsánatát, mivel igértük, hogy életünket megjobbítjuk. Elismerjük Uram, hogy mindazon szerencsétlenséget és veszedelmet, melyektől megmenekedtünk: a tűz-, viz-, jég és egyéb károkat, a te atyai kegyes gondviselésed fordította el tőlünk.

És mi ennyi jótéteményedet hálátlansággal viszonoztuk: mi állhatatlan teremtmények, rólad számtalanszor megfeledkeztünk; azok maradtunk, akik voltunk, vagy éppen rosszabbakká lettünk; és csak nagy irgalmasságod őrzött minket, hogy bűneinkben el nem vesztünk.

Óh Uram! ne szállj velünk itéletre; mert ha gonoszságainkat tekinted, Uram, Uram, ki állhat meg előtted!? Töredelmesen bánkódó szívvel folyamodunk irgalmasságodhoz: töröld el számtalan vétkünket az ártatlan Bárány vérével, mely a kereszt oltárán az egész emberi nemért kiontatott. Úr Isten, könyörülj rajtunk! Ime, örömest kivánunk veled kibékülni, készek vagyunk veled uj szövetségre lépni s az uj évben uj életet élni jámborságban.

De mégis, mit adjunk viszont neked, oh nagy Isten, azon különféle jótéteményekért, melyekben e lenyugvó esztendőn át a te kegyelmedből részt vettünk!? Oh, vajha most, midőn előtted térdelünk, keresztüljárná lelkünket irántunk való isteni szeretetednek egész nagysága, és szivünk örökös háladatossággal telnék meg! De mivel ezen hálaérzést is egyedül atyai kezed adományából várhatjuk . . . . ime szent oltárodhoz futottunk, hol a te szent Fiad, a mi Urunk Jézus Krisztus jelen van a kenyér szine alatt, hogy szivünket, lelkünket és mindenünket szent oltárodra tevén, neked, mint jótevő Atyánknak, Urunknak és Istenünknek, hálaáldozatúl felajánljuk, leborulván téged imádjunk, dicsérjünk, magasztaljunk és esdekelve kérjünk, ne vond el tőlünk, méltatlanoktól, oh, ne vond el szent kegyelmedet; hanem segíts, hogyha eddig az üdvösség napjait elvesztegettük, legalább végéhez közeledő életünk hátralevő részét üdvösségesen tölthessük el, e szempillanattól fogva neked mindenkor hiven szolgáljunk s ez élet után hozzád juthassunk. A mi Urunk Jézus Krisztus által. Amen.

Tunc Sacerdos intonat:

Te Deum laudámus

et chorus vel populus prosequitur, quo finito immediate cantatur Antiphona Alma Redemptóris Mater etc., qua completa dicitur:

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.
℣. Post partum Virgo invioláta permansísti.
℟. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.
℣. Panem de cælo præstitísti eis.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, cujus misericórdiæ non est número, et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimæ Majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad prǽmia futúra dispónas.

Deus, qui salútis ætérnæ beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda humáno géneri prǽmia præstitísti: tríbue quǽsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue, quǽsumus, ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria, venerári, ut, redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Postea canitur una stropha e populari cantilena in honorem Ss. Sacramenti Sanctus, Sanctus, Sanctus, et interea Officians more solito Sanctissimum incensat, illudque, sumpto velo, e fastigio Tabernaculi deponit, et intonat:

Genitóri, Genitóque,

dataque more solito benedictione, Sanctissimum incensat et in Tabernaculum reponit, quibus devotio gratiarum actoria absolvitur.

8

PRO SOLEMNI INVOCATIONE SPIRITUS SANCTI DIVERSIS OCCASIONIBUS

Sacerdos flexis genibus intonat Hymnum:

I



Ve - ni, Sanc-te Spí - ri - tus.

Chorus reliquum stando prosequitur:

Veni, Sancte Spíritus,
Et emítte cælitus
Lucis tuæ rádium.

Veni, pater páuperum;
Veni, dator múnerum;
Veni, lumen córdium.

Consolátor óptime,
Dulcis hospes ánimæ,
Dulce refrigérium.

In labóre réquies,
In æstu tempéries,
In fletu solátium.

O lux beatíssima,
Reple cordis íntima
Tuórum fidélium.

Sine tuo númine
Nihil est in hómine,
Nihil est innóxium.

Lava quod est sórdidum,
Riga quod est áridum,
Sana quod est sáucium.

Flecte quod est rígidum,
Fove quod est frígidum.
Rege quod est dévium.

Da tuis fidélibus,
In te confidéntibus
Sacrum septenárium.

Da virtútis méritum,
Da salútis éxitum,
Da perénne gáudium. Amen.

℣. **Emitte Spíritum tuum, et creabúntur.** (T. P. **Allelúja.**)
℟. **Et renovábis fáciem terræ.** (T. P. **Allelúja.**)
℣. **Dóminus vobíscum.**
℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. **Amen.**

II



Mentes tuórum vísita,
Imple supérna grátia,
Quæ tu creásti péctora.

Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dígitus Patérnæ déxteræ,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus:
Ductóre sic te prævio
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium:
Teque utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc et per omne sæculum.
Amen.

Ultima stropha pro temporum diversitate est varianda.

9

PRO SOLEMNI GRATIARUM ACTIONE DIVERSIS OCCASIONIBUS

Sacerdos intonat hymnum Ambrosianum:

Te De - um lau - dá - mus, *

et Chorus prosequitur:

Te Dóminum confitémur.
Te ætérnum Patrem * omnis terra venerátur.
Tibi omnes Angeli, * tibi Cæli, et univérsæ Potestátes:
Tibi Chérubim et Séraphim * incessábili voce proclámant:
Sanctus, * Sanctus, * Sanctus * Dóminus, Deus Sábaoth.
Pleni sunt cæli et terra * majestátis glóriæ tuæ.
Te gloriósus * Apostolórum chorus,
Te Prophetárum * laudábilis número,
Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.
Te per orbem terrárum * sancta confitétur Ecclésia,
Patrem * imménsæ majestátis;
Venerándum tuum verum * et únicum Fílium;
Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.
Tu Rex glóriæ, * Christe.
Tu Patris * sempitérnus es Fílius.
Tu, ad liberándum susceptúrus hóminem, * non horruísti Vírginis úterum.
Tu, devícto mortis acúleo, * aperuísti credéntibus regna cælórum.
Tu ad déxteram Dei sedes, * in glória Patris.
Judex créderis * esse ventúrus.

Hic in genua procumbunt:

Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni, * quos pretióso sánguine redemísti.
Ætérna fac cum Sanctis tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * et bénedic hereditáti tuæ.

Et rege eos, * et extólle illos usque in ætérnum.

Iterum stando Chorus prosequitur:

Per síngulos dies * benedícimus te;

Et laudámus nomen tuum in sæculum, * et in sæculum sæculi.

Dignáre, Dómine, die isto * sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine, * miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, * quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi: * non confúndar in ætérnum.

Quo finito dicit Sacerdos:

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exoránte, ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad prǽmia futúra dispónas. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Coram exposito Ssmo Sacramento post ℟. Laudémus et superexaltémus etc. inseritur:

℣. Panem de cælo præstitísti eis. (T. P. et infra Octavam Corporis Christi Allelúja.)

℣. Omne delectaméntum in se habéntem. (T. P. et infra Octavam Corporis Christi Allelúja) et prædictæ Orationi sub una conclusione adjungitur sequens Oratio:

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tribue, quæsumus, ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

INDEX GENERALIS

PARS PRIMA

DE SACRAMENTIS

TITULUS I

Caput unicum. De iis quæ in administratione Sacramentorum generaliter servanda sunt . . . . . pag. 5

TITULUS II

Cap. 1 De Sacramento Baptismi rite administrando 9
Cap. 2 Ordo Baptismi Parvulorum 16
Cap. 3 De Baptismo Adultorum 25
Cap. 4 Ordo Baptismi Adultorum 26
Cap. 5 Ordo supplendi omissa super Infantem baptizatum . . 54
Cap. 6 Ordo supplendi omissa super Adultum baptizatum . . 61
Cap. 7 Benedictio Fontis Baptismi extra Sabbatum Paschæ et Pentecostes, cum aqua consecrata non habetur . . . 85
Cap. 8 Benedictio mulieris post partum 88

TITULUS III

Cap. 1 De Sacramento Confirmationis 93
Cap. 2 Ritus Confirmationis 95

TITULUS IV

Cap. 1 De Sacramento Pœnitentiæ 99
Ordo ministrandi Sacramentum Pœnitentiæ . . . 100
Cap. 2 Absolutionis forma communis 102
Cap. 3 De Absolutione ab Excommunicatione in foro exteriori . 103
Cap. 4 Ritus absolvendi et recipiendi acatholicum conversum in sinum S. Matris Ecclesiæ 107
I Ritus pro recipiendo hæretico materiali 108
II Ritus pro recipiendo hæretico formali 122
Cap. 5 Ritus absolvendi excommunicatum jam mortuum . . . 127
Cap. 6 De modo absolvendi a suspensione vel ab interdicto externa vel intra sacramentalem Confessionem . . . 129
Cap. 7 Modus exsequendi dispensationem circa impedimenta Matrimonii occulta in foro conscientiæ 130

TITULUS V

Cap. 1 De Ss. Eucharistiæ Sacramento 133
Cap. 2 Ordo administrandi sacram Communionem 136
Cap. 3 De Communione Paschali 139
Cap. 4 De prima puerorum Communione generali 140
Cap. 5 De Communione Infirmorum 148

TITULUS VI

pag.
Cap. 1 De Sacramento Extremæ Unctionis 159
Cap. 2 Ordo ministrandi Sacramentum Extremæ Unctionis . . 161
Cap. 3 De visitatione et cura infirmorum 169
Cap. 4 Modus juvandi morientes (Affectus moribundi) . . . 181
Cap. 5 Ritus Benedictionis Apostolicæ in articulo mortis impertiendæ 187
Cap. 6 Ordo Commendationis animæ 191
Cap. 7 In exspiratione 208
Cap. 8 Benedictio puerorum ægrotantium 210
Cap. 9 De cura puerorum graviter decumbentium, qui nondum ad Sacramenta admissi sunt 213

TITULUS VII

Cap. 1 De Exsequiis 215
Cap. 2 De iis quibus neganda est ecclesiastica sepultura . . . 217
Cap. 3 Exsequiarum Ordo pro Adultis 218
1 Ritus impositionis ad Tumbam, quando non dicitur Officium Defunctorum 218
2 Ritus impositionis ad Tumbam, quando dicitur Officium Defunctorum 219
Cap. 4 Ritus sepeliendi Adultos 219
I In domo defuncti 219
II Processio ad Ecclesiam 233
III In Ecclesia 234
IV Processio ad sepulcrum 237
V Apud sepulcrum 238
Cap. 5 De Exsequiis absente defuncti corpore 239
Cap. 6 De Exsequiis Parvulorum 241

TITULUS VIII

DE SACRAMENTO ORDINIS

Cap. unicum Proclamatio ordinandorum 247

TITULUS IX

Cap. 1 De Sacramento Matrimonii 251
Cap. 2 Ritus celebrandi Matrimonii Sacramentum 254
Cap. 3 Solemnis Benedictio nuptialis infra Missam pro sponso et sponsa 265
Cap. 4 Ritus introducendi novam Nuptam in templum post nuptias 267

PARS SECUNDA
DE BENEDICTIONIBUS

TITULUS I

pag.
Cap. unicum Regulæ generales 271

TITULUS II
BENEDICTIONES NON RESERVATÆ

Caput 1
Benedictiones personarum

1 Benedictio Matrimonii Jubilæi 273
2 Benedictio peregrinorum ad loca sancta prodeuntium . . . 280
3 Benedictio peregrinorum post reditum 282
4 Benedictio infantis 283
5 Benedictio puerorum 284
6 Benedictio infantis ægroti 286
7 Benedictio mulieris prægnantis in periculis partus 287
8 Benedictio adulti ægrotantis 289
9 Eadem benedictio pro pluribus infirmis 290
10 Benedictio pueri 292

Caput 2
Benedictiones ædificiorum aliarumque structurarum

1 Benedictio domus novæ 293
2 Benedictio loci, sive domus 293
3 Benedictio domorum in Festo Epiphaniæ 294
4 Benedictio domorum in Sabbato sancto et reliquo Temp. Pasch. 295
5 Benedictio domorum extra Tempus Paschale 297
6 Benedictio thalami 297
7 Benedictio domus scholaris 298
8 Alia Benedictio domus scholarum 303
9 Benedictio domus catholicæ Associationis, Monasterii, Hospitalis, Orphanotrophii, seu alterius benefici Instituti . . . 304
10 Benedictio novæ navis 306
11 Benedictio pontis novi 306
12 Benedictio viæ ferreæ et curruum ejus 307
13 Benedictio fodinæ metalli aut lithantracum 308
14 Benedictio fornacis fusoriæ metallicæ vel aliarum hujus generis fornacum 309
15 Benedictio fornacis calcariæ 310
16 Benedictio fontis 310
17 Benedictio Putei 311
18 Benedictio primarii lapidis ædificii 311
19 Benedictio ignis 312
20 Benedictio officinæ librariæ et machinæ typographicæ . . . 312
21 Benedictio vehiculi seu currus 314
22 Benedictio machinæ itineri aëreo destinatæ 314
23 Benedictio machinæ ad exstinguendum incendium 315

Caput 3

Benedictiones rerum, quæ cultui divino aliisque piis usibus destinantur

pag.
1 Ordo ad faciendam Aquam benedictam 318
2 Benedictio populi cum aqua benedicta 321
3 Benedictio aquæ in Vigilia Epiphaniæ Domini 322
4 Benedictio Cretæ in Epiphania 338
5 Benedictio trium munerum pretiosorum in Epiphania . . . 339
6 Benedictio Candelarum extra diem Purificationis B. M. V. . 340
7 Benedictio Candelæ pro moribundis 341
8 Benedictio Candelarum in Festo S. Blasii 341
9 Benedictio novi Organi 342
10 Benedictio Devotionalium 344
11 Benedictio Oratorii privati seu Domestici 345
12 Benedictio libelli precum 345
13 Benedictio metalli pro campana 346

Caput 4

Benedictiones rerum, communibus hominum usibus inservientium

1 Benedictio pomorum in Festo S. Blasii 347
2 Benedictio Agni paschalis 348
3 Benedictio ovorum 348
4 Benedictio panis 349
5 Benedictio panis alia 349
6 Benedictio communis ad omnia in Pascha 350
7 Benedictio novorum fructuum 350
8 Benedictio ad quodcumque comestibile 350
9 Benedictio olei simplicis 351
10 Benedictio communis super fruges et vineas 352
11 Benedictio seminum 352
12 Benedictio horrei seu segetum demessarum 353
13 Benedictio pistrini 353
14 Benedictio vini in Festo S. Joannis Ap. et Ev. 354
15 Benedictio vini in Festo S. Joannis Ap. et Ev. alia 355
16 Benedictio novæ uvæ in Festo Transfigurationis Domini . . 357
17 Benedictio herbarum in Festo Assumptionis B. M. V. . . . 357
18 Benedictio vestium et cinguli 358
19 Benedictio linteaminum pro infirmis 358
20 Benedictio cujuscumque medicinæ 359
21 Benedictio panis et placentarum 359
22 Benedictio cerevisiæ 360
23 Benedictio casei et butyri 360
24 Benedictio laridi 361
25 Benedictio volucrum 361
26 Benedictio apum 362

pag.
27 Benedictio pecorum et jumentorum 362
28 Benedictio equorum et animalium 363
29 Benedictio animalium peste vel morbo laborantium . . . 364
30 Benedictio salis vel avenæ 365
31 Benedictio stabuli 365
32 Benedictio vini pro infirmis 366
33 Benedictio ad omnia 367

TITULUS III

BENEDICTIONES RESERVATÆ

Caput 1

Benedictiones ab Episcopo vel aliis Sacerdotibus facultatem habentibus faciendæ

1 Benedictio Sacerdotalium Indumentorum 368
2 Benedictio mapparum seu tobalearum altaris 369
3 Benedictio pallæ et corporalis 370
4 Benedictio tabernaculi seu vasculorum 371
5 Benedictio Ostensorii 371
6 Solemnis benedictio Crucis 372
7 Benedictio solemnior Crucis 373
8 Benedictio imaginum sive statuarum 378
9 Benedictio vexilli processionalis cujuslibet Societatis . . . 378
10 Ritus benedicendi et imponendi primarium lapidem pro Ecclesia ædificanda 379
11 Ritus benedicendi novam Ecclesiam 383
12 Ritus reconciliandi Ecclesiam violatam 387
13 De consecratione altarium exsecratorum 390
14 Ritus benedicendi novum cœmeterium 395
15 Ordo reconciliandi cœmeterium violatum 397
16 Benedictio vasorum pro sacris Oleis includendis 398
17 Benedictio sacrorum vasorum et aliorum ornamentorum in genere 399
18 Benedictio Capsarum pro Reliquiis Sanctorum includendis . 400
19 Benedictio simplex novæ campanæ 400
20 Benedictio campanæ profanæ 406
21 Benedictio telegraphi 407
22 Benedictio solemnior viæ ferreæ et curruum 409
23 Benedictio deprecatoria contra mures, locustas, bruchos, vermes et alia animalia nociva 411
24 Benedictio habitus clericalis 413
25 Benedictio machinæ ad excitandam lucem electricam . . . 414

Caput 2

Benedictiones propriæ nonnullorum ordinum regularium

pag.
1 Methodus pro erigendis Stationibus Viæ Crucis 416
2 Benedictio Rosariorum B. M. V. 420
3 Formula brevior benedicendi Coronam Ss. Rosarii B. M. V. 421
4 Benedictio Rosarum Societatis Ss. Rosarii 421
5 Benedictio habitus B. M. V. de Monte Carmelo 422
6 Benedictio scapularis B. M. V. de Monte Carmelo 425
7 Benedictio „Médaille miraculeuse“ 426
8 Benedictio Stationum viæ Matris Dolorosæ 427
9 Benedictio chordæ S. Francisci Assisiensis 429
10 Benedictio aquæ in honorem S. Ignatii Confessoris . . . 431
11 Benedictio papalis in fine contionum 432
12 Absolutio generalis et benedictio papalis pro regularibus Ordinibus 432
13 Benedictio puerorum et puellarum in Festis piæ Unionis a Sancta Infantia nuncupatæ 435
Decretum de facultatibus indulgentias piis operibus aut devotionis objectis adnectendi 437

PARS TERTIA

DE PROCESSIONIBUS

Regulæ generales 441

TITULUS I

PROCESSIONES ORDINARIÆ

Cap. 1 De Processione et quibusdam aliis ritibus Feriæ V in Cœna Domini 443
Cap. 2 Feria VI in Parasceve de Processione, quæ fit ante Missam præsanctificatorum 444
Cap. 3 Processio pro deponendo Ss. Corpore Christi in sepulcro 444
Cap. 4 Ordo in sacratissima Nocte Resurrectionis D. N. J. Chr. servandus 446
Cap. 5 Ordo servandus in Litaniarum Majorum Processione . . 451
Cap. 6 Ordo servandus in Processionibus Litaniarum Minorum 464
Cap. 7 De Processione in Festo Ssmi Corporis Christi . . . 474

TITULUS II

PROCESSIONES EXTRAORDINARIÆ

Cap. 1 De Processione ad petendam pluviam 484
Cap. 2 Processio ad postulandam serenitatem 485
Cap. 3 Preces ad repellendam tempestatem 487
Cap. 4 Preces dicendæ tempore penuriæ et famis 489
Cap. 5 Processio tempore mortalitatis et pestis 490
Cap. 6 Preces dicendæ in Litaniis tempore belli 491

pag.
Cap. 7 Processio in quacumque tribulatione 495
Cap. 8 Preces dicendæ in Processione pro gratiarum actione . . 496
Cap. 9 De Processione in Translatione Ss. Reliquiarum insignium 503
De exorcizandis obsessis a dæmonio 504
De libris habendis apud Parochos 504

APPENDIX

DIVERSÆ FUNCTIONES SACRÆ

1 De expositione et repositione Sanctissimi Altaris Sacramenti . 507
2 De Missa bis eadem die celebranda 511
3 Ordo ad recipiendum solemn. Episcopum 512
4 Installatio Parochorum 513
5 Devotiones pomeridianæ 514
6 Quatuor Antiphonæ de B. M. V. 515
7 Gratiarum actio pro feliciter terminato anno 518
Litaniæ S. Nominis Jesu (lat.) 518
Litaniæ S. Nominis Jesu (slav.) 520
Litaniæ S. Nominis Jesu (germ.) 524
Litaniæ S. Nominis Jesu (hung.) 528
8 Pro solemni Invocatione Spiritus Sancti diversis occasionibus . 532
Veni, Sancte Spiritus 532
Veni, Creator Spiritus 533
9 Pro solemni gratiarum actione diversis occasionibus (Te Deum) 534

INDEX ALPHABETICUS

PSALMI

Psalmus		pag.
119	Ad Dominum	385
28	Afferte Domino	27, 327
118	Beati immaculati	205
127	Beati omnes, qui timent	88, 259
103	Benedic, anima mea, Domino: Domine, Deus meus	407
102	Benedic, anima mea, Domino	499
95	Cantate Domino canticum novum: cantate	498
149	Cantate Domino canticum novum: laus ejus	501
117	Confitemini Domino, quoniam	204
15	Conserva me, Domine	175
129	De profundis clamavi ad te, Domine	128, 237, 403
69	Deus, in adjutorium	402
53	Deus, in nomine tuo salvum me fac	401
66	Deus, misereatur nostri	268, 402, 486
45	Deus noster refugium, et virtus	328, 491
78	Deus, venerunt gentes	493
140	Dirigatur, Domine, oratio mea	301
8	Domine, Dominus noster	27
6	Domine, ne in furore	173
138	Domine, probasti me	447
23	Domini est terra	88
22	Dominus regit me	355
96	Dominus regnavit, exsultet terra	414
132	Ecce, quam bonum	277
19	Exaudiat te Dominus	176
80	Exsultate Deo, adjutori nostro	498
86	Fundamenta ejus	382
85	Inclina, Domine, aurem tuam	177, 403
67	In ecclesiis benedicite	389
65	Jubilate Deo, omnis terra, psalmum dicite	316, 497
99	Jubilate Deo, omnis terra: servite Domino	499
121	Lætus sum in his	386
147	Lauda, Jerusalem, Dominum	487
148	Laudate Dominum de cælis	500
150	Laudate Dominum in sanctis ejus	343, 501
116	Laudate Dominum, omnes gentes	346, 500
146	Laudate Dominum quoniam bonus	328, 484
112	Laudate, pueri, Dominum	210, 242, 292
120	Levavi oculos meos	386
56	Miserere mei, Deus, miserere mei	401
50	Miserere mei, Deus, secundum magnam	105, 233, 400
126	Nisi Dominus ædificaverit	382

Psalmus pag.
83 Quam dilecta 379
41 Quemadmodum desiderat 27
90 Qui habitat in adjutorio 171, 179
94 Venite, exsultemus 220

CANTICA

Benedicite (Cant. trium Puerorum) 501
Benedictus (Cant. Zachariæ) 223, 331, 407, 414
Magnificat (Cant. B. M. V.) 294, 331

HYMNI

Æterne Rex altissime 477
Lauda, Sion 477
Pange, lingua 475
Sacris solemnis 475
Salutis humanæ 476
Stabat Mater 418
Tantum ergo 475
Te Deum laudamus 125, 334, 496, 534
Veni, Creator Spiritus 110, 533
Veni, Sancte Spiritus 532
Verbum supernum 476
Vexilla Regis prodeunt 418

EVANGELIA

Joann. 6, 51-55 Ego sum panis 481
Joann. 5, 1-14 Erat dies 178
Joann. 1, 1-14 In principio 180, 212, 287
Joann. 17, 1-26 Sublevatis oculis 197
Joann. 18, 1-40; 19, 1-42 Egressus est 198
Joann. 6, 56-59 Dixit Jesus turbis Judæorum: Caro mea . . . 481
Lucas 14, 16-24 Homo quidam fecit cœnam 479
Lucas 11, 10-13 Petite, et dabitur 460
Lucas 2, 22-32 Postquam impleti 90
Lucas 4, 38-40 Surgens Jesus 176
Marcus 11, 22-26 Dixit Jesus discipulis suis: Habete fidem Dei . 461
Marcus 16, 14-20 Recumbentibus 175, 458
Matthæus 6, 24-33 Nemo potest duobus dominis 456
Matthæus 8, 5-13 Cum introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum centurio 174
Matthæus 26, 26-29 Cœnantibus eis 482

BENEDICTIONES

A

pag.
Absolutio generalis pro Regularibus 432
Adulti ægrotantis 289
Æris pro campana conflanda 346
Agni paschalis 348
Altaris exsecrati consecr. I. II. 390
Altaris linteaminum 369
Animalium 363
Animalium peste vel morbo laborantium 364
Animalium nocivorum, scil. benedictio deprecatoria contra illa . 411
Anuli nuptialis 257
Apostolica benedictio in articulo mortis 187
Apum 362
Aquæ, ordo ad faciendam aquam benedictam 318
Aquæ in Vigilia Epiph. Domini 322
Aquæ baptismalis extra Sabbatum Paschæ et Pentecostes . . . 85
Aquæ S. Ignatii 431
Auri in Festo Epiphaniæ 339
Avenæ pro animalibus 365

B

Blasii S. (in Festo) candelæ 341
Butyri 360

C

Calcariæ fornacis 310
Campanæ novæ, quæ ad usum Ecclesiæ servit 400
Campanæ novæ, quæ ad usum Ecclesiæ non servit 406
Campanæ æris 346
Candelæ in Festo S. Blasii 341
Candelæ extra diem Purificationis 340
Candelæ pro moribundis 341
Capsæ pro reliquiis Sanctorum 400
Casei 360
Cerevisiæ 360
Cinguli et vestim in hon. B. M. V. 358
Clericalis habitus 413
Cœmeterii novi 395
Cœmeterii violati 397
Comestibilis cujuscumque 350
Communis ad omnia 367
Communis ad omnia in Pascha 350
Communis super fruges 352
Coronæ Rosarii 421
Corporalium 370
Cretæ in Festo Epiph. Dom. 338

pag.
Crucis novæ 373
Crucis novæ in publico loco erectæ 372
Crucis via 416
Crucis ligneæ pro erigendis stationibus 417
Cujuscumque rei 367
Chordæ s. Francisci 429

D

Decretum de Indulgentiis 437
Deprecatoria benedictio contra mures, locustas, bruchos, vermes, et alia animalia nociva 411
Devotionalium 344
Domus in Festo Epiphaniæ 294
Domus Sabb. S. Paschæ 295
Domus alio tempore 297
Domus novæ 293
Domus scholarum 303
Domus scholaris noviter erectæ 298
Domus cath. assoc. et benef. instit. 304

E

Ecclesiæ novæ 383
Ecclesiæ violatæ 387
Electricæ machinæ 414
Equorum 363
Esculentorum 348-350
Exorcismus in satanam 504

F

Fodinæ metalli 308
Ferreæ viæ et curruum 307
Ferreæ viæ et currum (solemnis) 409
Fontis 310
Fontis baptismalis extra Sabb. Paschæ et Pent. 85
Fornacis calcariæ 310
Fornacis fusoriæ vel coctoriæ laterum et tegularum 309
Fructuum novorum 350
Frugum 352

H

Habitus clericalis 413
Habitus B. M. V. de Monte Carmelo 422
Herbæ in Festo Assumptionis B. M. V. 357
Horrei 353

I

pag.

Ignis 312
Imaginum D. N. J. C., B. M. V. et aliorum Sanctorum . . . 378
Indumentorum sacerdotalium 368
Infantis 283
Infantiæ S. Unionis Festis pueri et puellæ 435
Infantis ægroti 286
Infirmi adulti 289, 290
Infirmi pueri 292
Infirmorum linteamina 358
Infirmorum vinum 366
Indulgentiarum decretum 437

J

Jumentorum 362
Jumentorum gravi infirmitate vexatorum 364

L

Lapidis primarii pro Ecclesia 379
Lapidis primarii pro ædificio quocumque 311
Laridi 361
Libelli precum 345
Linteaminum altaris 369
Linteaminum pro infirmis 358
Loci 293
Locustæ (contra) 411

M

Machinæ ad exst. incendium 315
Machinæ itin. æreo dest. 314
Machinæ eletricæ 414
Mappæ altaris 369
Matrimonii jubilæi 273
Medicinæ 359
Metalli pro campana 346
Monte Carmelo B. M. V. scapularis 425
Mulieris prægnantis in periculis partus 287
Mulieris post partum 88
Myrrhæ in Festo Epiph. Domini 339
Médaille miraculeuse 426

N

Navis novæ 306
Novæ ecclesiæ 383
Novi cœmeterii 395
Novæ nuptæ 267
Numismatum aut Devotionalium 344
Numismatis B. M. V. immac. 426

O

pag.
Officinæ libr. et typograph. 312
Olei simplicis 351
Omnia 367
Oratorii privati 345
Oratorii publici vel semipublici 383
Organi in Ecclesiæ 342
Ornamentorum 399
Ostensorii 371
Ovorum 348

P

Pallæ 370
Panis 349
Panis alia benedictio 349
Panis et placentæ 359
Papalis benedictio pro Regularibus 432
Papalis benedictio in fine contionis 432
Paramentorum 368
Pecorum 362
Pecorum tempore pestis 364
Peregrinantium ad loca sancta prodeuntium 280
Peregrinantium post reditum 282
Pistrini 353
Placentæ 359
Pontis novi 306
Pomorum in Festo S. Blasii 347
Populi cum aqua benedicta diebus Dominicis 321
Prægnantis mulieris in periculis partus 287
Primarii lapidis pro Ecclesia 379
Primarii lapidis pro ædificio 311
Processionalis vexilli 378
Pueri ad obtinendam misericordiam Dei 292
Pueri ægrotantis 210
Pueri cum in Ecclesia præsentatur 284
Pueri et puellæ in Festis piæ Unionis a S. Infantia nuncupatæ . 435
Putei 311

R

Reconciliatio cœmeterii violati 397
Reconciliatio Ecclesiæ violatæ 387
Rosariorum 420
Rosarum Societ. Rosarii 421

S

Sacerdotalium indumentorum 368
Salis pro animalibus 365

pag.
Scapularis 425
Scapularis B. M. V. de Monte Carmelo (pro delegato) . . . 425
Scholaris domus 303
Scholaris noviter erectæ 298
Segetum demessarum 353
Segetum in Festo S. Marci 451
Seminum 352
Stabuli 365
Stationum viæ crucis 416
Stationum viæ Matris Dolorosæ 427
Statuæ 378

T

Tabernaculi 371
Tabulæ viæ crucis 417
Tegulæ 309
Telegraphi 407
Thalami 297
Thuris in Festo Epiph. Domini 339
Tobalearum altaris 369
Trium munerum in Festo Epiph. Domini 339

U

Uvæ 357
Uvæ novæ in Festo Transfig. Dom. 357

V

Vasculi pro Eucharistia 371
Vasorum sacrorum 399
Vasorum pro oleis 398
Vehiculi 314
Vestis clericalis 413
Vesti in honorem B. M. V. 358
Vexilli processionalis 378
Viæ crucis 416
Viæ ferreæ et curruum 307
Viæ ferreæ et curruum (solemnis) 409
Viæ Matris Dolorosæ 427
Vini pro infirmis 366
Vini in Festo S. Joannis Ap. et Ev. 354
Vini in Festo S. Joannis alia 355
Violatæ Ecclesiæ 387
Violati Cœmeterii 397
Volucrum 361